CLASSICORUM AUCTORUM E VATICANIS CODICIBUS EDITORUM...

CLASSICI AUCTORES

CLASSICORUM AUCTORUM

E VATICANIS CODICIBUS EDITORUM

TOMUS II.

DERUNT L·CASSI..NQUOR·
SERUILIUS CEI..RUTICU
DIDERUNT UU.LI.ERANT
EIUSMODI C·UER.A·MAR
QUIDADDIDIT .UCTORI
R· QUIDC..DERISNI
CIO ILLUTQUI
M·PERPERNACE..ERIEBAS
SOCIUMNEADI..HOCEC
NEUEPARTEM D.ODIUNE
UEREDIMITO QUESINTE
NEUITIOSUMO.EMPRETIU
REIADERAT PRO.DEFENSIO
NEPARUIAL..ITERI
ADERATESSE..LX· CUM
SIUELLES POPUL.. CCL.
PRAEDIB· ETE..SADILLIUS
TESTRESIPSASL.OMINIS
IASINIURIAETU.EECTURO
COMMOUEBAT

III

CLASSICORUM AUCTORUM

E VATICANIS CODICIBUS EDITORUM

TOMUS II.

COMPLECTENS CICERONIS ANTIQUUM INTERPRETEM
ITEM CICERONIS ORATIONUM FRAGMENTA
NUPERIS TEMPORIBUS REPERTA
ITEM ORATIONUM IN ·C· VERREM PARTES
EX ANTIQUISSIMO PALIMPSESTO VATICANO.

CUM DUABUS TABULIS AENEIS.

CURANTE
ANGELO MAIO
VATICANAE BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

ROMAE
TYPIS VATICANIS
M·DCCC·XXVIII·

EDITORIS PRAEFATIO.

De antiquis Ciceronis interpretibus.

I. Dum Ciceronis antiquum Interpretem ad orationes duodecim edo, quem partim in ambrosianis Mediolani codicibus partim Romae in vaticanis nactus sum, non abs re facere videbor, si de Ciceronis priscis interpretibus, quorum vel scripta supersunt vel memoria saltem ad nos devenit, pauca praefabor; non tam ut horum curiosiorem notitiam tradam, quam ut ad iudicandum de novo qui a me vulgatur Interprete, viam muniam. Princeps fama atque aetate habetur is, qui sub Claudio Caesare vixit, *Asconius Pedianus*, cuius commentarii ad novem Tullii orationes, apud Helvetios constantiensis concilii aetate a Pogio florentino inventi, Venetiis demum anno MCCCCLXXVII. impressi fuerunt. Iam hos commentarios non esse integros, sed sive breviantium culpa sive codicum imperfectione fuisse mutilatos, satis compertum est: et quidem princeps editio, quam ipse in manibus habui, defectibus passim hiat. Quae quum ita se habeant, magni tamen adhuc usus propter eruditionem atque elegantiam Asconius est. Sequitur *Marius Victorinus*, artis oratoriae sub Constantio Caesare in aeterna urbe magister, qui ad duos rhetoricorum Tullii libros copiosissimum commentarium scripsit, in gratiam sine dubio discipulorum; isque in rhetorum collectionibus edi solet. Ait praeterea divus Hieronymus contra Rufinum I. 16: *puto quod legeris Victorini in dialogos Ciceronis commentarios.* Atqui opus Ciceronis rhetoricum, cuius extat Victorini interpretatio, dialogo caret: ergo vel lapsus memoria Hieronymus est, vel Victorini ad Ciceronis dialogos commentarii iamdiu vixerunt. Tertius e su-

perstitibus Ciceronis interpretibus *Macrobius* est, Honorio imperante clarus, qui Scipionis somnium in extremo de rep. libro a Tullio scriptum duobus voluminibus illustravit. Huic proximus aetate accedit *Eulogius*, S. Augustini hipponensis discipulus, qui in eodem ac Macrobius argumento, sed longe brevius, versatus est. Quintum Ciceronis interpretem numerare *Boethium* licet, propter eius uberem ad topica commentarium. Sextum colloco incertae quidem aetatis, sed priscum tamen, scholiastam illum, cuius aliquot legimus adnotationes ad tres in Verrem orationes, nempe ad divinationem, ad actionem priorem, atque ad secundae actionis librum primum. Quamquam ego prope nolim eundem dici scholiastam, qui duas priores orationes, atque illum qui tertiam illustravit; propterea quod hic mihi certe eruditior elegantiorque videtur. Extremo loco in Ciceronis iampridem editis interpretibus ponendus est semibarbarus scholiastes ille ad orationes pro Roscio amerino, pro lege manilia, ad secundam tertiam quartamque catilinariam, quem Gronovius primus vulgavit. Sed enim praeter hos quos dixi editos, extitisse alios priscos Ciceronis interpretes, exploratissimum est. Etenim ipse Asconius, quamquam longe antiquissimus Tullioque aetate proximus, aliorum ante se hominum ad Tullium observationes satis innuit (1). Fronto praeterea memorat (2) ciceronianos libros a se adnotatos, quos in vulgus exire nolebat. Tum duo valde nobiles Ciceronis interpretes, *Caper* atque *Volcatius*, ab Agroetio grammatico atque a divo Hieronymo commemorantur. De Capro sic Agroe-

(1) Ad divin. in Verr. capp. VIII; lib. II. argum. IV. VII. X; act. I. capp. VI.

(2) Epist. ad amicos lib. II. 2.

tius in prologo ad orthographiam: *Caper multis litterarum operibus celebratus, in commentando etiam Cicerone praecipuus.* Tum de eodem Hieronymus contra Rufinum II. 9: *nisi forte quaestionem et querimoniam id ipsum significare putat, quia in Capri commentariis huiusmodi figuram reperit.* Iam vero de Volcatio sic idem Hieronymus contra Rufinum I. 16: *puto quod legeris Volcatii in orationes Ciceronis commentarios.* Denique Ciceronis interpres fuisse videtur et *Sacer* quidam, si certe Charisii grammatici sana lectio est. Ait enim apud Putsch. p. 188. *quod iudicii genus* (de perduellione) *Sacer in oratione M. Tullii pro Rabirio ab Horatio* (sororis interfectore) *sumptum ait.* Sed num mendum est *Sacer* pro *Caper?* Porro in veterum censu nequaquam scholia illa barbarorum saeculorum ponenda iudico, quae in multarum bibliothecarum codicibus praesertim ad rhetorica Ciceronis atque ad officia occurrunt: sunt enim levioris furfuris, inculti stili, indoctorumque ingeniorum reculae.

Unde novus Interpres procedat.

II. Sed iam de Interprete meo pervetere atque praeclaro dicendum videtur. Fons huius quidem palimpsestus ille bobiensis est, cuius posterior scriptura chalcedonensem synodum continet, prior autem, diversi generis atque aetatis, continet Frontonem cum M. Aurelio, Symmachum, Persii folium unum, Iuvenalis cum scholiis folium aeque unum, moesogothicae homiliae fragmentum, sermonum arrianorum reliquias, et hunc denique tullianarum orationum, de quo dicendum est, Interpretem. Eius autem bobiensis codicis partem priorem in bibliotheca vaticana nunc extare, posteriorem vero in ambrosiana Mediolani, tam evi-

denter docui in praefatione romana Frontonis, ut verbum iam superaddere otiosum sit. Commentarius ad XII (etsi saepe non integer) orationes superest; nempe in vaticana codicis parte, ad orat. 1. pro Flacco; 2. cum senatui gratias egit; 3. cum populo item gratias egit; 4. pro Milone; 5. pro Sextio; 6. in Vatinium; praetereaque paginae octo ad orationem pro Plancio. At in codicis parte ambrosiana, praeter paginas quatuor ad orat. in Vatinium, commentarium reperi 7. ad orationem in Clodium et Curionem; 8. de aere alieno Milonis; 9. de rege alexandrino; 10. pro Archia; 11. pro Sylla; 12. pro Plancio, cui orationi octo paginas commentariorum vaticanus quoque palimpsestus suppeditat. Age vero interpretem mediolanensem eumdem esse atque romanum, meridiana luce clarius est, siquis modo mentem oculosque incolumes habet; idque ego in meis scholiis ad or. pro Plancio, nec non in monitis ad milonianam atque ad vatinianam invictis argumentis palam feci. Etenim in commentario ad plancianam VIIII. 1. cessat folium vaticanum in vocabulo *adversus*, sequitur autem in mediolanensi *Tusculanos*, ita ut sententia loci expleatur, et reliqua omnis oratio cohaereat. Item in commentario ad vatinianam VIIII. 1. vaticanum folium desinit in verbo mutilo sic: *Valerius Maximus tabulam rerum ab se in Gallia prospere gestarum proposue* . . . Sequitur autem in folio mediolanensi *rat ostentui vulgo*, id est *proposuerat ostentui vulgo*. Item XII. 3. mediolanense folium explicit in Tullii sententia mutila *ut in epulo Q. Arrii familiaris mei cum toga pulla*; sequitur in vaticano *accumberes*, quod est sententiae complementum. Est autem folium

vatinianae mediolanense quaternionis intimum sive quartum, quod cum tribus romanis aptissime copulatur atque cohaeret. In utroque insuper codice ratio eadem paginarum ac laterculorum est, parque versuum in laterculis numerus: nam quominus scriptura ipsa ab eadem manu profecta sit, specimen aere cusum dubitare neminem sinet: cuius quidem scripturae ea species dignitasque est, ut ei permagnam antiquitatem abnegare non liceat (*).

Notabilia aliquot in novo Interprete.

III. Iam commendare hunc Interpretem neque ut reor necesse est neque officii mei. Nihil tamen prohibet quominus eius notabilia aliquot, narratione veluti historica et tamquam digito intento, demonstrem. Sermo latinus satis purus, graecae vero linguae usus perfrequens; quamquam eius sermonis vocabula, quia suco olim colorato distinctionis causa scripta fuerant, nunc quidem pleraque omnia evanuerunt. Romanae praesertim historiae tanta est in hoc homine copia, ut is a nemine antiquitatis curioso legi non debeat: neque tamen Graecorum res negliguntur. Sunt etiam nova et insignia quaedam, veluti explicatio illa tabulae valeriae; de subobscuro Silani atque Carbonis consulatu testimonium evidens; de iudice in causa Archiae Quinto Cicerone notitia; item ioci duo festivissimi Ciceronis pro Sext. LIX. 2. LXIV. 4. nunc primum verissime enucleantur. Permultarum quoque romanarum legum mentio ac definitio apud hunc Interpretem fit. Mitto aliam doctrinam plurimam variamque philologiam, quam vel ex indice a me confecto perspicere licet. Grammaticum quoque non raro agit Interpres, et de qualitate verborum iudicium interponit: quin ipse adeo novas

(*) Sub Interpretis specimine habes duplicem seriem litterarum, quarum prior sumpta est ex palimpsesto adhuc antiquiore, ubi erant fragmenta orationum pro Scauro et pro Tullio.

aliquot latinis lexicis voces suppeditat. Sed nihil aeque in his commentariis apparet, quam ipsorum auctorem professione fuisse rhetorem: is enim singulis propemodum paginis peritiam Tullii oratoriam demonstrat, artisve figuras et praecepta persequitur. Sed et illud iucundum, ut puto, erit quod deperditorum Ciceronis scriptorum nonnullos titulos, et aliorum auctorum veterum incognita fragmenta apud hunc Interpretem legimus: in primis fragmentum nobile orationis ·C· Gracchi tribuni *de legibus promulgatis*, et orationis ·C· Laelii sapientis *in Scipionis aemiliani funere*. Tum in ipsis Ciceronis segmentis ab Interprete nostro prolatis, non solum optimas lectiones haud semel cernimus, quae vulgatos errores corrigunt, verum etiam partes novas atque hactenus inauditas; utique in oratione pro Flacco supplementum lacunae primae; nam secundam eiusdem orationis lacunam, quam editores nostri sibi confinxerunt, nullam esse omnino, integramque ibi seriem orationis decurrere, palam facit idem Interpres. Novae item sunt atque ab auctore nostro primum suppeditatae partes trium orationum, *in Clodium et Curionem*, *de aere alieno Milonis*, *de rege alexandrino*, quae orationes funditus interierant, noster autem catenus revocat, quatenus earum segmenta ad commentandum delegit, et quatenus ipsi Interpreti in mutilatis palimpsestis evadere exitium licuit.

Quisnam homo fuerit novus hic Interpres, definiri nequit.

IV. Sequitur iam illa quaestio, quodnam huic Interpreti nomen fuisse videatur; quod sane in utroque codice tum romano tum mediolanensi desideratur: de Asconio autem ipse olim cogitaveram; quamquam nihil adseverantius umquam in fronte libri dixi quam *ita videri*: neque spernendis, ut arbitror, argumentis opinionem meam corroboravi, quam compluribus

eruditis extra Italiam quoque probatam scio. Contradixere tamen pro suo iure alii, quamquam suae contradictionis nulla fere, quod ego legerim, argumenta publice exposuerunt. Nunc, ut proprio iam loco dixi, quoniam Interpretis mei commentarium ad milonianam nuper comperi, ad quam eamdem diversus extat Asconii commentarius; satis constat novum hunc Interpretem non esse Asconium; si certe ille quem Pogius reperit, Asconius est. Omissa igitur de Asconio opinione, placet ne suspicari Caprum esse aut Volcatium, hunc Interpretem? Sine dubio hic adeo bonus copiosusque est, ut neutrius nominis dignitatem dedecoret. Cumque Agroetius ac Hieronymus Caprum atque Volcatium in grege interpretum tullianorum singulari cum honore appellent; noster hic tantae doctrinae atque ubertatis vix Hieronymo aut Agroetio incogitatus fuisse videtur. Ego tamen, ut par est, nihil adfirmo; immo hactenus dictum volo; ne super incerta re verborum molem exaggerem. Ceteroquin unus adhuc haeret scrupulus, num videlicet scholiastes ille, qui ad primum actionis secundae in Verrem librum usque ad capitulum XXIV. commentatur, idem forte sit, qui a me nunc editur, auctor. Certe is formulis interpreti meo persimilibus utitur capp. XVI. XVIII. XIX. XXI. XXII. XXIV; graecis nempe verbis figuras oratorias, quae apud Tullium sunt, designat; locos etiam auctorum graece recitat: quae omnia verba ex codice priscis uncialibusque litteris mendose tamen scripto ac mutilo (ut est palimpsestus meus) sumpta esse apparet, siquis rem in Graevii Garatoniive editionibus recte perpendat. Atqui verrinarum interpretem Volcatii nomine appellatum volebat Isaacius Vossius, ut iamdiu dictum biblio-

graphis. Nihilominus hanc ego in medio controversiam libenter relinquo. — Praeter hactenus commemoratum Interpretem, minora quaedam scholia ad scaurianam Tullii orationem e perantiquo ambrosianae bibliothecae palimpsesto, cum ipsius orationis fragmentis, pridem vulgavi; quorum scholiorum pars quadratis litterulis, pars rudioribus sed aeque ferme antiquis scripta erat: nunc vero brevissimas aliquot adnotatiunculas in verrinarum quoque orationum vaticano palimpsesto legebam: de quorum item scholiorum parente quaerendum otiosius non iudico. Ac ne de illis quidem ad II. III. IV. catilinarias, et pro Marcello, Ligario, Deiotaro, scholiis quae mihi ambrosianus codex obtulit, supervacanea verba faciam.

De reliquiis Ciceronis in hoc volumine partibus nuper repertis

V. Reliqua sunt in volumine meo scripta Ciceronis his annis primum vulgata haec. 1. Fragmenta haud modica orationis pro Scauro partim a me Mediolani detecta, partim a cl. Peyronio Taurini. His ego commentarium Asconii addidi, cum segmentis orationis ab eodem conservatis, cumque aliis scaurianae orationis reliquiis, quas diversi auctores apud se citatas servarunt. Atque haec omnia naturali quantum licuit serie disposui, nonnullisque adnotationibus comitatus sum. Sequuntur orationis pro Tullio haud modica aeque fragmenta, partim item a me Mediolani, partim Taurini a Peyronio edita; cui cl. viro fragmentum quoque insperatum milonianae orationis acceptum ferimus. Agmen claudunt novellorum Tullii scriptorum nobilia fragmenta duo, quae ex vaticanis membranis primus extulit vir ill. Niebuhrius; qui complures quoque emendationes suas atque observationes in partem illam tulliani interpretis a me Mediolani editam per-

humaniter mihi utendas obtulit, quas ego propriis locis, adscripto eius nomine, inserui. Fragmentis autem pro Fonteio unum ego alterumve addidi, itemque contra Metellum a rhetore, quem nuper edidi, conservatum.

De verrinarum orationum palimpsesto vaticano.

VI. Nihil esse in arte oratoria perfectius tullianis adversus ·C· Verrem secundae actionis orationibus, satis apud doctos exploratum confessumque est. Iamvero antiquissimus harum orationum palimpsestus codex in vaticana bibliotheca a me observatus fuit, tanto calligraphiae splendore scriptus, ut nihil fere speciosius, nihilque prima romanorum Caesarum aetate dignius sit: cuius optimae palaeographiae ut specimen ederem, delegi codicis extremam paginam, cui nulla secunda superimposita scriptura est. Atque hunc codicem curiose quum lectitarem, statim agnoscebam, verrinarum orationum textum, quem in editionibus magnopere depravatum legimus, ad hoc antiquissimum veluti archetypum esse refingendum. Etsi enim amanuensis, calligraphus fortasse magis quam eruditus, menda semper non vitavit, nihilominus ut in tam alta antiquitate tot bona in hoc scripto nitent, ut "non ego illis offendar maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura,„ Atque utinam opus universum in codice contineretur! Nunc ecce more pervulgatissimo palimpsestorum, nulla in codice oratio integra est; sed primi, secundi, quintique libri partes haud modicae sunt, tertii vero amplissimae, quarti minimae; cunctae autem sus deque perversae; etsi harum ordinem collatione cum libris editis revocare facile fuit; non facilis tamen saepe lectio, quia multae paginae a rescribente obscuratae pessumque datae fue-

runt; nonnullae etiam funditus elutae, ita ut eas a me praetermitti necesse fuerit. Quamquam vero tantam operis partem e deletitiis membranis fideliter exscribere laboriosum erat, alacriter id tamen egi, cunctumque codicem in adversaria retuli, typisque edendum curavi: atque ut lectoribus in proximo fructus esset, comparationem institui cum neapolitana cl. Garatonii editione, quae apud nos, exterosque ut puto, habetur praestantissima; nunc eam plurimis, immo et quandoque gravissimis, inquinatam mendis, ut ceteras, esse cognoscimus.


Praedicti palimpsesti fructus.

VII. Iam quanta emendationum seges ex verrinarum palimpsesto proveniat, scholia mea critica paginis libri subiecta demonstrant. Multa quippe vocabula in editionibus vitiata, vel perverso ordine collocata, vel omissa codex restituit; et quidem huius lectiones optimas in aliis interdum codicibus viderant Lambinus, Gruterus, Graevius, aliique, quin eae tamen in textum ab incuriosis typographis receptae fuerint: immo lambinianas quandoque lectiones tamquam fictas atque suppositas nonnulli calumniose traduxerant. Illud quoque percommodum est, quod divisionem capitulorum ab editoribus vulgo exhibitam, nunc imperite prorsus constitutam olim fuisse cognoscimus. Etenim codex, quamquam adeo imperfectus ac mutilus, nihilominus vicies circiter ab illa inepta divisione discedit: cuius differentiae iustas causas intelligere licebit, siquis rei momenta, id est naturales sermonis transitiones, considerabit. Duae quoque fictitiae in editionibus lacunae a codice coarguuntur, una quae vulgo creditur in libri primi extremitate; altera vero a Lambino lib. III. 72. importuno asterisco denotata. Praeterea notabilis admodum multique, ut arbitror,

usus per omnes hos libros varietas est notarum arithmeticarum, in quibus codex ab editionibus perpetuo dissidet (a): et quidem etiam tractus ille iamdiu controversus atque vexatus de decimis Herbitensium lib. III. 32. sqq., nova fortasse ratione constituendus videbitur. Omnino pars haec varietatis, quae ad numerales Romanorum notas pertinet, criticorum futurorum eruditionem atque acumen magnopere expectat ac prolicit. Illa quoque perinsignis lectio est lib II. 58. *RESSET* pro *esset*. Verbum enim *RESUM*, *ES* a me iam in scauriana cap. VIII. repertum, sed dubitanter propositum, a criticis vero hodiernis immerito repudiatum, nunc testimonio novo et verissimo Tullius confirmat. Contra vero lib. III. 37. ubi editiones habent inauditum atque insuave vocabulum *insulula*, vaticanus codex exhibet *insula*. Quare iam illud *insulula* nemo lexicographus adamabit. Adnotabunt item grammatici, Ciceronem lib. II. 63. *soteram* pronunciare latine, non graece *sotera*. Reapse apud alios auctores *crateram* aliquando legimus pro *cratera*. Optime item lib. V. 40. sqq. pro corrupto *Phalargus*, scribitur *Phalacrus*, unde latinum cognomen *Calvus*. Denique lib. I. 58. rectissime legimus *veris*, id est *aequis*, pro quo critici audaces imperitive scripserant *vestris*: itemque lib. V. 49. pari exemplo scribitur *veritatem*, id est *aequitatem*; quo item loco ab incautis criticis *severitatem* vocabulum obtrusum fuerat. Sed haec pauca in copioso rei bonae numero praelibasse satis sit. Nequid iam de palaeographia dicam, cuius eo maior auctoritas, quo codex antiquior nobiliorque est, atque ad Ciceronis aetatem propius accedens.

(a) Pag. 418. in scholiis meis not. (m) pro *haec nota* IↃ *non obscurata est*, lege *obscurata est*, omissa negatione.

VOLUMINE CONTINENTUR HAEC.


A B C D
A B C d

AD ORATIONEM CICERONIS
PRO FLACCO
COMMENTARIUS ANTIQUUS INEDITUS.

EDITORIS PRAEVIUM MONITUM.

Orationis pro Flacco pagellas duas ineditas e mediolanensi palimpsesto ante hos annos evulgavi. Id fragmentum lacunam illam partim explebat, quam post caput orationis secundum offendimus. Nunc in vaticano rescripto item codice priscam et incognitam orationis huius interpretationem deprehendi, cum aliquot etiam Ciceronis particulis, quae ad praedictam lacunam pertinent, quaeque incrementum illud mediolanense sic cumulant, ut tamen adhuc aliquid ad sarciendam orationis hiatum desideretur. Atque hic vaticani codicis prior fructus est: alter autem, quod illa posterior lacuna, quam editores post caput octavum statuunt, nunc fictitia coarguitur: quandoquidem in antiquissimo et fidelissimo, ut credere par est, codice vaticano post octavum continenter in eadem pagina scribitur nonum caput. Quare iam superest ut e futuris editionibus falsi istius detrimenti querela tandem excludatur. Per similem nunc emendationem primo etiam in Verrem libro licet adhibere; quem post verba sine causa subsortiebatur *mutilum explicere editores aiebant. Ecce autem in alio vaticanae bibliothecae palimpsesto, quadratis et pervetustis speciosisque litteris exarato, atque a me nunc edito, post praedicta verba scribitur (p. 410)* in C. Verrem explicit feliciter. *Quamobrem nisi antiquissimi quoque codices laborare hiatibus credendi sunt; sequitur ut has lacunas nullas esse putemus. Neque tamen inficias eo, vereri nos posse ne valde antiquis quoque exemplaribus detrimenta interdum acciderint. Mitto quod Xiphilinus saeculo Christi undecimo imperfectum se habere Dionem dicit in Antonini Pii fratrumque divorum rebus gestis. Mitto quod Polybium nonnisi mutilum sibi ad manus fuisse testati sunt saeculo decimo eclogarii illi, quos Porphyrogenitus ad delibandos priscos historicos incumbere iussit. Nonne haec ipsa, ut propius ad rem accedam, tullia-*

na pro Flacco oratio quarto iam aevi christiani saeculo imperfecta fortasse erat? En quippe Macrobii locum saturn. II. 1. quem a tullianis editoribus consideratum non video: Cicero in causis cum nocentissimos reos tueretur, victoriam iocis adeptus est: ut ecce pro L. Flacco, quem repetundarum reum ioci opportunitate de manifestissimis criminibus exemit. Is iocus in oratione non extat; mihi ex libro Fusii Bibaculi notus est, et inter alia eius dicta celebratur. *Quin etiam in divi Hieronymi epistula X. 3. ex hac oratione proferuntur verba quatuor quae in editionibus nostris non videntur occurrere. " Doctissimi quique Graecorum, inquit „ Hieronymus, de quibus pro Flacco agens luculenter Tullius ait;* „ ingenita levitas et erudita vanitas „. *Sed credibiliter admodum ad lacunam illam exordientis ferme orationis pertinet locus, quem Iulius Valerius rhetor a me nuper editus in capite de principiis recitat his verbis: " Licet etiam principales quaestiones in principio praecerpere, sed praecursu solo atque tactu, ut de his „ quaeri videatur; quomodo pro Flacco Tullius:* nihil agi illo iudicio nisi ut magistratus in provinciis non audeant imperare sociis „ quod ex usu rei publicae sit. „ *Haec inquam verba collocanda videntur circa initium lacunae capitis secundi, Cicerone ipso indice ubi ait:* nisi forte quae res hoc iudicio temptetur, quid agatur, cui causae fundamenta iaciantur, iudices, non videtis.

De tulliani textus lacunis hactenus; nunc de ipsius scholiastae defectibus dicendum est. Quoniam in rescriptis membranis versamur, fieri vix poterat ut hic commentarius sine detrimentis nobis occurreret. Etenim notae sunt palimpsestorum vices atque conditio. Igitur commentarii ad orationem pro Flacco supersunt in codice vaticano folia paria septem, insuperque paginae duae; summatim triginta paginae. Palimpsesti quaterniones imperfecti, in quibus materia haec continetur, hi sunt.

Q.	p. . . . . ‿	Q.	p. 266. 265 ‿ 268. 267	*Quia palimp-*
LII.	256. 255 ‿ 246. 245	LIIII.	272. 271 ‿ 262. 261	*sestus in in-*
	254. 253 ‿ 248. 247		. . . . ‿	*versis mem-*
	. . . . ‿		. . . . ‿	*branis re-*
				scriptus fuit,
Q.	p. 250. 249 ‿ 252. 251	Q.	p. 230. 229.	*idcirco pagi-*
LIII.	244. 243 ‿ 258. 257	LV.	*Pro Flacco explicit.*	*nae hodier-*
	274. 273 ‿ 260. 259			*nae praepos-*
	. . . ‿			*tere se habent*
				ad antiquas.

Prima ergo lacuna est paginarum saltem duarum; in quibus latet prohoemium interpretis et partim explicatio exordientis orationis. Secunda lacuna est paginarum quatuor; tertia duarum; quarta quatuor; quinta octo. Ergo commentarius habuit paginas saltem quinquaginta; quarum triginta, ut iam dictum est, supersunt. Non difficultas quidem legendi paucos oppido mihi versus eripuit. Sed tamen aliud adest lacunarum genus, graecorum scilicet verborum defectus, quibus interpres tullianus persaepe usus fuerat, sed ea verba quum olim non atramento, sed nescio quo colorato suco scripta fuissent, postea funditus palimpsesti lator deleverat, neque iam chemicis artificiis, quod fit in atramento, suscitari et colorari queunt. Perraro igitur mihi contigit, ut haec graeca in evanidis scripturae vestigiis adsequerer. Sunt autem pleraque formulae ex arte rhetorum, quam scholiastes noster, ut valde arbitror, profitebatur; ideoque et hos commentarios in auditorum suorum gratiam (veluti etiam Asconius se fecisse ait com. ad Mil. cap. V.) scripsisse videtur. Idem porro graecorum verborum defectus in ambrosiano quoque palimpsesto mihi olim negotium facessebat, quem codicem partem esse romani, in praefatione iam docui.

COMMENTARIUS.

CAP. I. 1. ***Numquam existimavi, iudices, ·D· Laelium, optimi viri filium, eam suscepturum accusationem.***

Desiderantur paginae saltem duae.

Decimus hic Laelius repetundarum reum Flaccum fecerat; subscri||**bentibus ·L· Balbo et Apuleio Deciano; quos vult obtrectatores intellegi, invidos gloriae huius Valerii Flacci, magisque cupientes destruere virtutem, quam ullum crimen ostendere: quorum personas onerat invidia; quasi nihil aliud adfectent, quam adiurationem (a) illam Catilinae, quae hoc adiutore oppressa sit, vindicare.** Cod. Q. LII. P. 256.

(a) Notemus *adiurationem* pro *coniurationem*. Quamquam id potius mendum videtur; namque inferius II, 4, idem scholiastes scribit *coniurationem*.

II. 1. Si umquam res ·p· consilium, gravitatem, sapientiam (a) iudicum imploravit, hoc, hoc, inquam, tempore (b) inplorat (c) „. Vehementer congeminavit, ut attentiores animos iudicum faceret (d), quo magis universae rei ·p· providerent, ne bene meritis civibus virtus sua non gratiam praemii (e) sed materiam periculi compararet. Est ergo – – (f) invigilari oportere, ne omnes quicumque rei ·p· profuerint, similibus calumniae periculis opterantur (g). Iam enim coeperat invidiosus consulatus esse Ciceronis (1), aegre ferentibus plerisque, quod indemnatos cives ·r· iussisset in carcere strangulari.

2. Non estis de Lydorum aut Mysorum (h) aut Frygum (i), qui huc corrupti (k) concitatique venerunt, sed de vestra re ·p· iudicaturi. |

P. 255. Haec omnia congessit eo studio (l) quo et illos destrueret qui accusaverant Flaccum, et omnem diligentiam iudicum ad utilitatem rei ·p· flecteret. Nam quo magis in planum deducerentur (2), qui accu-

(a) Edd. *sapientiam*, *providentiam*. (b) Male in edd. *hoc tempore*, *hoc*, *inquam*, *tempore*. (c) Ita cod. per *n*, alias prius per *m*. (d) Cod. *fa-e-e*. Abundat autem passim mendis codex. (e) Cod. *praemiis*. (f) Spatium duorum versiculorum, in quo verba graeca fuerunt. (g) Cod. *operantur*. Sic apud Cic. de rep. II. 41 mendose *operitur* pro *opteritur*. (h) Cod. *Myssorum*, sed prior *s* videtur expuncta. (i) Ita cod. *f* pro *ph* hic et alibi. (k) Edd. *compulsi*. (l) Verba *eo studio* haud certa sunt, sed ea vestigiis tantummodo adsequi vix mihi videor in membrana lacera.

(1) Reapse anno post hanc orationem dictam Cicero in exsilium pulsus est. Consul Cicero fuit anno urbis varroniano DCXCI, oravit pro Flacco anno DCXCV, exsulavit an. DCXCVI.

(2) Notemus locutionem pro *refutarentur*, vel *deprimerentur*.

sabant, non dixit Asiam provinciam, sed diduxit in species nationum barbararum (a), ut Lydos et Mysos et Frygas diceret: et vocabula ipsa quendam metum barbariae ferocientis ostentant. Nec suffecit hoc modo auctoritatem destruxisse; adiecit etiam illud " qui huc corrupti concitatique venerint ",; et duplici modo fide careant, vel quia barbari, vel quia redemti sint ad obsequium mentiendi. Et hic - - (b).

3. Quem enim (c) appellem? quem obtester? quem inplorem?

- Oratorie (d) interiacit (1) ad dubitationem: quasi omnium periclitantium animus aestu quodam magnae sollicitudinis inquietetur; ut incertum sit, cuius ordinis potissimum imploret auxilium, cum in huiusmodi rebus ita singuli periclitentur, ut clades omnibus comparetur.

4. Iudicabitis principes eius ordinis quinquaginta, quid cum omnibus senseritis.

Lex enim aurelia iudicia||ria ita cavebat ut ex parte tertia senatores judicarent, ex partibus duabus tribuni aerarii, et equites (e) ·r·, eiusdem scilicet ordinis viri (2). P. 245.

5. Condemnatus (f) est is, qui Catilinam signa patriae inferentem interemit.

Caius scilicet Antonius collega Ciceronis, ·M· Cae-

(a) Cod. *barbarum*. (b) Spatium versiculi cum dimidio. (c) Edd. *animalium*. (d) Cod. *oratoriae*. Tum ante hoc vocabulum spatium est unius vocabuli graeci quod legi iam nequit. (e) Cod. *aequites*. (f) Edd. *damnatus*.

(1) Hinc figura *interiectio*.

(2) Cave heic intelligas eundem fuisse equitum et tribunorum aerariorum ordinem. Namque hi perspicue distinguuntur infra VI. 1.

cilio Rufo accusante, non tantum pecuniarum repetundarum crimine, verum etiam ob hanc coniurationem non ita pridem damnatus fuerat (1). Nec ignoramus praefuisse exercitui, quo Catilina superatus est: quamvis ipse Antonius vel pedum valetudine vel conscientia retardatus Petreium legatum suum miserit, qui cum hoste confligeret (2).

6. Cur sibi confidat is, qui ea proferenda et patefacienda curavit?

Haec ad semet ipsum refert, periculi etiam sui gradu (a) quodammodo adiecto; ut omnes *qui* (b) coniuratos obaixe (c) persecuti sint, poenae videantur quodammodo destinati, dum singulis crimen aliquod et invidia conflatur.

7. Strangulatos (3) maluit dicere.

Adfectata et oratoria quadam calliditate hoc uti verbo Decimum Laelium accusatorem voluisse denotat Cicero, ut memoriam videlicet eorum | resculperet, qui cum Lentulo in carcere poenas dederant post indicia litterarum. P. 253.

8. Quod sibi meus necessarius Caetra (d) voluit.

Subscribserat hic inter ceteros Decimo Laelio accusatori.

(a) In cod. superponitur linea, ut fiat *gradum*. (b) In cod. deest *qui*, et ante *ut* una vel duae sunt incertiores litterae. (c) Cod. *obaixae*. (d) Ita manifesto codex; et noternus Ciceronis familiarem vel cognatum.

(1) Nempe hoc ipso anno, quo Cicero pro Flacco orabat, Caesare et Bibulo coss. Dionem Lege Cassium XXXVIII. 10.

(2) Sallustius Catil. cap. LIX.

(3) In hoc vocabulo incipiunt supplementa eius lacunae, quae in editionibus occurrit.

9. Quid vero Decianus ?

Et hic subscriptor fuit Apulaei (a) Deciani (1) filius, iam nuper damnati, cum tribunus pl. esset (2), et in ultionem Apulaei Saturnini, nec minus etiam ·C· Servilii Glauciae, multa improbe (b) seditioseque (c) committeret: quam tamen damnationem passus, in Pontum se et ad partes (d) mithridaticas (e) contulit. Quo ipso infamiam generis eius perstringit orator; ut imitatus quodammodo patrem, omnia pro hostibus sentire videatur.

10. Utinam esset proprie mea (3)! Senatus igitur magna ex parte.

Mire (f) hic respondit --(g). Remotionem (4) facturus in auctoritatem senatus, quo decernente puniti sint Catilinae socii, amplectitur quoddam votum, quasi potuerit etiam gloriose confiteri auctorem se illius fuisse supplicii: magis enim ex hoc remotioni firmitas adquiretur, si potuerit esse etiam ipsius de se laudanda confessio.

(a) Ita cod. cum diphth. (b) Cod. *improbae*. (c) Cod. *seditioseeque*. (d) Cod. *parte*, superposita linea, ita ut sit *partem*. (e) Cod. *mithridaticos*. (f) Cod. *mirae*. (g) Versiculus unus cum dimidio vacuus, amissis litteris graecis.

(1) Huic praenomen dant *Caium* Cicero pro Rabir. IX, et Valer. Max. VIII, qui auctores damnatum Saturnini causa *C·Decianum* aiunt; sed neuter vel Apuleium appellat vel ad partes eum mithridaticas transfugisse ait: immo Valerius honorifice de eo loquitur. Nunc *Apuleium Apuleio* Saturnino gentili suo faventem videmus.

(2) Tribunatum hunc collocat Pighius in Antonii et Postumii consulatu an. urb. DCLV.

(3) Sic dixit etiam romanus ille, Caligula occiso, in Dionis fragm. vat.

(4) De figura remotione consule artigraphos.

Desiderantur paginae quatuor.

11. Dii, inquam, immortales! Lentulum (1) ||

* * *

* * * (2) externum cum domestica vita naturaque constaret. Itaque non patiar D. Laeli, te tibi hoc sumere, atque hanc ceteris in posterum, nobis in praesens tempus legem conditionemque *constituere* (3). * * * Cum adulescentiam notaris, cum relicum (a) tempus aetatis turpitudinis maculis consperseris, cum privatarum rerum ruinas, cum domesticas labes, cum urbanam infamiam, cum Hispaniae, Galliae, Ciliciae, Cretae (4), quibus in provinciis non ob-

Fragmentum mediolanense p. 35. 46.

(a) Ita cod. pro *reliquum*. Per scriptura in antiquis codicibus haud raro occurrit.

(1) Periit folium quartum, idest intimum, quaternionis, atque hinc deesse cognoscimus paginas quatuor. Iamvero quum in hoc hiatu sine dubio collocandum sit fragmentum mediolanense, satis probabiliter videmus quantum fere fuerit lacunae spatium, et quam iam parum materiae ob explendum defectum desideretur. Certe in hoc toto amissae materiae tractu vaticanus interpres paginas commentarii non plus quatuor insumpsit.

(2) Fragmentum hoc in eam orationis lacunam incidere, quae inter caput II. et III. interiacet, dubitari non potest. Agitur enim capite III. de muneribus a Flacco gestis non sine optima fama pluribus in provinciis, et de testium adversariorum iniquitate atque ignobilitate. Atqui in mediolanensi fragmento de his ipsis agitur tum in eiusdem extremitate dicitur Flaccus puer cum patre consule ad bellum esse profectus; initio autem capitis III, munera quibus Flaccus in reliqua vita functus est percensentur; ergo fragmentum ante caput III. prorsus collocandum fuit.

(3) Membranae particula abscissa fuit, perieruntque vocabula paulo minus viginti.

(4) In orationis peroratione cap. XL. rursus hae provinciae pro Flacci innocentia appellantur.

scure versatus est, vitia et flagitia protuleris; tum denique quid Molitae (a) et Loreni (1) de L. Flacco existiment audiemus. Quem vero tot tam gravesque provinciae salvum esse cupiant, quem plurimi cives tota ex Italia devincti necessitudinis vetustate (b) defendant, quem haec communis nostrum omnium patria propter recentem summi beneficii (2) memoriam complexa teneat; hunc etiamsi tota Asia deposcit ad supplicium, defendam, resistam. Quid si neque tota, neque optime, neque incorrupte (c), neque sua sponte, nec iure, nec more, nec vere, nec religiose, nec integre? si inpulsa (d), si sollicitata, si concitata, si coacta, si impia; si temere, si cupide (e), si inconstanter nomen suum (f)

(a) Ita cod. pro *Tmolitae*. Et quidem *Molus* pro *Tmolus* non caret exemplis, ut iam critici observaverunt. (b) Ego olim legebam in cod. *necessitudinem vetustatem* Cl. autem Peyronius qui post me codicem illum retractavit, ait se legisse *necessitudine ac vetustatem*. (c) Cod. *neque optimos neque incorruptos*, sed *s* expungitur ex *optimos*. (d) *Inpulsa* pro *inprovisa* dedit Peyronius, prior autem lectio sine dubio vera est; nam et schedarum mearum codicis eam mihi plane suadent. (e) Ego olim legebam *putide*, at Peyr. *cupide*, quamquam obscuratum vocabulum sit. Τῷ *cupide* favet Cicero in hac or. cap. 11. 12. 26. 27.; τῷ *putide* idem cap. 22. (f) *Nomen suum* pro *nomine* legebat Peyr.; quam lectionem ab eo libenter accipio.

(1) Videtur nomen derivatum ab ignobili Asiae oppidulo. Nam Tullius ut testium infringat auctoritatem, patriae eorum obscuritatem deridet. Erudite vero Cramerus (qui cum Heinrichio inventa mea mediolanensia recudit) quia *Loryma* urbs Cariae, scribendum putabat *Lorymani*, quod rursus scribere *Lorymeni* Heinrichius malebat.

(5) Flaccus Ciceronem adiuverat in opprimenda Catilinae coniuratione triennio ante hanc orationem.

misit in hoc iudicium per egentissimos testes, ipsa autem nihil queri (a) vere de iniuriis potest? Tamen ne, iudices, haec ad breve tempus audita longinqui temporis cognitarum rerum fidem derogabunt? Tenebo igitur hunc ordinem defensor, quem fugit inimicus, et accusatorem urgebo atque insequar, et ultro crimen ab adversario flagitabo. Quid est, Laeli, numquid ea . . . . vere . . . (b) dicis? qui equidem non in umbra neque in illius aetatis disciplinis artibusque versatus est. Etenim puer cum patre consule ad bellum est profectus. Nimirum etiam hoc ipso nomine aliquid . . . asus (1).

* * *

P. 248. 12. * * * tirent fuisse testatur. Sed ne originem civitatis eiusdem nude transcurrisse videamur, antiquissimis haec temporibus Tantis (c) vocitata est, quam terra ipsa consumpsit, hiatu scilicet interceptam: ibique postea oppidum constitutum, cui Sipylo nomen inditum. Pleraeque aliae maris inundatione (d) demersae sunt, quarum fuit Leucadia, Antirrhion (e), Hellespontus, Bosphori duo: ut Pyrram (f) et An-

(a) Cod. *querr.* Sic alibi *querella*. (b) Perierunt vocabula duo. (c) A Plinio aliisque auctoribus scribitur *Tantalis*. (d) Cod. *inundationem*. (e) Cod. *Antirrium*. (f) Ita cod. sine adspir.

(1) Idem heic occurrit membranae defectus (sed in aversa pagina (qui p. 8. adn. 3. a me memoratus fuit.

tisam circa Meotin (a) paludem pontus abstulit: ut Helicem et Biram sinus corinthius devoravit (1). Satis autem oratorie (b) commemorans ipsius civitatis (2) devotissimam circa Romanos fidem, minuit opes eius; et exigua moenia et parvum numerum civium dixit, quibus (c) tamen maximos regis Mithridatis impetus propulsaverit; fide et amore scilicet, quam virium facultate (d) robustior. Et est quaedam laudativa sententia.

13. Sed si neque Asiae luxuries (e) infirmissimum tempus aetatis.

Mores inlustrantur eius, quem non potuerit (f) Asia multiformi voluptate corrumpere. Similis et in L. Murenae defensione sententia est (3). Verum, quod hic magis animadvertendum | puto, consideremus P. 247. **omnium horum capitum transitus oratorie (g) factos: ita enim sibi conectuntur (h) ut gradus honorum cum quadam testificatione cognitae simul et probatae**

(a) Ita scribitur in cod. sine diphth. (b) Cod. *oratoriae*. (c) Cod. *cuius*. (d) Cod. *facultatem*. (e) Cod. *luxuriaes*. (f) Cod. *potuerunt*; quod correxi, quamquam Asia est collectivum nomen. (g) Cod. *oratoriae*.
(h) Ita cod. unica n; ut in aliis codd. *conector*, *conexus*.

(1) Plinius II. sect. 91: *perrupit mare Leucada, Antirrhion, Hellespontum, Bosphoros duos. Atque ut sinus et stagna praeteream, ipsa se comest terra. devoravit Cybotum* etc.; *Sipylum in Magnesia; et prius in eodem loco clarissimam urbem quae Tantalis vocabatur* etc. *Pyrrham et Antissam circa Maeotim pontus abstulit: Elicen et Buramin sinu corinthio*. Rursus lib. V. sect. 31. *interiit et Sipylum, quod ante Tantalis vocabatur, caput Maeoniae*. Lege etiam auctores in scholiis ad Plinium laudatos.

(2) Sipyli scilicet, seu Magnesiae ad Sipylum, quam urbem Mithridati restitisse, ideoque a Sylla pronunciatam fuisse liberam tradit Appianus mithr. cap. XXI. LXI.

(3) Cap. V.

integritatis extollat. Praemisit quippe, in Asia (a) nullam Flacci fuisse luxuriam: dein sequenti capite " ex hoc, inquit, aetatis gradu se ad exercitum C. Flacci patrui (1) contulit ": et statim subicit.

14. Tribunus militaris cum P. Servilio gravissimo et sanctissimo cive profectus.

Laudatio enim L. Servilii magnum testimonium Flacco ad iudicium vitae honestioris adquirit. Post haec etiam cum esset quaesturae (b) mentionem facturus, ita subiecit:

15. Quorum amplissimis iudiciis ornatus, quaestor factus est (2).

Omnis (c) haec ergo enumeratio magistratuum, quos gessit, ita pendet ex se, ut laus praecedentium consecutis honoribus suffragata sit; et in nullo fuerit gratia fortuita, cum in omnibus censura meriti haberetur.

16. M. Pisone, qui cognomen frugalitatis, nisi accepisset, ipse peperisset.

Vigilanter omnes hos, qui Flacco in primis magistratibus praefuerunt, laudativa γνώμῃ (d) orator exornat, ut quod viris (e) tam einlustribus (f) pla-

(a) Cod. *Asiam.* (b) Cod. *quaesturae.* (c) Cod. *omni.* (d) Tantum spatii est in codice, ubi graeca vox fuit, scribo autem sic, quia supra dicitur *laudativa sententia*. (e) Cod. *iuris.* (f) Deletur e in codice; ego tamen archaismum retineo.

(1) Ita cod. Ego vero existimabam dicendum esse *patris*, uti legitur in eo quem citat scholiastes loco. Vel hic igitur vel ibi mutanda videtur lectio. Fuit autem C. Flaccus anno urbis DCLXI. consul, pater scilicet aut patruus huius L. Flacci pro quo Cicero orat.

(2) Quaesturam adibant Romani aetate admodum iuvenili. Cic. de rep. I. 12.

cuit, exploratae in||nocentiae testimonium sit. Verum quod ad Pisonem pertineat (a), plurimi quidem ex hac familia cognomentum frugalitatis habuerunt (1): sed enim primus hoc meruit ·L· Piso, qui legem de pecuniis repetundis tulit, et fuit ·C· Graccho capitalis inimicus, in quem ipsius ·C· Gracchi extat oracio maledictorum magis plena quam criminum (2). P. 246.

17. Idem novum bellum suscepit atque confecit.

Q. Metellus (b), detrectante collega suo ·Q· Hortensio (3), administrationem provinciae Cretae ipse suscepit, et ibidem confecto bello cognomentum ex virtute, ut supra diximus, Cretici meruit. Coeperat quidem ante illum orae maritimae praepositus ·M· Antonius piratas persequi; sed rebus nondum confectis, morte praeventus est (4).

18. Non Asiae testibus, sed accusatoribus contubernalibus traditus.

Vigilanter subtrahit auctoritatem provinciae, qua Flaccus opprimi poterat, et subdit accusatores con-

(a) Ita cod. (b) Cod. *Metello*.

(1) Tres tantummodo *Frugi Pisones* recenset Glandorpius in onomastico. Noster autem interpres dicit *plurimos* pro *plures* etiam inferius XXXIIII. 2.

(2) Rem diserte narrat Cicero ipse pro Fonteio cap. XIII.

(3) Hortensii oratoris detrectationem provinciae confirmat Dio fragm. CLXXVIII. ed. Reimari

(4) Hinc a Cicerone in Verr. II. 3. et III. 91. dicitur ·M· Antonii infinitum imperium. Idem postremo loco ait: *Antonium, cum multa contra sociorum salutem, multa contra utilitatem provinciarum et faceret et cogitaret, in mediis eius iniuriis et cupiditatibus mors oppressit*.

tubernales. Hoc enim fere nihil optinet auctoritatis, si contubernales ad (a) obsequium mendaci obtemperaverint accusatori: illud contra pro validissimo acciperetur, si accusatio provinciae totius incumberet.

III. 1. At a testibus laeditur (1).

P. 245. Executio haec | omnis hanc optinet quaestionem, an testibus credendum sit. Et prius quam adgrediatur orator – (b) et destruere personam Graecorum et nationem gentili quadam levitate praecipitem, statim prima conflictatione – (c) opponit praecedentium magistratuum (d), in quibus bene cognitum et gloriose probatum Flaccum non oporteat his eum, maxime testimonio pugnantibus, addici; cum plura sint quae laudi proficere debeant, quam quae nunc crimini fidem faciant.

2. Nullam in re familiari sordem.

Notabile (e) hoc, quod singulari numero sordem dixit, cum de moribus ad cupiditatem pecuniae promtioribus secundum numerum pluralem consuetudo celeberrima sit sordes dicere. Hoc igitur de verbis rarioribus adnotemus.

(a) Cod. *ad ad.* (b) Spatium versiculi cum dimidio, ubi graeca verba fuerunt. (c) Spatium unius vocabuli graeci. (d) Cod. *magistratum.* (e) Cod. *notabilem.*

(1) Rursus incipit textus editus. Ergo codex vaticanus sarcit priorem extremamque partem lacunae: innuit etiam, ut iam dixi, quantum adhuc desit, nempe quidquid interpres quatuor commentarii paginis, quae perierunt, partim illustraverat, partim, ut fit, omiserat. Quamquam intra quatuor illas paginas concludendum est mediolanense fragmentum iam pridem a me editum; quo insigni additamento hiatus orationis, ut iam dixi, valde imminuitur.

IIII. 1. Non quo nationi huic ego unus maxime fidem derogem.

Localiter – (a) impleturus graecis testibus non esse credendum, quo sibi contra invidiam mederetur, praemisit hoc *σχῆμα* (b) quod aput Graecos – (c) dicitur – (1). Tanto enim maiore auctoritate proscindet illorum in testimoniis dicendis || *levitatem* . . .

Desiderantur paginae duae.

* * *

V. 1. . . *offensas* (d) privatae indignationis ulcisci: qui moleste ferant, se Flacco iudicante perpessos. Q. LIII. P. 250.

2. Qui comitatus in inquirundo? comitatum dico? immo vero quantus exercitus?

Gestit persuadere iudicibus, praeter levitatem Graecorum, plurimum valuisse Laeli accusatoris sive potentiam sive gratiam, ut illis mentiendi (e) non tantum voluntas insinuaretur (f) verum etiam necessitas inrogaretur.

VI. 1. Lege hac recenti ac nova certus est inquisitioni comitum numerus constitutus.

Legem iudiciariam videtur significare, sive a P. Vatinio tribuno pl., sive a Q. Fufio Caleno perlatam (2): pertinebat autem ad iudicum reiectionem, quae fiebat secundum legem aureliam ex tribus ordinibus, senatorum, equitum romanorum, tribuno-

(a) Spatium unius voc. gr. (b) Supplevi vocabulum spatio congruens. (c) Supple vocab. unum gr. (d) Vel *causas*. (e) Cod. *mentiendis*. (f) Cod. *insinuaretur*.

(1) Si mihi commodius otium fuisset, hoc fortasse et alia figurarum nomina apud graecos vel latinos rhetoras atque artigraphos invenissem. Nunc multis curis distentus spartam hanc adornandam erudito cuilibet prope invitus permitto.

(2) De Vatinio legis auctore testis est ipse scholiastes noster in Vatin. XI. Lex Fufia incerta citatur a Cicerone in Verr. I. 42.

rum aerariorum (1). Igitur ea lege praefinitum videbatur quot (a) numero comites habere deberent, qui in provincias irent, *ut* (b) accusationem de pecuniis repetundis instruerent. Hunc ergo Laelium videri vult supergressum legis istius praescripta inciviliter multa fecisse.

2. Sermo est tota Asia dissupatus (c), Cn. Pompeium, quod Flacco esset inimicus, contendisse *a* (d) Laelio paterno amico.

P. 249. Sum|ma diligentia, cum intellegat orator obesse reo plurimum posse auctoritatem Cn. Pompei, si accusatoribus contra reum favere videatur, eripere temtat hanc persuasionem; quasi Laelius falsi huius rumoris auctor extiterit, nihil vero Pompeius in Flacci perniciem cogitaverit. Sed enim quod paternum amicum Cn. Pompei (e) Laelium dicit, opinor ad tempus belli sertoriani esse referendum, quo ibidem (f) Laelius pater huius ab Hirtuleianis interfectus est, ut ait Sallustius (2), receptis plerisque signis militaribus cum Laeli corpore.

3. Et praedonum et regum bello liberavit. Scimus Gabinia rogatione (3) victos esse ab Cn.

(a) Cod. *quod*. (b) *Ut* deest in cod. (c) Cod. *dissupatum*. Porro *u* pro *i* et *existumare* et *surrupere* in vaticanis fragmentis pro Fonteio. (d) Deest *a* in cod. (e) Cod. *Pompeium*. (f) Ita cod. Sed malim *idem*.

(1) De aurelia lege item loquitur noster scholiastes in parte illa quam Mediolani edidit ad Ciceronis orationem ineditam in Clodium et Cur. VII. 2. Auctoritatibus a me ibidem laudatis adde Paterculum II. 32.

(2) In historiarum fragmentis non extat haec narratio, quae tamen occurrit apud Frontinum strateg. II. 31, et apud Obsequentem prodig. CXIX. Iam Hirtuleium fuisse Sertorii quaestorem satis exploratum est.

(3) Res notissima ex Paterculo II. 31, Plutarcho in Pomp. XXV, aliisque auctoribus.

Pompeio imperatore piratas. Quod ad reges pertineat (a) ab eodem superatos, Tigranem significat Armeniae, et Mithridatem Cappadociae regem (1).

4. Adiunxit illa, ut eos qui domo exire nolebant, testimonii denuntiatione terreret; qui domi stare non poterant, largo et liberali viatico commovebat (b).

Calumniosa Laelii ostenditur accusatio, quod ei se testes non ultro secundum fidem veritatis obtulerint, sed ab eo vel minis compulsi sint, vel pecunia corrupti. In superiore enim || parte nolentes Romam proficisci, territos ab Laelio (c) dicit denuntiatione veniendi, ut cogerentur ea de Flacco mandare (d) quae nollent. Verum in sequenti parte obscurius aliquanto (e) locutus est. Ait enim: qui domi stare (f) non poterant, largo et liberali viatico commovebat. Hos significat pauperes et egentes, qui nullo patrimonio sustinerentur; ac propterea pecuniae largitione ad falsum testimonium provocatos: nam stare eos dicebant veteres qui habebant idoneam rem familiarem. Similiter et in oratione (g), quae habita est P. 244.

(a) Ita cod. (b) Cod. *commoveret*. (c) Cod. *Le* pro *Laelio*. (d) Cod. *mandarent*. (e) Cod. *aliquando*. (f) Cod. *instaret* (g) Cod. *orationem*.

(1) Vel dicendum est *Ponti regem*, vel intelligitur id tempus quo Mithridates Cappadociam armis subditam tenuit, pulso rege iusto Ariobarzane. Cic. pro leg. Manil. cap. V. Quin adeo Tullius in hac quoque pro Flacco oratione cap. XXV Mithridatem vocat *cappadocem*. Sane et agri, quos Mithridates in Cappadocia possedit, memorantur in rulliana oratione I. 2.

aput populum post fugam Catilinae (1); si stare (a) non possunt, conruant; sed ita, ut non modo civitas, sed ne vicini quidem proxumi sentiant.

5. Non iure iurando constricta sed porrigenda manu.

Hanc Graeci χειροτονίαν (b) dicunt. Itaque – (c) morem nationis plurimum dissentire a fide et religione testium confirmat ex hoc quod non iurare soleant in aliquam rem, sed tantum porrecta manu consentire; ex quo praeceps temeritas colligi potest.

VII. 1. Sedentis contionis (d).

Plerumque enim Graeci in theatro consulebantur, et ita decreta faciebant (2).

P. 243. 2. Tum optime meritos civis e civitate eiciebant.

Legimus enim duces maximos et inlustres in exilium relegatos ab Atheniensibus, vel etiam in vinculis necatos, ut Miltiadem (e), Themistoclem, Aristidem, Alcibiadem (3).

3. Caesus est virgis cymaeus ille Athe–

(a) Cod. *istare*. (b) Ita suppleo in congruo spatio. (c) Spatium duorum fere vocabulorum gr. (d) Cod. *contentionis*. (e) Cod. *miltiam*.

(1) In Catil. II. 10. Respondebat autem Tullius Catilinae qui in senatu, ut ait Sallustius cap. XXXI, furibundus dixerat: *quoniam quidem circumventus ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina restinguam. Dein se ex curia domum proripuit*.

(2) Sic etiam graeci Tarentini apud Dionysium et Dionem a me editos, in theatro de rebus publicis deliberant.

(3) Lege Ciceronem de re rep. I. 3.

nagoras (a), qui in fame frumentum exportare erat (b) ausus.

Graviter et congeste (c).. . causam ostendit, quare potuerit Athenagoras ad mentiendum provocari, propter indignationem verberum, quibus fuerat castigatus; et iustitiam Flacci praetoris, qui propter huiusmodi audaciam existimaverit puniendum. Ita utrumque fit, ut testium auctoritas devoretur, et Flacci iustitia comprobetur.

4. Qui multitudinem illam non auctoritate sua, sed sagina tenebat.

De Mithridate pergameno loquitur, a quo vehementer adseverat testes esse corruptos: et quo magis eorum levitas et paene obsequium servile detegeretur, quam multitudinem, inquit non auctoritate sua sed sagina tenebat: nequid fidei hominibus adsit, qui parasitorum in modum vel solo possint ventre corrumpi, ad gulae (d) blandimenta venales.

5. Quod se velle dixit, id || sutores et zonarii conclamarunt. Hoc testimonium est civitatis? P. 274.

- (e) in clausula pronuntiandum est - (f) quid sit testimonium; ad quod destruendum - (g) ab oratore praemissa est dicendo sutores et zonarios; ut volgaribus et sordidis artificiis appareat humilitas personarum, nec ullum genium publicae maiestatis obtineat.

(a) Cod. *Athenachoras*, sed recte infra. (b) Cod. *erant*. (c) Vox *congeste* aegre legitur, tum sequitur vocabulum obliteratum. (d) Cod. *gylae*, quia scilicet *y* pronunciabatur *u*, teste etiam Symmachi codice. (e) Unum vocab. gr. (f) Duo voc. gr. (g) Unum vocab. gr.

VIII. 1. Quibus odio sunt nostrae secures.

– (a) Magna cum invidia exaggeratae sunt causae, quibus utique veri simile sit, Graecos contra Flaccum voluisse mentiri; quod e[a om]nia quae in provinciis exerceantur, habuerint semper onerose (b) et ea gravate tulerint (c), odio iam non praetoris unius, sed romani imperii. Similiter et de Gallis pro Fonteio (1). Est autem potentissimum, si ab unius persona (d) flectatur intentio iudicum, ut publico nomine recenseant, testibus moleste haec obsequia tolerantibus.

VIIII. 1. In aerario (2) nihil habent civitates, nihil in vectigalibus.

– (e) materiam nullam habuisse praedandi Flaccum in istis civitatibus, quas invenerit opibus exhaustas,
P. 273. et quae | nec versuram fecisse, nec viritim titulum contulisse dicantur.

2. Quam vero falsas (f) rationes in tabulas inferre soleant.

Sollertissime invigilavit, nequid Graeci etiam tabularum recitatione firmarent – (g) praemittit hanc insimulationem, ut si quod instrumentum probationis attulerint, pro falso accipiatur. Et confirmat

(a) Unum vocab. gr. (b) Cod. *onerosae*, Item *gravatae*. (c) Cod. *tulerunt*. (d) Cod. *personae*. (e) Versus unus et dimidius vacuus, quo in loco fuerunt graeca verba. (f) Edd. *facile falsas*. (g) Spatium unius versus.

(1) Cap. XI.

(2) Iam in monito huic orationi praevio dixi, continuam here esse scripturam codicis vaticani, ideoque falsam esse lacunam, quam editores inter huius orationis caput VIII. et IX. incommode obtrudunt, dum in libris aiunt, *deesse videntur nonnulla*.

hoc – (a) interponendo auctoritatem · Cn · Pompeii (b) et Hypsaei (1), quorum litteris indicabatur perfidia Graecorum. Et statim sub eodem – – (c) in clausula ponitur, eos qui de Pompeio et Hypsaeo mentiti sint, nec de insimulanda Flacci innocentia potuisse dubitare.

3. Triduo lex ad praetorem deferri iubet. – (d) Lege enim habebatur (e) ut accusatores (f) de pecuniis repetundis omnia instrumenta tabularum, et intra diem tertium ad praetorem deferrent, et omnia iudicum anulis obsignarentur (2). Hos contendit post diem tricensimum (g) obsignandas tabulas edidisse, ut videlicet hoc intervallo potuerint habere largum tempus easdem tabulas || *corrumpendi* * * * *Desiderantur paginae quatuor.*

* * *

XIIII. 1. *Negas fratrem meum, qui Flacco successerit, pecuniam ullam in remiges imperasse.*

* * * neque fratris sui laudem decerpat, et quod Flaccus egerit, rectissime factum esse persuadeat. Quintus enim Cicero successor eius non imperaverat Asiae P. 260. pecuniam classis nomine conferendam; Flaccum vero imperasse constabat. Igitur non in totum concessit,

(a) Spatium versus unius. (b) Ita cod. At supra VI. 2. *Pompei*. (c) Spatium duorum versuum cum dimidio. (d) Spatium versus unius cum dimidio. (e) Cod. *habebantur* (f) Cod. *accusatori*. (g) Incertum est utrum sit *tricensimum* an *trigensimum*.

(1) Quippe Hypsaeus quaestor Pompeii fuit bello mithridatico, quo tempore scriptae fuerunt mutuae horum, quas commemorat Tullius, litterae.

(2) Quaenam e tot legibus de repetundis caput hoc de tabulis certa die obsignandis habuerit, quaerendum superest.

fratrem suum hanc speciem praetermisisse, ad tempus necessarium reservasse. Ergo non damnavit quod praecessor fecerat, sed distulit quod ipse non imperabat. Praeter hoc etiam – (a) *defendit* per absolutam qualitatem, salva religione, fraterna libertate (b) causam Flacci, quod nulli umquam crimini datum sit id quod successor aliter fecisse videatur: propterea quod exempla praecedentium sequenda sint, successorum praedivinari voluntates et consilia non possint.

XV. 1. Procedit unus Asclepiades.

– (c) *Prudenter* satis, quoniam praeco legatos Acmonenses excitaverat, et de Acmonensibus unus Asclepiades prodierat, arripuit accusaturus malitiosam criminationem Graecorum, qui uni homini auctoritatem quandam multitudinis darent. Impleta ergo responsione
P. 259. generali contra auctoritatem totius | Asiae, transitum facit ad singulas civitates. Et hic primo gradum figit (d) destruens etiam ipsius Asclepiadis personam, ut nihil ad optinendum valeat vel numero quod solus, vel moribus quod infamis.

2. Nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis.

Festivissime – (e) subiecit destruens hominum personas, qui ob egestatem nimiam nec habuerint quod amitterent. Eo etiam illud accedere, quod praesentes non sint ad dicendum testimonium, a quibus se pecuniam sumpsisse Asclepiades dicat, quam Flacco datam criminabatur.

(a) Spatium versiculi. (b) Cod. *libertatem*. (c) Spatium dimidii versus et paulo plus. (d) Cod. *fugit*. (e) Vocabulum gr. oblitteratum.

3. Tu vero tibi habe totam (a) laudationem decrevisse (b).

Eam temtaverat accusator falsam dicere: et oratorie (c) hoc ipsum Cicero concessit, ut Graecorum mores atque perfidia etiam ab ipso accusatore damnata sit, qui ab eorundem maxime testimonio nititur. Utiliter itaque facit (d) iacturam civitatis unius, multarum, quae accusant, deminuturus auctoritatem.

4. Ut Flacco absenti, aliquid civitates tribuisse dicantur.

Laelio praesenti, per se agenti, vi legis, iuris, accusationis, opibus praeterea suis terrenti ac minitanti nihil obsignasse videantur . . . (e) ante || . . non fecerit; sponte concedens Acmonensium videri falsam laudationem, tamen sequentia . . . adverte quam tenaciter laudationem suam videri velit . . . fuisse iudicia; e contrario calumniosa eorum testimonia, qui pro accusatore consentiant. Absenti, inquit, Flacco decreta laudatio est. Ergo nihil invitis extorsit vel gratia vel potestate, cum absens esset. At (f) ceterae civitates praesenti Laelio, cogenti, opibus magnis et obstinata necessitate suadenti, magis est ut succubuerint ad obsequium mendacii. Sic et deprimitur fides accusantium, et veritas factorum *coarguitur* (g).

XVI. 1. Obsignata erat creta illa asiatica.

(a) Edd. *habeto istam*. (b) Ita cod. Num est mendum? num sequenti commentario addendum hoc vocabulum, quod certe in textus editionibus deest? οὐδὲν ὁρίζω. (c) Cod. *oratoriae*. Saepe iam mendosas has diphthongos coarguimus. Id tamen repetitum mendum nos docet eandem fere fuisse pronunciationem apud veteres τοῦ ae et τοῦ e. (d) Cod. videtur habere *pacti*. (e) Unum verbum legi nequit. Ita fere et in proximis lacunis tribus. (f) Cod. *ad*. (g) Hoc fere unum vocabulum legi nequibat.

. . . celebrata . . . valde veluti quodam . . . consuetudine . . . qui solebant . . (a) creta quadam candida uterentur, et adhuc videtur frequentari haec consuetudo (1). Instrumentum igitur laudationis creta obsignatum proferebatur; tabulae vero, quibus illi ad criminandum utebantur, signa habebant cerae *insolitae*. | Quod ergo secundum morem factum sit, id vult esse veritatis: illud contra falsum quod dissenserit a perpetua consuetudine.

P. 257.

XVII. 1. O pastores nescio quos cupidos literarum!

– (b) pertinens ad coniecturalem quaestiunculam – (c) veri simile (d) non esse ut incursu latronum tabulas in itinere perdiderint; cum soleant non hoc genus praedae sed alia captare: quando tabulae causis tantum et probationibus instrumento sint, praedonibus lucro esse non possint. Probare vult igitur non tabulas in itinere amissas, sed domi nullas esse conscriptas.

2. Bellissimum putaverunt (d) dicere amissas. Quid causae secuti sint ut tabulas non proferrent, ratiocinatione facta per coniecturam, revocavit omnem suspicionem vel ad metum poenae, quam legibus suis passuri essent, si falsas protulissent; vel ad probationem innocentiae Flacci si veras protulissent, in quibus nullum indicium criminis inveniretur, et potius color ipse quaesitus sit, ut viderentur perdidisse, ne aut ipsi periclitarentur, aut reo nocere non possent.

(a) In his lacunis versiculi fere octo amittuntur. (b) Spatium unius voc. ä. (c) Spatium versiculi. (d) Cod. *verissime*. (e) Edd. *putarunt*.

(1) Notemus diplomaticam consuetudinem.

3. Quin ab hoc ignotissimo fryge || nobilissimum civem vindicetis (a). P. 252.

Utrumque vehementer et ad deprimendum adversarium et ad extollendum reum; ut tantum in illo obscurata sit, quantum in hoc inlustrata persona.

4. Homini enim frygi, qui arborem (b) numquam vidisset (c), fiscinam ficorum obiecisse.

Valde summa cum festivitate discussit inridens veneni criminationem, quod hic videretur unus de numero accusatorum Flacci repentina morte defunctus. *Causa* (d) interposita est aviditatis et intemperantiae barbari hominis, quem poma inusitata distenderint. Notemus igitur quasdam criminationes non pugnaci argumentatione, sed etiam (e) festiva urbanitate dissolvi (1).

5. Flacco vero quid profuit (f), qui valuit tamdiu dum huc prodiret? mortuus est aculeo iam emisso ac dicto testimonio.

Leve putavit orator diligentissimus hanc suspicionem veneficii sola urbanitate discutere: conclusit etiam breviter argumentatione validissima, nullum Flacco emolumentum fuisse in eius interitu qui iam testimonium dixerat et vim | criminationis ediderat: P. 251. unam autem occidendi fuisse rationem ante quam (g)

(a) Cod. *condonetis*. (b) Edd. *arborem fici*. (c) Cod. *vidisse*. (d) Spatium erat unius vocabuli. (e) Cod. *etiam*. Et quidem superius supplendum *solum*; vel dicendum *tam quam*. (f) Cod. *profluit*, sed mox eiusdem delete *l*. (g) Cod. *et quam*.

(1) Recole quae dicit apud nos in inedito Macrobius de utilibus Ciceronis in orando iocis. Sed tamen Macrobius de alio loquitur in Flacci causa ioco.

testimonium diceret: dicto autem iam testimonio, magis potuisse crimen augeri, quam periculum declinari.

6. Totoque mithridatico crimine.

Eleganter et oratorio stomacho; mithridatico crimine quasi mithridatico bello (1). Id autem crimen significat quod Mithridates ille pergamenus intenderat.

XVIII. 1. Et qui ita sit ambitiosus, ut omnis vos nosque (a) cotidie persalutet (b).

Ambitiosum dicit demisse et officiosa quadam veneratione blandissimum: unde intellegere possis improprie ambitiosos de adrogantibus dici. Ambitio est enim favoris alicuius supplex et cum lenocinio humilitatis adfectatio gratiosa (2).

2. Turpissimis iudiciis.

Famosis, ut saepe iam dictum est.

3. Et furti (c) et pro socio damnatus est.

Per omnem decursum partis huius destruit personas testium singulorum, quo minus his credendum iudices arbitrentur, quibus nulla vitae honestas patrocinatur. Pro socio autem damnantur qui aput arbitrum infideliter in societate gessisse vincuntur (d). ||

(a) Cod. nos. (b) Cod. per salutem. (c) Cod. et pro furti. (d) Num pro convincuntur?

(1) Odium mithridatici belli nunc suscitat oblique orator; sicuti in reliquiis pro Scauro a me editis eodem astu oratorio Poenorum odium convertit in illorum colonos Sardos, contra quos Cicero clientem suum defendit.

(2) Notabilis atque egregia definitio ambitionis!

4. Nam Lysanias adeptus est ordinem se- Q. LIIII.
natorium: sed cum rem ·p· nimium ample- P. 266.
cteretur, peculatus damnatus est.

Eleganti verbo usus est amplecteretur; est enim dubium; nam et qui diligit, amplectitur; et qui spoliat et intercipit aliquid ex aerario.

XVIIII. 1. Quattuor mensaris (a).

Actus in Caria plerumque videtur per has personas et officia decurrere; sed mensarios dicit quos illi τραπεζίτας vocant.

2. Ex (b) tanto numero deductus est nemo.

Ex iis argumentatur (c) quae desunt accusatoribus ad probationem; et quae omni modo constare (d) deberent, siquidem re criminarentur.

3. Quem iudicatum duxit (e) Hermippus?

Persona (f) hominis defloratur, nequam possit auctoritatem testis aut religionem sibi vindicare, cuius pudor tanta ignominia publicatus sit: iudicati enim ducebantur.

4. Ultroque iis sumtum intulit.

Id est etiam erogationem sumtus imputavit.

5. Heraclidam (g) istum Temni postea nemo vidit.

ἀπὸ τῆς . . . τοῦ . . . (h) consequentia in argumentum deduxit eius qui sibi huius fraudis conscius auxilium fugae petierit. P. 265.

XX. 1. Qui tamen credidit ·L· (i) Fulvi

(a) Ita cod. cum tinea i. Et sic in vaticanis fragmentis pro Fonteio *dodrantariae*, *quadrantariae*. (b) Edd. *ex hoc*. (c) Cod. *argumentantur*. (d) Cod. *constat re*. (e) Edd. *duxit hic*. (f) Cod. *personam*. (g) Edd. *Heraclidem*. (h) Versiculi duo graeci legi nequeunt. (i) Edd. *P*.

Nerati (a) lectissimi hominis fide (b).

Eleganter nequid sibi ad testimonium probatae integritatis adsumeret Heraclides (c), pecuniam creditam illi sub aliena tamen fide et promissione dicit, ut ille quidem male notus fuerit, aliis tamen oppositis *ut* sibi (d) pecunia crederetur effecerit.

2. Hic ercle (e) cornici oculum (f), ut dicitur.

Proverbio celeberrimo usus est, cuius et pro Murena (1) mentionem facit. Cornix autem avis genus est, quod esse fertur acutissima visione; et quando aliquod ad cadaver offendit, praecipue invadere in oculos dicitur (2). Volens ergo significare Hermippum hominem callidissimum ab hoc eodem Heraclida esse deceptum, ait non aliter iam accidisse, quam si cornici oculos effodias, cum ipsa vesci soleat alienis (3).

3. Habebat discipulos (g) quos dimidio redderet stultiores quam acceperat.

Inludit personae rhetoris imperiti, hanc eruditionem discipulorum fuisse in eius schola dicens, ut in

(a) Edd. *Neratii*. (b) Edd. *fide*. (c) Ita hoc loco codex consentit cum edd. (d) Cod. *sibi*, non *ut* (e) Ita cod. (f) Cod. *ocumulum*. (g) Edd. *adolescentes*. Videtur autem scholiastes hic et alibi libere scribere, et fortasse etiam immutare.

(1) Cap. XII.

(2) Hinc perspicue cognoscimus proverbii huius originem, quam se nescire fatetur Forcellinus in lexico, Gesnerus autem item in lexico, nec non interpretes Quintiliani inst. VIII. 3. pertractant.

(3) Nunc probe intelligimus Macrobium saturn. VII. 5: *ut suis telis lingua violenta succumbat, et graecus graeco eripiat hunc plausum, tamquam cornix cornici oculos effodiat*.

ea nihil aliut disceretur, praeter ignorantiam litterarum. |

4. Infatuare. P. 272.

Verbi novitatem consideremus.

5. Homo audacissimus pertimuit, loquacissimus ommutuit (a).

Vehementer expressit vim conscientiae, cum et loquacissimo verba defuerint, et inpudentia nihil audacissimo patrocinata sit.

XXI. 1. In duplum iret.

Dupli sponsionem faceret.

2. Qui tunc (b) te nudus delectaverat (c), semper nudum esse voluisti.

Asperrime hoc in mores Deciani, ut avaritiam probro illi daret et inpudicitiam. Quippe dicit eundem Lysaniam efebum (d) placuisse Deciano propter gratiam corporis nudum; eundemque postea omnibus fortunis spoliatum. Utrumque igitur aspergit infamia.

3. Eum (e) spe recuperandi fundi paterni venire ad testimonium dicendum coegisti.

Artificialiter et dignitatem personis testium derogat, et falsum dicendi causas interponit, ut nihil in totum religiosae fidei relinquatur.

4. Quidnam sit (f) dicturus expecto.

Praevenitur ab oratore imminens testimonium, ut aut nihil conari ad mentiendum audeant, aut prius quam dixerint, refellantur. Suspendit tamen et ipse

(a) Ita cod. Similes autem scripturas in antiquis codd. haud raro legebam, quae veterem pronunciationem demonstrant. (b) Edd. pro *qui tunc* habent *quoniam*. (c) Edd. *delectarat*. (d) Ita cod. (e) Edd. *eum tu*. (f) Cod. *si*, extrita *t* ob similitudinem sequentis *d*.

P. 271. responsionem, ne absurdum faceret copiosius exsequendo eam rem, quae non erat ab teste prolata.

XXII. 1. Trallianos causam publicam (a) Meandro (b) homini sordido commisisse.

Ὑπέκβασις fit ad refutandum publicum testimonium Trallianorum. Et bene praemisit orator habere quandam se et fratrem suum cum eodem populo necessitudinem, ut quidquid adversus eos dixerit, necessitate fidei coactus dixisse videatur. Acutissime praeterea omnis auctoritas publica, quae adesse poterat civitati, deducitur in planum; cum solus Meandrius ad testimonium dicendum processerit, nullis ornamentis vel morum vel dignitatis instructus. Ita quod validum esse contra Flaccum poterat ex contemplatione publici testimonii, pro adfecto accipiendum videbitur, uno loquente, et eo qui non sit aliqua honestate subnixus.

2. Quasi ministrator (c) aderat.

. . (d) accipe. Ministratorem is (e) enim dicit qui tela gladiatoribus suggerit (1): ad quem modum vult intellegi etiam ab hoc accusatoribus crimina subministrari.

3. Quare si hunc habent auctorem Tralliani doloris sui.

– (f) Poten‖ . . .

Desiderantur paginae octo.

* * *

(a) Deest in edd. *publicam*. (b) Ita cod. sine diphth. et sine *i*. (c) Cod. *ministratur*. (d) Unicum ferme verbum gr. supplendum. (e) Cod. *his*. (f) Desiderantur graeca verba duo.

(1) Notemus ergo vocabulum gladiatorium *ministrator*; isque sensus addatur novae Forcellini editioni.

XXXII. 1. *Quod patri ·L· Flacci aedili curuli pater tuus tribunus plebis diem dixerit.*

* * * tem ad consulatum usque pervenerit; ille vero P. 262. deposita tribunicia potestate, damnatus sit. Et firmamentum adicit huic argumentationi ἀπο — — (a) hunc quoque Decianum nihil aput animum Flacci resedisse ex illis inimicitiis credidisse, quandoquidem non dubitaverit sub eodem tribuno militare.

2. Cum prodire nollet (b). Non est hoc in absentem sed in latentem.

—(c) Breviter et expedite per definitionem probavit (d) nihil inique iudicasse Flaccum, quando se non absentem fuisse probet eo tempore quo sententia dicta sit, sed prodire noluisse fateatur, conscientia (e) malae causae.

3. Mitto quod aliena, mitto quod possessa per vim:

Παρασιώπησις (f) quo genere figurae creberrime utitur: et idcirco semel atque iterum demonstratum iam in ceteris etiam sua sponte lector adgnoscet.

4. Subsignari aput aerarium aut (g) aput censorem possent (h).

De iure loquitur praediorum, in quae per vim et iniuriam videbatur invasisse Decianus. Praedia autem, quae iure legitimo non habentur, neque aput aerarium subsignari neque aput censorem possunt.

(a) Versiculus unus cum dimidio gr. (b) Cod. *nolet*. Edd. *nolles*. (c) Spatium unius vocabuli. (d) Cod. *probabit*. (e) Cod. *sed de conscientia*. (f) Hoc vocabulum suppleo. (g) *Aut* deest in edd. (h) Edd. *possunt*.

P. 261. Et subsignandi | haec solebat *esse* (a) causa, *ut* aut qui vectigalia redimeret, aut qui pro mancipe vectigalium fidem suam interponeret, loco pigneris praedia sua rei ·p· obligarent, quoad omnem pecuniam redemtores vectigalium repensarent.

XXXIII. 1. Ut duceret iudicium (b).

Ut protraheret causae cognitionem.

2. Invidisti ingenio subscriptoris tui, quod ornabat facile (c) locum quem prenderat (d).

- (e) Cicero dicit, infantissimos oratores, et nulla eloquentiae praeditos dignitate volens significare; quos nec pecunia corruptos ab aliquo suspicari quisquam debeat, quorum ingenium despici magis quam timeri oporteret.

3. Et eum tu accusas avaritiae, quem dicis (f) sestertium viciens voluisse prodere (g)?

Cum stomachi asperitate proscidit Laelium, qui tam nullius eloquentiae sit, ut Flaccus eam (h) pecuniam fuerit perditurus, eo parcente, qui tam inani esset ingenio, ut etsi maxime cuperet, tamen nocere non posset.

XXXIIII. 1. Nihil potest de tutela legitima, nisi (i) omnium tutorum auctoritate deminui.

- - (k) Negotialem quaestiunculam facit, propo-
P. 268. nente adversario, inciviliter egis||se Flaccum, quod

(a) *Esse* et deinde *ut* absunt a cod. (b) Cod. *iudicum*. (c) Male Lambinus scribebat *facete*, contra vulgatam lectionem *facile*, quam nunc codex vat. confirmat. (d) Ita cod., quae antiqua orthographia est. (e) Spatium vocabuli unius (f) Cod. *dicens*. (g) Edd. *perdere*. (h) Edd. *eam*. (i) Edd. *sine*. (k) Spatium versiculi unius gr. cum dimidio.

bona cuiusdam Valeriae possederit, quae Androni Sestullio (a) marito suo in manum convenerat. Hoc autem iuris observabatur, ut loco filiarum haberentur quae in manum viris convenissent (1). Verum fuit haec Valeria de libertis Flacci; ac propterea in legitima tutela, quasi aput patronum habebatur; nec videri poterat iure in manum convenisse, cum hic ei tutor legitimus auctor non fuerit: et ideo hereditas ad hunc Flaccum legitimo iure pervenerit (2).

2. At (b) istius hereditatis iam Globulo praetore, Flacci nomine, petita possessio est.

Responsio contra illud adhibetur, quod accusator obiecerat (c), non debuisse ipsum Flaccum de causa, hoc est hereditate ad se pertinenti, iudicare, quoniam nemo sit iudex qui de negotio suo non ita iudicet ut sibi potissimum faveat. Itaque *exempla* (d) intulit plurimorum (3), qui cum provincias administrarent, hereditates sibi vindicaverint, et ali (e) quamplurimi vindicaturi sint, quibus similiter obvenerit. Sed ut omni invidia liberaretur Flaccus, ait P. Globulum decessorem illius de portione huius hereditatis ante adventum Flacci iudicasse; quo magis appareat, nihil incuriose decretum, cum id iudica- P. 267.

(a) Textus Ciceronis editus *Sextilio*. (b) Cod. ad (c) Ita cod., quae est scripturae archaismus. (d) Ita scripsi in spatio duarum circiter vocum oblitum. (e) Ita cod.

(1) Lege Caii iurisconsulti supplementa lib. III. 1.

(2) Notabunt hunc locum iurisconsulti ac philologi; conferentque classicos locos Ciceronis top. cap. III, et Servii ad aen. XI. 476; tum denique vaticana fragmenta iuris a me nuper edita p. 1.

(3) Recole dicta p. 15. n. 1.

verit (a) Flaccus, quod fuisset quivis alius, si de eadem causa cognosceret, iudicaturus.

3. An legationes liberas?

Eas nunc commeatus appellamus (1).

XXXVII. 1. Nunc denique materculae suae festivus (b) filius, aniculae minime suspiciosae, purgat se per epistulam.

. . . fide fal. . . luxuriam consumto patrimonio . . calumniose composita . . avar . . . . (2) Flacci ad matrem suam miserit, ut prodigos mores huiusmodi mendicatio coloraret. Facit ergo με . . (c) σιν quam illi ostendat egestatis causam vitio suo accidisse, non huius iniquitate praetoris.

2. Magnum erat ei certamen (d). Iste unus totam Asiam magnitudine poculorum bibendoque superavit.

– – (e) Iucundissime hoc contra opinionem intulit, helluonem quendam et summa (f) luxuria praeditum volens ostendere, cui hoc vanum genus exercitationis et gloriae fuerit conpotores suos ebrietate superare.

XXXVIII. 1. Videtis quo in (g) motu temporum, quanta in conversione rerum || ac perturbatione versemur.
P. 230.

(a) Cod. *dicaverit*. (b) Cod. *festius*. (c) Supple unum vocab. (d) Edd. *certamen propositum*. (e) Versiculus unus cum dimidio gr. (f) Cod. *summam*. (g) Edd. *in quo*.

(1) Atqui iam inde a T. Livii aetate hoc sensu dicebatur *commeatus*.

(2) Quinque circiter vocabula in his hiatibus perierunt.

Κατὰ προσοχήν. Commovetur (a) iam peroratio, magnitudinem beneficiorum ·L· Flacci complexa, quae pendent ex consulatu ipso Ciceronis, quo videtur magno usui rei ·p· fuisse, investigata coniuratione Catilinae, et deprehensis in ponte mulvio (b) Allobrogum legatis (1). Proficiet igitur ad consilium compensativae defensionis, quam vult orator in hac causa non mediocriter valere, ut etsi alicuius (c) suspicioni videatur obnoxius, tamen contemplatione insignium meritorum, ab huius damnationis periculo protegendus sit. Praeterea in toto contextu huius epilogi de se ipso (d) Tullius plurimum dicit, quasi per communionem rerum, quas (e) pro patriae salute gesserunt, ambo rei et ambo absolvendi sint.

XXXVIIII. 1. ·M· (f) Aquilium patres nostri. Commemorationem facit huius Aquilii et in verrinis orationibus (2), qui bellum in Sicilia contra fugitivos gessit, et gloriose multa confecit (3). Horum igitur enumeratio exemplorum πρὸς τὴν ἀντίθεσιν operatur, ut cum illis omnibus causam dicentibus gloriae suae profuerint, huic etiam Flacco prodesse debeat, quod coniurationis indicia | deprehenderit. P. 229.

XXXXI. 1. Quem posthac tam amentem fore putatis?

(a) Cod. *non movetur*. (b) Ita cod. (c) Ita cod., non *alicui*. (d) Cod. *et se ipse*. (e) Cod. *quam*. (f) Edd. *M' Aquilium*.

(1) Recole dicta in fragmento mediolanensi supra edito p. 9.

(2) Lib. III. 54.

(3) Liv. epitom. LXX.

c *

Ἀπὸ . . . (a) *ut* magis moveret, addidit conservandos bene de re . p. meritos viros, ut ceteri huius devotionis imitentur exemplum.

2. Huic misero puero.

[Παθητικῶς] intulit, secutus videlicet suam consuetudinem et artis oratoriae disciplinam, ut lacrimosis adfectibus prope sententiam iudices inpleantur (1).

(a) Vix unius versiculi gr. spatium.

(1) Morem hunc tullianum commovendorum in epilogis adfectuum confirmat noster interpres ad or. pro Plancio XXXI. 2.

PRO FLACCO EXPLICIT.

AD CICERONIS ORATIONEM
CUM IN SENATU GRATIAS EGIT
COMMENTARIUS ANTIQUUS INEDITUS.

EDITORIS MONITUM.

In quaternionis LV pagina secunda desinit oratio pro Flacco *simulque incipit oratio quam dixit Cicero* cum senatui gratias egit. *Verum huius quaternionis nonnisi unicum folium superest id est extimum; ideoque statim prohoemium ipsum scholiastae abrumpitur, sequiturque hiatus paginarum duodecim. Rursus post ultimam paginam praedicti quaternionis alius hiatus est paginarum sex. Etenim quaternionis LVI novissi folium intimum aetatem tulit. Iam quum commentarius ad hanc orationem cesset in media versa pagina folii praedicti intimi vix incepti, sequitur ut idem commentarius, cum erat integer paginas* XXI *occuparerit, quarum nunc tres tantummodo (quod valde dolendum est!) supersunt. Neque tamen hae tenues reliquiae nihil prosunt, tum per se ipsae, tum quia satis suadent genuinam esse hanc Tullii orationem, contra hodiernorum aliquot criticorum adversus hanc et sequentem* ad populum *dubitationes. Contradicentium quidem principes sunt Marklandus anglus et Fred. Wolfius germanus; adfirmantium autem Matthias Gesnerus: atque horum et reliquorum sententias collegit in nupera Ciceronis praestante editione cl. Schutzius, qui et has orationes spuriarum instar collocavit in appendice, et suum calculum contradicentium sententiae adiecit. Iamvero Ciceronem ab exilio reversum gratiarum agendarum causa dixisse orationem in senatu, testis est ipse auctor ad Att.* IV 1, *et pro Plancio cap.* XXX, *tum vero non in senatu solum verum etiam apud populum agendarum gratiarum causa verba fecisse Ciceronem confirmat prorsus Dio Cassius* XXXIX. 9. *et nunc denique antiquissimus utriusque orationis interpres vaticanus. Et Tullii quidem ipsius testimonio nemo criticus resistebat, quod de priore oratione loquitur; Cassium vero Dio-*

nem falsum aiebant critici satis audacter, dum secundam orationem commemoraret. Summa vero contradictionis est, quod etiamsi duae forte orationes habitae fuerint, eae tamen diversae ab his, quas legimus, habendae sint. Atqui nunc vaticanus interpres id quoque effugium praecludit, quoniam has ipsas in commentario suo nobis exhibet, quas praedicti critici (quorum nemo vetustior Marklando est) abiiciebant. Redeat igitur, vel potius maneat, suus his orationibus honor: atque haec controversia, quantum auguror, propemodum definita, documento sit ne facile scripta veterum ob eruditas aliquot coniecturas, harduiniano more, de suis sedibus deturbare velimus. praesertim quum orationem quoque pro Marcello, *quam pariter Wolfius, ampliato consilio, Ciceroni eripere nisus est, vetus alius scholiastes, a me item alio tempore editus, confirmaverit.*

INCIPIT CUM (1).

SENATUI GRATIAS EGIT.

COMMENTARIUS.

Orationum *ordo* tulli*anarum a nobis profecto pos*tulabat (2) ut praecedentis commentario eam subiiceremus, quae inscribitur SI EUM · P · CLODIUS LEGIBUS INTERROGASSET (3); quae oratio videtur post mortem eius inventa. Sed quoniam plurimae consequentur, in quibus pene omnia dicturus est, eximendam numero arbitratus sum, quando rebus nihil

(1) Duo hae verba *incipit cum* non leguntur in codice, quia coloratus, quo fuerant exarata, sucus evanuit.

(2) Priores tres prohoemii versiculi colorato suo scripti evanuerunt, praeter aliquot litteras, quas rectis formis exprimendas curavi.

(3) Notemus titulum deperditae incognitaeque Tullii orationis. Iam de iudiciali vocabulo *interrogare*, legesis prohoemium orationis *de aere alieno Milonis* a me Mediolani editum.

depereat, quae sine dubio in aliarum tractatione reddentur. Nam plurifariam et de consulatu suo, et de exilio, et contra eundem Clodium locuturus est. *Desiderantur paginae duodecim.*
Consideremus igitur || . . .

* * *

VII. 1. *Is me quidem minime, sed vos, rugis superciliоque decepit.*

Ait se non esse deceptum hac simulatione Pisonis, P. 240.
quem paenitus cognitum habuerit, propter generum suum scilicet ·C· Pisonem, qui erat ex eadem familia; sed populum vel maxime deceptum, qui vultui magis eius, quam rebus crediderit, ut consulem designaret. Quod vero ait de materno sanguine transalpino, aequo plenius in ea oratione, quae in Pisonem habita est, continetur (1). Non vult ergo iudicio populi consulem factum videri sed errore.

2. ·L· Piso.

– (a) Insectatur non tantum mores eius, sed etiam liniamenta voltus et omnem habitum, quo gravitatem non praeferat sed mentiatur. Oratio cum acerbitate stomachi concepta, ut ipsis verborum qualitatibus animus irascentis appareat.

3. Sed ne luctu quidem ac vestitu rei ·p· subvenire.

Cum decrevisset enim senatus vestis mutationem, videlicet adiuturus causam Ciceronis, ab iisdem con-

(a) Spatium versiculi gr.

(1) Lege fragmenta exordientis eius orationis cum Asconio; tum etiam cap. XXIII. XXVI. Matris nimirum Pisonis Calventius quidam, ut observat Manutius, transalpinus homo pater fuit.

suibus coactus est habitum suum pristinum, laetiorem scilicet, recuperare. Et se igitur amplificat, qui tantum dolorem omnium meruit, et hunc quasi tyrannum (a) |
P. 239. insectatur, qui senatui nec lugere permiserit.

4. Capuaene te putabas?

Fuit enim Piso natione (1) campanus (b). βαρέως (c) itaque Capuensibus adscribit vitium superbiae: quod ipsum et in ea oratione facit, quam habuit contra legem agrariam copiosius multo et effusius (2).

5. Te misericordem fuisse? quo verbo ceteros demonstrabas crudeles fuisse.

Ἐκ τοῦ ἐναντίου. Syllogismo usus est breviter a contrario, ut qui se misericordem dixerit, crudelitatem senatui exprobaverit.

6. Tu misericors me adfinem tuum (d) constrictum inimicis tradidisti.

Ἐπ . . . μενο . . . (e) in eundem Pisonem retorsit invidiam crudelitatis, qui nec sibi contemplatione adfinitatis opem tulerit, magis consentiens actionibus clodianis.

7. Nondum palam factum erat occidisse rem p.

(a) Cod. *tyrannum*. (b) Cod. *campanus* (c) In codice videtur esse βαρέως. (d) Cod. *talem*. (e) Vers. circa gr. deletur.

(1) Quamquam genere galli canus, tamen Capuae natus erat Piso, quod praeter nostrum interpretem haud scio a quisquam dixerit. Atque hinc demum intelligimus Tullii reprehendentis acumen.

(2) Orat. I. 6.

Haec etiam μεταφορὰ est ab hominibus iam demortuis et deploratis, de quibus dicitur PALAM FACTUM cum mors eorum nuntiatur (1). Arbitria vero funeris, sumtus dicit illos qui ad exhibitionem funeris impenduntur per eos, qui expediendae sepulturae curam (a) sustinent. Et hos ergo inimicos|| * * *

* * *

Desiderantur paginae sex.

XV. 1. *Nam ·C· Marius.*

* * * *sena*tu decernente cum filio exolavit, Q. LVI. p. 232.
et in Africa delituit aliquamdiu: postea vero bello civili exorto quod (b) adversum se ·Cn· Octavius et ·L· Cinna gesserunt, in Italiam rediit, victorque et adeptus consulatum septimum cum eodem Cinna dominationem gravissimam exercuit, et plurimos consularium proscribtos interfici iussit.

CUM POPULO *GRATIAS EGIT* (2).

EDITORIS MONITUM.

Commentarii ad hanc quoque orationem pars perexigua in codice vaticano superest, paginae tres minorum cum dimidia, id est folium intimum quaternionis LVI; quae tamen est materia continua, prout natura mosque est scribendorum quaternionum.

(a) Cod. *earam*. (b) Cod. *exortù quo*.

(1) Notemus funebrem formulam.

(2) Sic titulum legebat Lambinus in duobus priscis codicibus. Quare tum huius orationis tum praecedentis reformandus est titulus in editionibus, scribendusque ut est in vaticano codice; quamquam nunc in vaticano legitur tantummodo *cum populo*, quia duo reliqua verba evanuerunt defluente colore.

Illud commodum est, quod egregii interpretis prohoemium saltem, sive argumentum orationis, integrum recuperamus.

COMMENTARIUS.

Argumentum huius orationis tullianae prorsus cum (a) superiore commune est. Restitutus M. Tullius, quod eandem causam beneficii videbat in suam dignitatem prope omnium favore conlati, cum gratias egisset senatui, etiam populo consequenter agendas arbitratus (1), in contionem processit; et eadem paene quae apud patres conscriptos dixerat, nunc etiam populo audiente percenset: magis, ut opinor, gloriae suae consulens, ut existimetur omnium ordinum consensu (b) restitutus, nec ulla *pars* (c)
P. 231. populi ab sua dignitate | dissenserit; quo videlicet honestius gloriatur, necessarium se tuendae patriae iudicatum. Et hic igitur demonstratione qualitatis implet exsecutionem, simul et beneficia commemorans, et vim querellae (d) in invidiam conferens inimicorum, quia sive auctores fuerant exolandi, sive qui (e) diu facultatem non permiserant revertendi.

I. 1. Quod precatus (f) a Iove optimo maximo.

(a) Tres heic quoque versus evanuerunt in cod. (b) Cod. consensus. (c) Deest in cod. *pars*. (d) Cod. *quaerellae*. (e) Malim bis dictum *sive quia*, vel item bis dictum *sive qui*. (f) Cod. *praecatus*.

(1) Ergo recte in codice oratio *ad populum* collocatur post illam *ad senatum*; quod contra in nonnullis editionibus perperam fit. Vaticanum ordinem Lambinus quoque in duobus vetustae aetatis codicibus viderat. Ceteroquin in argumento interpretis nostri *pro Plancio* praeposterus ordo ponitur; rursusque rectus alibi.

Sponsionem quandam votorum suorum perquam oratorie (a) facit in exordio, ut non humanitus modo verum etiam divinitus de restitutione sua iudicatum intellegi velit; quandoquidem sic eum constet omnia in praeteritum pro patriae incolumitate sensisse, ut numquam de suo periculo laboraret; cum exilium non meruerit aeternum, sed mature (b) in patriam et decretis senatus et consensu populi restitutus sit.

2. Miseram profectionem (c).

Vigilanter medellam (d) pudori suo adhibuit, dicendo tristem magis profectionem, quam ignominiosum illud exilium fuisse; ut non sit infame, quod solam habuerit iniuriam.

3. Eius devotionis me esse convictum iudicio (e) deorum.

Vetuste locutus est; voti enim convictos (f) dicimus eos, qui ad effectum perveniant eorum, quae sibi evenire semper optaverint. Convictum ergo se dicit.

4. Non tantae voluptati (g) erant suscepti, quantae nunc sunt restituti.

Concepte (h) posita sententia. Etenim cum manet inlibata felicitas, minor est gratulantium fructus; cum vero ab dolore intercedentis iniuriae ad prosperitatem fortunae revocatur, pressiore iudicio sensus felicitatis accipitur.

(a) Cod. *oratoriae*. (b) Cod. *maturae*. (c) Cod. *professionem*, sed bene infra *profectionem*. (d) Ita cod., ut alibi *querella*, *tutella*. (e) Cod. *iudicium*. (f) Cod. *convictus*. (g) Edd. post *tanta voluptate quanta*. (h) Cod. *conceptae*. Et notemus adverbium lexicis addendum.

5. Sed tamquam bona valetudo iucundior est iis, qui gravi (a) morbo recreati sunt.

Ἀπὸ τοῦ ἰδιοπρεπεῦς et supra copiose et hic abundantissime dilatavit sententiam, volens ostendere plus esse gratulationis mala depulisse, quam fortunae incommoda numquam sentire potuisse. Quippe sensus incommodorum commendabilia facit illa quae prospera sunt; qualis sententia vergiliana est (1), forsitan et haec olim meminisse iuvabit (b). Vel (c) ut Plato in πολιτείᾳ (d) his ut opinor verbis eandem conceptionem sententiae posuit (2): Ἆρ' οὖν (e) μνημονεύεις τοὺς τῶν καμνόντων λόγους, οὓς λέγουσιν ὅτ' ἂν κάμνωσιν, ὡς οὐδὲν ἄρα ἐστὶν ἥδιον τοῦ ὑγιαίνειν, ἀλλὰ σφᾶς ἐλελήθει πρὶν κάμνειν ἥδιστον ὄν. Et Isocrates (3) * * *

II. 1. A parentibus, id quod necesse erat, parvus sum (f) procreatus, a vobis natus sum consularis.

(a) Edd. e gravi. (b) Cod. iuvavit. (c) Cod. vero. (d) Edd. ἆρα οὐ. (e) Cod. cum. (f) Cod. πολιτεία.

(1) Aen. I. 203; quo loco vide Heynium, qui pares locutiones congerit ex Homero, Euripide, Naevio, atque Cicerone, cui postremo addendus est locus de rep. lib. I in fragmentis incertae sedis.

(2) Platonis quidem legebam in codice haec tantum aegerrime verba ἄρ οὖν μνημονεύεις τοὺς τῶν καμνόντων; nam reliqua satis eluta sunt. Illud mihi tamen sufficit indicium ut lectoribus meis sedem demonstrare possem platonicae sententiae, quae est in libro de rep. VIIII ed. Serrani T. II. 583.

(3) Isocratis sententia occupat in codice versiculos quinque; sed nullum plane vocabulum legi potest. Quare nec ego sedes fragmenti quae sit in Isocratis editionibus definire possum.

Popularis magis, quam pressa et gravis haec sententia videtur; sed facit ad aures volgi, ut cum parentes procreaverint hominem, ipsi provexisse et quodammodo gradibus honorum conroborasse videantur senatoriam dignitatem. Et hoc totum agit [συγκριτικῶς] cum populi gratia conferendo beneficia divina: ut (a) eo libentius dicentem populus audiat; plus a populo consecutus quam aput ipsos deos immortales habuerit optatum.

III. 1. Non enim pro meo reditu ut pro ·P· Popilii (b).

— — — (c) conparatione facta reditus sui cum ·P· Popilio, qui ·C· Graccho cesserat; et cum ·Q· Metello, cui Apuleius Saturninus causa exilii fuerat, ostendit se (d) maiorem glo||*riam* (1) * * *

Desiderantur paginae sex.

(a) Cod. *et*. (b) Cod. *populi*, et sine praenomine. Sed bene infra. (c) Supplendi sunt tres fere versiculi gr. (d) Cod. *ostendisse*.

(1) Quaternionis LVI nonnisi folium intimum superest; in quaternionis autem LVII pagina prima incipit *pro Plancio*; ergo desunt paginae *sex* usque ad finem commentarii huius orationis ad populum dictae.

AD CICERONIS ORATIONEM
PRO PLANCIO
COMMENTARIUS ANTIQUUS INEDITUS.

EDITORIS MONITUM.

Imperfectum ad orationem pro Plancio *commentarium ante hos annos ex ambrosiano codice Mediolani edidi, quem codicem vaticani esse partem satis docui in praefatione. Nunc en vaticanus codex folia paria duo, nempe paginas octo, commentarii eiusdem suppeditat: quam ut ego partem concinne commodeque vulgem, maiores quoque mediolanenses partes recudam, suisque singulas in sedibus collocabo. Prorsus autem commentarius ad orationem* pro Plancio *quaterniones occupat quatuor, nimirum* LVII. LVIII. LVIIII. LX. *Et notam quidem quaternionis* LVII. *in romana pagina lego. Rursus notam* LVIIII, *in mediolanensibus schedis apud me extantibus video. Duas reliquas non memini notas Mediolani exscribere; sed tamen computata fasciculorum veterum ratione, nullus prope ambigo, ubinam hae quoque notae scribendae sint. Quare etsi a mediolanensi codice absum, nihilominus codicis ordinem, partim schedis partim certa coniectura ratiocinioque fretus, sic restituo.*

Cod. rom.	Q. LVII.	p. 178. 177 ⌣ 188. 187.
		. . . . . ⌣ . . . . .
		. . . . . ⌣ . . . . .
		. . . . . ⌣ . . . . .
Cod. mediol.	Q. LVIII.	p. 170. 169 ⌣ 176. 175.
		142. 141 ⌣ 140. 139.
		172. 171 ⌣ 174. 173.
		. . . . . ⌣ . . . . .
Cod. mediol.	Q. LVIIII.	p. 154. 153 ⌣ 160. 159.
		. . . . . ⌣ . . . . .
		. . . . . ⌣ . . . . .
Cod. rom.		p. 172. 171 ⌣ 162. 161.

Cod. mediol. Q. LX. p. 188. 187 ‿ 190. 189.
. . . . . . ‿ . . . . .
186. 185 ‿ 192. 191.
168. 167 ‿ 178. 177.

Explicit pro Plancio. Incipit de aere alieno Milonis.

Ergo paginae integri commentarii sexaginta quatuor fuerunt, quarum viginti octo desunt, triginta conservantur.

COMMENTARIUS.

·M· *Tullius orationem luculentam ·L· Domitio et Appio* (a) Claudio cos. etiam pro hoc ·Cn· Plancio dixit, qui reus de sodaliciis (b) petitus est lege licinia, quam ·M· Licinius Crassus (c) Pompei magni collega in consulatu suo pertulit, ut severissime quaereretur in eos candidatos, qui sibi conciliassent, ea potissimum de causa ut per illos pecuniam tribulibus dispertirent, ac sibi mutuo eadem suffragationis emptae praesidia communicarent. Huic factioni coercendae legislator Crassus existimavit etiam genus iudicii multo periculosius comparandum, ut aput iudices editicios (d) accusarentur, id est ut pro voluntate accusatoris ederentur tribus, ex quibus unam tantummodo reicere posset reus; de reliquis autem iudices haberentur utique infestissimi causam dicentibus, utpote quos accusator ad voluntatem suam praelegisset, edendo eas potissimum tribus quas reo minus aequas fore arbitraretur. P. 178.

(a) Tres primi colofiis ductibus scripti versus perierunt. Supplementum autem meum spatio congruum faciendum curavi. (b) Cod. *sodalicii*. (c) Heic in cod. repetuntur mendose verba septem. (d) In cod. heic repetitur *comparandum*.

Sed enim ·Cn· Plancio summa et religiosa cum ·M· Tullio familiaritas erat beneficiis non mediocribus copulata. Nam cum ·P· Clodii tribuni plebi inimici sui lege aqua et igni interdictus urbe cessisset, et Macedoniam petisset, nullis opem ferentibus, qui clodianam potentiam graviter extimescebant, prolixa benignitate et fide non minore quaestoris ·Cn· Plancii sustentatus est. Illo (a) quippe anno sub ·L· Apuleio praetore quaestura Plancius in Macedonia fungebatur. Diu igitur Thessalonicae fuit auxilio eius ab omni periculo insidiarum Cicero defensus (b). Dein postea restitutus, inter ceteros et ipsi gratias egit iis orationibus, quarum alteram (c) in contione, alteram vero habuit in senatu. Causa pendet ex aedilitatis petitione, in qua designatus est Plancius, repulsam ferente Iuventio Laterense patriciae familiae, senatore, non minore facundia quam generis nobilitate praedito; qui nunc etiam reum de sodaliciis facit (d), invidioso crimine et reis metuendo propter iudices editicios, de quorum condicione supra diximus. Principaliter quidem coniecturalis defensio est; videlicet oratore nitente, Plancium (e) non pecuniae largitione, sed integritate morum et rerum gestarum men-*tione* * * *

(a) Cod. *ille*. (b) In cod. additur *est*. (c) Cod. *altera*. (d) Cod. *facit*. (e) Cod. *Plancius*.

Desiderantur paginae duodecim.

VIII. 1. *Utrum magis favere putas Atinates an Tusculanos suis?*

. . . . . . *Ait Tusculanos minus esse suffragatos* municipibus suis, velut iampridem huiusmodi dignitate (a) saturatos: istos (b) vero, qui Atinate oppido venirent, exoptasse ornari Plancium, quod ea res non minus etiam ad honorem suum pertineret, cum paucissimos de suis civibus haberent senatoriis magistratibus honoratos. P. 188 Praeterea et hinc istis civitatibus adicit differentiam (c), quod Atinates semper civibus suis faverant; Tusculani plurimum livoris naturaliter etiam circa municipes suos habuisse videntur. Sic et M. Cato ille censorius pro maligno et invido habitus est(1). Nec aliter etiam Lucilius de eorundem moribus sentit hoc dicens: " prima Papiria (2) tu solidarum (d) " *

(a) Cod. *dignitatem*. (b) Cod. *isto*. (c) Cod. *afferentiam*. (d) Num pro *tusculanorum* vel *tusculidarum*? Sequitur autem versiculus graecus oblitteratus.

(1) Catonem Scipionis ante maioris gloriae invidisse significat Livius XXXVIII. 54.

(2) Loquitur sine dubio Lucilius de Papiria tribu. Quare nemo deinceps dubitet, quin Tusculani in Papiria tribu suffragium tulerint: qua de re, praetereaque de huius tribus malivolentia extat peridoneum Livii testimonium VIII. 37. *memoriam eius irae Tusculanis in poenae tam atrocis auctores mansisse ad patrum aetatem constat nec quemquam ferme ex Pollia tribu* (quae Tusculanos damnaverat) *candidatum Papiriam ferre solitum*. Quin adeo Papirium quoque dictatorem laboravisse invidia adversus suum magistrum equitum Fabium Rullianum, propter rem se absente feliciter gestam, ideoque supplicium de illo sumere voluisse, ait Fabius pater in concione apud praedictum Livium VIII. 31.

2. Nam malevolos (a) non esse certo scio.

Hoc dicitur (b) ab eo ἐν ἤθει; quippe (c) cum diversum intellegi velit, simulat contra Tusculanos verecundiam malevolentiae negatione (d).

3. Quorum honoribus (e) agri ipsi prope dicam montesque (f) favebant (g).

(Ὑπερβολικῶς) hoc dixisse videatur, nisi interposuisset vigilantissime temperamentum recedentibus (h) verbis, quod ait prope dicam: nam neque agri *neque* montes possunt habere ullum sensum favoris: sed (ἀναίσθητα) quae sunt, vim sententiae de hac moderatione sumserunt.

4. At si in aliquem (i) Arpinatem incideris, erit tibi fortasse etiam de nobis aliquid, sed certe de ·C· Mario audiendum.

Modeste de se, sed de ·C· Mario multo uberius et rectius: ex quo etiam suo honori plurimum dedit, de quo aliquanto demissius et verecundius dixerat.

5. Tui municipes sunt illi quidem splendidissimi homines, sed tamen pauci.

— (k) Etiam hic Atinatium suffragia praetulit Tusculanis; cum hi (l) et pauci et invidi, illi vero et plures et benigni.

6. Quam quidem nunc multitudinem vi-

(a) Cod. *malevolus*. (b) Cod. *dici*. (c) Cod. *qui spe*. (d) Cod. *negationem* (e) Cod. *horibus*. (f) Cod. *quae*. (g) Edd. *faverunt*. (h) Num pro *praecedentibus*? (i) Edd. *at in quemcumque*. (k) Versiculus prope vacuus. (l) Cod. *heic illi*, et deinde *hi*.

detis iudices in squalore et luctu supplicem vobis.

Miscuit — (a) non tantum quo doceretur iudex, verum etiam quo moveretur. Adfectus enim coloravit ad misericordiam secundum Plancium permovendam ex habitu civium luctuoso, quasi ipsi sollicitudinem *et* modestiam pro suo cive susceperint.

VIIII. 1. Non fucosa.

Verbum et hoc notabile inter alia quae sunt aput veteres rariora referendum est. (Ἐγκλαοις) adversus||
(1) Tusculanos; ne hanc laudem nude impertiri Q. LVIII.
Atinatibus arbitreris, quos ita extollit, ut illorum P. 170.
malevolentiam deprimat.

2. Quibus e municipiis vix iam qui (b) carnem Latinis petant repperiuntur.

Oppida commemoraverat Lavicanum et Gabinum (c) et Bovillas (2) prope iam vacua et populi exiguitate deserta, quae Laterensem non tantopere suffragiis suis potuerint adiuvare. Quod vero mentionem petendae carnis fecit, pertinet ad consuetudinem

(a) Supple unum vocabulum gr. (b) *Qui* deest in cod. (c) Ita corr. N. At schedae meae *Gabinium* habent.

(1) Heic incipit pars mediolanensis, quae cum folio vaticano prorsus cohaeret. Porro vocabulum *Tusculanos* ego quidem existimaveram olim pertinere ad textum tullianum supra laudatum; nunc vero interpretis esse video; quam rem egregie iam praesenserat ill. Niebuhrius qui nonnullas mecum benigne communicavit mss. ad haec tulliana emendationes, quibus ego identidem cum grato animo utar, adscripta nota (*N.*)

(2) Bovillarum situs et multa rudera his annis detecta fuerunt in via appia ad decimum ab urbe lapidem, in loco qui dicitur *le Fratocchie*, industria et sagacitate viri cl. Iosephi Tambronii.

sacri anniversarii. Nam latinae feriae a quo fuerint institutae dissentiunt plerique auctores. Alii ab L. Tarquinio Prisco rege Romanorum (1) existimabant, alii vero a Latinis priscis. Atque inter hos ipsos causa sacrificii non convenit. Nam quidam id initum (a) ex imperato Fauni contendunt. Nonnulli post obitum Latini regis *et* Aeneae, quod ii nusquam comparuerant (b). Itaque ipsis diebus ideo oscillare instituerunt, ut pendulis machinis agitarentur, quoniam eorum corpus in terris non esset repertum, ut animae velut in aëre quaererentur. Feriarum latinarum sacrificio solebat hoc observari ut, hostiam (c) civitates adiacentes por-
P. 169. tiun|culas carnis acciperent ex albano monte secundum veterem superstitionem (2). Verum tam exi-

(a) Cod. *initium*. (b) Cod. *comparaverant*. (c) Cod. *hostia*.

(1) Tarquinium non Priscum sed Superbum feriarum latinarum auctorem dicit Dionysius IIII. 49. Existimabat ergo Garatonius (ad or. pro Planc. cur. sec. p. 115.) tullianum scholiastem meum in errore versari. Atqui cogitare debuerat vir doctus et Tarquinium Priscum, Demarati corinthii filium, dici Superbum in digest. I. 2. 2; et eundem esse veterum auctorum dissensum tum de libris sibyllinis acceptis, tum de iactis Capitolii fundamentis, quam utramque rem alii in Priscum Tarquinium, alii in Superbum conferunt, observante iamdiu Fabricio bibl. gr. lib. I. 31. Lege etiam, si placet, quae scripsi ad secundam scholiastae editionem meam.

(2) Dictio haec significare videtur interpretem paulo sequioris aetatis, puta hominem aevi constantiniani. Neque enim sic, ut arbitror, locutus esset proximus quispiam aetati Ciceronis, qui ad Att. I. 3. aiebat: *aviam tuam scito desiderio tui mortuam esse; et simul quod verita sit, ne latinae in officio non manerent, et in montem albanum hostias non adducerent*.

gnum in illis civitatibus numerum hominum significat, ut desint etiam qui carnem petitum de sollemni more mittantur.

3. Adiungamus, si vis, id quod tu huic obesse (a) etiam putas, patrem publicanum.

Transitus fit ad quaestiunculam, qua humilitas generis obiciebatur Plancio, ut (b) ea propter elargitus pecuniam videretur, quoniam consequi aedilitatem familiae suae dignitate non posset. Publicanorum itaque Tullius ordinem necessario adserit, qui tunc ex equestri ordine accedebant ad vectigalium redemtionem.

4. Quod fuerit publicanus, vel quod ab sociis unice diligebatur, vel quod diligentissime rogabat, vel quia pro filio supplicabat.

Cumulavit gratiam suffragantis de paterno etiam favore, cui publicanorum societas adfuerit, ut filius eius ad optinendam aedilitatem potius adiuvaretur.

X. 1. Aliquid praeterea (timide dicam*, sed tamen dicendum est) aliquid adtulimus etiam || nos. P. 142.

Necessario temperavit, gratiam suam non mediocriter Plancio profuisse, quando vir consularis testimonium beneficiorum in se conlatorum perhi-

(a) Cod. *abesse*. Sed mendum est; nam Cicero cap. XIII. repetit *obesse*.
(b) Cod. *ut ut*.

bens (a), candidato multum potuerat promovere. Hoc vero ne esset insolens et superbum, praemisit adlegationem verecundae timiditatis.

2. Ultro mercule (b) se mihi etiam offerentes, ultro pollicentes rogavi.

Admirabiliter nec humilem se fecit in precibus (c), nec tamen plurimum adiuvisse testatus est. Sic et pro reo satis causae facit, et dignitatis suae ornamenta custodit: dicendo non defuisse preces suas (d), quibus populus verecunde obsecutus sit, ultro se etiam offerens gratiae referendae ad eum promtissime designandum (e), cui vir tam bene de re ·p· meritus suffragaretur.

3. Nec si vir amplissimus, cui nihil est quod roganti concedi non iure possit, de aliquo, ut dicis, non impetravit.

Sagacissime animadvertit quid a parte diversa posset opponi: non mirum si nihil (f) pro Plancio Tullius valuisse videatur, cum pro alio sibi coniunctissimo candidato vir (g) potentissimus nihil
P. 141. promoverit; cum | illi designando studeret. Significare autem candidatum videtur ·T· Ampium (1),

(a) Cod. *perfidens*, sed recte corr. *perhibens* N. Confer infra cap. XV p. 65, 66. (b) Ita cod. (c) Cod. *praecibus*. Et sic ubique cum diphthongo scribitur et nomen et verbum. (d) Cod. *processus*. (e) Cod. *designatum*. (f) Garatonius malebat *aliquid*. (g) Cod. *viro*.

(1) De ·T· Ampio Pompeii studioso vide Cic. *ad fam.* VI. 12. XIII. 70. *ad Attic.* VIII. 11. Caes. *bel civ.* III. 105. Pater-

suffragatorem vero ·Cn· Pompeium : de quibus tam se quam Pompeio sic vult accipi Tullius suspicionem, ut ipse quidem pro Plancio valuerit miserabiliter et demisse (a) petendo; Pompeius non item pro Tito Ampio, utique pro sublimitate nominis et potentiae (1) superbius hoc sibi aput populum vindicans (b).

4. Rogatio haec semper est gratiosissima.

Quoniam (ἀμφίβολον (c)) verbum est, et interdum potest rogationem, id est ψήφισμα (d), significare, idcirco hic admonendum lectorem putavi, *per* rogationem a Tullio cum maxime petitionem significari, quae facta sit pro candidato.

5. An Minturnenses (e) coloni, quod ·C· Marium e civili ferro (f) atque ex impiis manibus eripuerunt.

Iam narratum a me hoc exemplum plenissime scio *de* ·C· Mario (2), qui Syllanis armis cedens (g) cum

(a) Cod. *demissae*. (b) Cod. *vindicandi*. (c) Sic expleo vocabuli unici spatium. (d) Sic expleo ut retro. (e) Cod. *Minturnensem*. (f) Egregia haec emendatio est, nam edd. habent *errore*; Ursinus item perperam corrigebat *cruore*. (g) Cod. *caedens*.

cul. II. 40. Porro aedilitatis repulsam tulisse Ampius videbatur Garatonio. Itaque exemplum satis opportunum est huic causae quam Plancio Laterensis excitavit aedilitatis repulsam passus.

(1) De Pompeio trudente candidatum comitiorum tempore, omnibus invitis, vide etiam *ad Attic.* I. 16.

(2) En sibi ipse testimonium interpres dat. Nam quod in codice mediolanensi adfirmat, id nuper in romano codice or. in sen. post. red. XV. 1. ab eo praestitum cognoscimus.

filio in Minturnensium paludibus latuit. Inde emissus, quoniam non potuisset occidi, navigio impositus in Africam pervectus ad usque dirutae Kartaginis fines. Inde armis cinnanis in Italiam restitu-
P. 172. tus, et adeptus denique septimum consulatum.

6. Quod me vel vi pulsum vel ratione cedentem.

Prudenter hoc suspendit, ne aut damnatus aut exul fuisse umquam videretur. Et vis enim proprior est iniuriae quam accusationi. Et ratio, qua se dirit maluisse urbe recedere, respectum habuisse potest utilitatis publicae, ne periculosa multis seditio moveretur.

XI. 1. Hic est enim qui adulescentulus cum Aulo Torquato profectus in Africam sic ab illo gravissimo viro dilectus est.

Ante acta (a) vitae officia recensentur quadam subiecta (ἀναδιπλώσει (b)) numerante oratore quibus locis quibusque temporibus, et cuiusmodi virorum iudicio ·Cn· Planci mores comprobati sint. Quod ipsum statim vigilanter erga personam Torquati facit, cuius gravitatem et sanctimoniam non otiose testificatus est, sed quo magis Plancius ornaretur, quem familiariter ille dilexerit (c). Et quoniam Torquatus idem praesens non erat, in eius patruelem conferendam putavit vicem testimonii, ut perinde haberetur, adque (d) si adesset is, cuius validior esset auctoritas.

(a) Mallem aetae. (b) Sic expleo spatium (c) Cod. dilexerit. (d) Ita cod.

2. Fuit in Creta postea conturbernalis Saturnini propinqui sui, miles huius ·Q· Metelli.

Quoniam (a) gratiosum | fuisse videri poterat, si P. 171.
adseveraret eum Saturnino propinquo suo placuisse; maluit ad iudicium ·Q· Metelli confugere, ut vere cognitis virtutibus Planci existimaverit adulescentem per omnia spectatissimum. Significat autem ·Q· Metellum, qui Creticus cognominatus est, bello aput Cretam feliciter gesto. Omnia haec sunt (b) — —

3. Tribunus ·pl· fuit non fortasse tam vehemens, quam isti quos tu iure laudas; sed certe talis, quales si omnes semper fuissent, numquam desideratus vehemens (c) esset tribunus.

Nihil egerat in tribunatu suo Plancius aliqua praestanti laude dignissimum. Quin immo etiam videbatur hac potestate segnius functus. Quoniam nullas ergo virtutes eminentissimas habuit, quas de illo praedicaret, idcirco aliquid ei volens adquirere ad suspicionem ignaviae repellendam, non tam vehemens, inquit, tribunus fuit quam ceteri. Et vivaciter conclusit: quales si omnes semper fuissent, numquam desideratus vehemens esset tribu-

(a) Sic videtur supplendum, quamquam spatium non relinquitur in cod. (b) Spatium in cod. duorum versiculorum vix ulla coniectura replendum. (c) Cod. *veemens*.

Desiderantur paginae quatuor. nus (a). Id volens intelligi (b), per seditiosos et turbulentissi||*mos* (1) . . .

* * *

XIII. 1. *Pater, inquit, etiam obesse filio debet*. O *vocem duram*!

P. 174. . . . hoc factum est — (c) nec videlicet, quod saepius iterat, valde inpiam Laterensis propositionem, qui candidato (d) plus inpedimenti ex persona patris esse debuisse dixerit, quam favoris privilegio (e) naturae. Quod autem de patre dicit, illud est: cum princeps esset publicanorum ·Cn· Plancii pater, et societas eadem in exercendis vectigalibus gravissimo damno videretur adfecta, desideratum est in senatu nomine publicanorum, ut cum iis ratio putaretur lege sempronia (2); et remissionis tantum fieret de summa pecunia, quantum aequitas postularet, pro quantitate damnorum quibus fuerant hostili incursione vexati (3). Adfuit (f) igitur Caesar causae publicanorum. Caesaris desideriis contradixit pro vigore duritiae suae ·M· Cato, et diem totum prolixitate orationis suae oc-

(a) Cod. *tribunis*. (b) Ita in schedis meis; sed tamen vix dubito quin in codice sit *intellegi*, ut constanter in antiquis mss. visitur. (c) Spatium unius vocabuli. (d) Cod. *candidatos*. (e) Cod. *pro regio*. (f) Cod. *adit*.

(1) Deest folium intimum quaternionis LVIII.

(2) Leges semproniae fuerunt *de aere alieno*, *de fenore*, *agrariae*, aliisque titulis.

(3) Praesertim bello mithridatico. Hanc publicanorum petitionem, cui contradixit Cato, refert etiam Dio XXXVIII. 7.

cupavit, ut senatus decernendi spatium non haberet (1). Et id tempus ergo Laterensis denotaverat invidiosum Plancio esse debuisse, quominus fieret aedilis, quando pater eius quaedam liberius et exertius adversus quosdam primores senatus | in P. 173. publicanorum allegatione dixisset. Id revocat orator *ad* (a) defensionem, licuisse dicens unicuique de suis iniuriis libere conqueri.

2. Ego publicanorum in (b) ·Q· Scaevolam virum omnibus ingenio iustitia integritate praestantem aspere et ferociter dicta commemorem? Consuli ·P· Nasicae praeco Granius in medio foro, cum ille edicto iustitio (c) domum decedens rogasset Granium,

(a) Spatium duorum ferme vocabulorum. (b) Cod. *neque* pro *in*. (c) Cod. *dictustitia*.

(1) Catonis orationem ἡμερησίαν memorat Plutarchus in *reip. ger. praecep.* in editione Reiskii tom. IX. p. 208. Κάτων περὶ ὧν οὐκ ἤλπιζε πείσειν, τῷ προκατειλῆφθαι χάρισι καὶ σπουδαῖς τὸν δῆμον ἢ τὴν βουλὴν, ἔλεγε τὴν ἡμέραν ὅλην ἀναστὰς, καὶ τὸν καιρὸν οὕτως ἐξέκρουε. *Cato quum gratiâ ac studiis praeocupato populo aut senatu, causam se posse obtinere desperaret, totam diem dicendo exegit, atque ita adversariis rei gerendae tempus eripuit.* Valerius Maximus II. 10. 7. ait *M. Porcium Catonem admiratio fortis et incorruptae vitae adeo venerabilem senatui fecit, ut cum invito ·C· Caesare consule, adversus publicanos dicendo in curia diem extraheret, et ob id eius iussu a lictore in carcerem duceretur* etc. At noster interpres narrat distincte altercationem Catonis cum Caesare ante huius consulatum in causa publicanorum; tum paulo inferius (XIIII. 5.) Caesaris victoriam in consulatu. Igitur aut Valerius tempus eius actionis perturbat, aut bis Cato diem in senatu extraxit contra Caesarem dicens in causa publicanorum.

quid tristis esset (a)? an quod reiectae auctiones essent? Immo vero, inquit, quod legationes (b).

Potentissime ab exemplis qualitas absoluta firmatur, licuisse Plancio seniori quaedam liberius dicere pro societate publicanorum, qui etiam in ·Q· (c) Scaevolam omni virtute praestantissimum virum fiduciam suae libertatis erexerint. Inde transcendit ad exemplum famosi quondam praeconis ·Q· Grani et adprime (d) dicacissimi, quem cum, edicto iustitio, id est praedicto in re ·p· tempore qui (e) nihil ageretur civilium negotiorum, Nasica consul compellavisset obvium sibi forte venientem, dixissetque ioculariter: Grani quid tristis es? an quod
P. 140. auctiones reiectae sunt? (Scimus enim praeconibus auctiones fructui esse, quod per eos omnia distrahantur; illo autem iustitio nec ipsae (f) poterant exerceri (g)); huic ·P· Scipioni e contrario non sine morsu stomachi respondisse Granium dicit: immo ideo tristis sum, quod legationis (h) reiectae sint. Voluit autem pudorem Nasicae consulis perstringere hoc amarissimo dicto. Nam legationes ab externis populis missae ad senatum solebant ordinari pro voluntate consulum; quas plerumque gratia, nonnumquam

(a) Cod. *Quintius quis esset*. (b) Optimam lectionem *legationes* pro vulgato mendo *legiones* habet etiam codex thuringius apud Graevium. (c) Cod. *quae* pro Q. (d) Cod. *adprimae*. (e) *Qui* pro *quo*. (f) Cod. *ipse*. (g) Cod. *exercere*. (h) *Legationis* pro *legationes*. Novi equidem grammaticorum nonnullorum praeceptum, ut non sit *is* pro *es* nisi in quarto plurali casu, et quidem nominum exeuntium in *ium* gen. cas. Ego tamen minime constantem eiusmodi scripturam esse vidi in antiquis codicibus, idque iam monui ad fragm. Val. Aur. etc. p. 53. 88 in indice orthographico.

et accepta pecunia consules ordinabant ut introduci ad senatum possent.

XIIII. 1. Idem tribuno (a) plebi potentissimo ·M· Druso·

Et haec dicacitas praeconis istius non minus urbanitatis habuisse videtur quam asperitatis. Nam ·M· Licinius (1) Drusus cum multa seditiose in tribunatu suo contra quam esset rei ·p· utile moliretur, adventantem Granium sic compellavit: Grani quid agis? Ad hoc ille isdem verbis sed cum magna asperitate respondit: immo tu Druse quid agis? hoc est, quae et quam periculosa et quam patriae metuenda conaris?

2. Nunc usque eo est oppressa nostra adrogantia civitas.

Caute (b) factum est ita pronun|tiando nostra adrogantia. Quoniam si vestra adrogantia vel quorundam superbia dixisset non adfigendo sermoni suam societatem (c), aliquid offensae apud quosdam praepotentis contrahere potuisset (d). p. 139.

3. Ut quae fuit olim praeconi in ridendo, nunc equiti ·R· in plorando non sit concessa libertas.

Facta simul (συγκρίσει (e)). Nam gravius deridebere *si* hoc *a* praecone dictum *sit*, quam *si* ab equite romano. Gravius praeconem cum inri-

(a) Cod. *tribuni*. (b) Spatium erat unius fere vocabuli. (c) Cod. *sermonem suae societatem*. (d) Cod. *potuissent*. (e) Unius vocabuli spatium quod illa occupat.

(1) Mendum est *Licinius* pro [illegible]vius. Et quidem Livius scribitur *Livius*, ut recte vidit Garato[illegible] ab Asconio ad or. I. pro Cornelio.

sione (a), quam romanum equitem cum dolore dixisse: cum dolor excusatus sit impetu cogentis iniuriae, risus immoderatam plerumque contumeliosae audaciae licentiam praeferat.

4. Ego quia dico aliquid aliquando non studio adductus, sed aut contentione dicendi aut lacessitus; et quia, ut fit, in multis exit aliquando aliquid, si non perfacetum, attamen fortasse non rusticum, quod quisque dixit, me id dixisse dicunt.

Et oratorie totum hoc explicat, invidiosius quasi de nimia libertate Cn. Plancii senio||ris quos-
P. 176. dam loqui, quam veritas ipsa patiatur: ad quod optinendum contra insimulationes inimicorum subnectit exemplum Cicero ipse de se, quem non ignoramus multum facetiis et urbanioribus dictis indulsisse (b), id quod locis pluribus in verrinis orationibus potuimus adgnoscere (1). Hoc ergo ait: quoniam soleo quaedam non ingrata festivitate secundum sales urbanitatis dicere, idcirco plerique huiusmodi omne quod dicitur, etiamsi ab alio dictum sit, in me conferunt. Quare nihil mirum est si quaedam falso etiam de Plancii libertate iactentur.

(a) Cod. *cum irrisionem*. (b) Cod. *indulxisse*.

(1) Ergo noster interpres commentarios quoque ad verrinas scripsit.

5. Nam quod primus scivit (a) legem de publicanis tum cum vir amplissimus consul illi ordini per populum dedit, quod per senatum, si licuisset, dedisset.

Paulo supra locutus sum nihil obtineri potuisse per ·C· Caesarem, cum publicanis aput senatum patrocinaretur, contradicente scilicet ·M· Catone. Verum postea consul idem ·C· Caesar legem tulit ad publicanorum commoda pertinentem (1) cui favore promptissimo (b) ·Cn· Plancii pater sine dubio adstitit, quoniam res utilitatis suae agebatur. | Hoc ergo quidquid esset reprehensionis — (c) removetur in ipsum Caesarem legis auctorem nuper latae (d). P. 175.

XV· Nec enim quicquam aliut (e) in hac lege, nisi editicios iudices secutus es.

Ad ea quae sunt necessaria conclusis prioribus transit, et potuisse Laterensem de ambitu accusare significat, nisi maluisset idcirco reum lege licinia facere, ut haberet iudices editicios: de cuius formae (f) acerbitate iam sumus in argumento praelocuti. Differentia igitur accusatoris ostenditur ideo invadentis in legem liciniam, quod ambitus

(a) Cod. *scivi*. (b) Cod. *propetissime*, subtracta *m*; at infra *promtissime*, subtracta *p*. (c) Supple unum vocab. (d) Cod. *re perlatam*. (e) Cod. *aliut*. (f) Ita emendat N. Cod. *forma*.

(1) Confirmat Svetonius in Iul. cap. XX. ubi de Caesare consule primum ait: *publicanos remissionem petentes, tertia mercedum parte relevavit: ac ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur, propalam monuit*. Recole superius XIII. 1. p. 58.

probari (a) non possit, de quo iudices ex reiectione haberi soleant: aequalem scilicet numerum reicientibus tam accusatore quam reo. Verum specta licentius (b) omnem contextum huius — (c) ut intellegas oratorio (d) more speciem quandam — (e) in modum praescriptivum facta senatus consulti mentione quo (f), secundum legem liciniam quattuor edi tribus ab accusatore voluerit, ex quibus reo liceret unam repudiare, ut de tribus reliquis iud||icum
Q. LIX. (1) haberet editionem. Tamen ab accusatore sic
P. 154. fieri voluisse, ut eas ederet quas corruptas a candidato criminaretur. Hic vero Laterensis noluerat ipsas edere, quibus dicebat pecuniam datam: utique consulte, ne reo (g), a quo pecuniam sumpserant, favore (h) tacito patrocinarentur. Quasi negare itaque temptavit accusari (i) posse lege licinia Plancium, quando sint aliae tribus editae, nec illae potissimum quae sumpsisse pecuniam dicerentur, et quas ideo vel maxime senatus edi voluisset (k), ut et indicarent, et testimonium vel contra reum vel pro reo ex ipsa veritate perhiberent, quia (l) sine dubio quid esset aput tribules suos gestum, optime scirent.

(a) Cod. *probare*. (b) Ita cod. Sed corr. *diligentius* N. (c) Supple unam vel duo voc. (d) Cod. *oratoreum*. (e) Supple similiter. (f) Cod. *mentionem quae*. (g) Cod. *rem*. (h) Cod. *pavore*. (i) Cod. *accusare*. (k) Cod. *voluisse*. (l) Cod. *qui*.

(1) Frustra olim existimavisse me video heic esse in codice lacunam. Sufficit enim explere vocabulum *iudicum*.

XVI. 1. Aput eosque, me, ne quinque quidem reiectis, quod in proximo reo de consilii sententia constitutum est, cogas causam dicere.

Iam de sodaliciis causam dixerat ·P· Vatinius (1) eodem defendente ·M· Cicerone (a): cuius exemplo negat iniquitate (b) Laterensis esse Plancio permissum quinque saltem iudices reicere, quo manifesta sit improbitas obstinate conitentis inimici, ut reus innocens opprimatur conspiratione magis iniquorum iudicum, quam criminis veritate con|vi- P. 153.
ctus.

2. Non enim si aut Plancius ita vixit, ut offenderet sciens neminem, aut tu ita errasti, ut eos ederes (c) inprudens; ut nos, invito te, tamen ad iudices non ad carnifices veniremus; idcirco ista editio per se non acerba est.

Periculosius aliquantum fuerat evectus, ut hoc dicendo, voluisti Plancium, Laterensis, aput inimicos iudices accusari, offenderet animos eorum

(a) Cod. *Ciceronem*. (b) Cod. *iniquitatem*. (c) Cod. *ederens*.

(1) Hoc ipso anno, quo etiam Plancius defensus est. Nam Asconius ad orat. *pro Scauro* testatur Ciceronem dixisse pro Vatinio, ·L· Domitio Aenobarbo et Appio Claudio Pulchro coss. quorum in consulatu Plancius defensus creditur. Confer. Cicer. *ad ·Q· Fratr.* III. 1. cap. 4. et vide Paulum Manutium in argumento huius orationis *pro Plancio*. Iam quot alias causas hoc eodem anno defenderit Cicero, quotque scripta extra forum ediderit, dixi ego in praef. ad libros de rep. cap. I.

qui erant de causa pronuntiaturi. Vigilanter itaque illum quidem hoc animi habuisse testatus est, ut reus iniquis iudicibus uteretur: sed fortunam multo prosperius secundasse, ut viri spectatae (a) humanitatis et incoruptae religionis in hanc cognitionem venirent, quae innocenti reo obesse non posset. Iudices ergo non laesit, et propositum malitiosi accusatoris ostendit.

XVII. An vero nuper clarissimi cives nomen editicium (b) iudicis non tulerunt?

Adhuc (c) eandem, quantum rebus ipsis apparet, inculcat iniquitatem iudicii, quod Laterensis ut ex editiciis haberet, maxime laboraverat. Et hac in parte commemorationem videtur facere Tullius eius temporis quo Ser||*vius Sulpicius* (1) . . .

Desiderantur paginae octo.

* * *

XX. 1. *Non exigua pars populi, sed universus populus voluntatem suam declararit* . . .

P. 172. . . . (2) suffragium tulisset, eum totius populi consensione gratis designatum esse manifestum sit.

2. Numquam enim nobilitas, integra praesertim atque innocens, a populo supplex *repudiata fuit*.

(a) Cod. *spectata*. (b) Edd. *editi*. (c) Cod. *ad hunc*.

(1) Ita supplet N. monetque ut consulatur Garatonius ad Planc. p. 138. 139, qui quidem postremus provocat ad Cic. pro Mur. XXIII, ubi Serv. Sulpicius dicitur postulasse iudices editicios.

(2) Heic insero folium romanum, quod est quaternionis LVIIII, intimum, deficientibus secundo et tertio.

Exprobrat (a) identidem superbiam, quod nimia fiducia nobilitatis dedignatus sit populo supplicare, ac propterea non inpetraverit aedilitatem, quae a Plancio verecundius adque demissius peteretur.

XXI. 1. Avus vero tuus et P. Nasica (b) tibi (c) aediliciam praedicaret repulsam.

Totum hoc — (d) sufficienter implevit — (e) quoniam fecerat ille quaestiunculam, ut ambisse Plancium ex hoc probaretur, quod praepositus esset nobilissimo senatori. Hic ergo quasi ex persona patris eius et avi, de (f) aliis etiam nobilibus intulit mentionem: quos repulsos ab honore constabat. Illò igitur tendit argumentationis effectus, eos vel maxime qui blande et suppliciter petant, facilius designari solere; quando superbia nobiliorum ad invidiam sive odium proclivior esse consuerit.

2. Quos tamen omnis consules factos scimus esse.

— (g) executus congestis nominibus plurimorum P. 171. videtur mihi aliquid et ad consolandum Lateranensem facere, ne (h) diffidat reliquis honoribus post aedilitatis repulsam; quando illi hac specie (i) honoris non inpetrata, pervenerint (k) tamen ad fastigium consulare.

XXII. 1. Noli enim existimare non magnum quendam motum fuisse illius pe-

(a) Cod *probrare*. (b) Edd *Nasicae*. (c) Cod *ibi*. (d) Versiculus vacuus. (e) Versiculus cum dimidio vacuus. (f) Cod. *ne de*. (g) Suppl. duo ferme vocabula. (h) Cod. *non*. (i) Cod. *hanc speciem*. (k) Cod *provenerit*.

titionis tuae, de qua ne aliquid iurares destitisti.

Tacite quidem subiecit causam, quae Laterensi vel maxime obfuisse videatur, quod eum dicat aliquid noluisse iurare, ac propterea impugnatum quo magis repulsam ferret. Existimamus igitur eum legem iuliam significare, quam Caesar consul agrariam tulerat de viris (1) creandis; et per seditionem, quantum se habet fides historiae, et M. Bibulo servante de caelo (2). In hanc Laterensis videtur iusiurandum (a) suum dicere noluisse. — (b) Tamen M. Tullius non expressit ipsam legis iuliae mentionem, ne Caesaris animus laederetur.

2. An te illa argumenta duxerunt? dubitabitis inquit quin (c) coitio facta sit, cum tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius?

P. 162. Ex parilitate congruentium || suffragiorum nitebatur probare Laterensis conspirationem quandam fuisse, quando et hic, qui reus est, et Plotius per easdem tribus designati sint. Respondetur a Tullio, non esse mirandum; quippe cum designatio in duobus eandem habuerit aequalitatem suffragantium.

(a) Cod. *usurpandum*. (b) Supple verba duo. (c) Cod. *inquid*.

(1) Scribe si lubet *triumviros*. Namque ager dividebatur per delectos triumviros aut quinqueviros aut decemviros. Immo Augustus agrum campanum lege ipsa iulia divisit per delectos XX viros. Sveton. Aug. cap. IV.

(2) Lege Sveton. Iul. cap. XX.

Puncta enim hic non aliter, quam in defensione Murenae, suffragia significat (a). Et magis — (b) id confirmat paratum ut aediles sortirentur, quoniam discerni huiusmodi magistratus nisi sorte non possent.

XXIII. 1. Cur non eius damnationi aliquid ad hoc iudicium praeiudicii comparasti?

—. — (c) Probat ipsum adversarium iudicasse nihil omnino suspicionis esse quod in Plancium posset oboriri ex persona eius, qui divisor fuisse videatur; quoniam eundem neque reum fecerit, neque ullam vel tenuem probationem habere adversus eum potuerit: quo damnato, sine dubio consequenter videretur de Plancio praeiudicatum.

2. Quibuscum me, iudices, pugnantem more meo pristino non videbitis: non quo mihi fas sit quicquam defugere, quod salus Plancii postulet. |

Figmento quodam verecundiae declinat eam partem quae difficultatis aliquid habere videatur, adversus quorundam testimonia contendi; et non sine — (d) quae se omnem Plancio sollicitudinem debere testatur. Sic et religioni, quam magnis beneficiis eius debet, satis facit; et pedem refert ab insectatione testium, quibus dicit esse parcendum. P. 161.

(a) Ita cod. (b) Versiculus prope vacuus. (c) Versiculus cum dimidio vacuus. (d) Supple versiculum.

XXIIII. In quo, Cassi, si tibi ita respondeam, nescisse id populum ·R·, neque fuisse qui id (a) nobis narraret, praesertim mortuo Conco (b).

Iuventiae familae, ex qua Laterensis contextum generis habebat, probaturus veterem nobilitatem Cassius praeiactaverat hunc aedilem primo ante alios loco fieri debuisse (c). — (d) igitur in Cassium factam (e) Tullius negat, populum, id est vulgus imperitorum iudicare paenitus de familiae clarioris nobilitate potuisse, ut nonnisi peritiores vetustatis, et qui antiquitatem per historias legerint, haec scire facillime posssint. Atque ideo mentionem Conci videtur interposuisse, qui per illud tempus decesserat, homo curiosus et diligens eruendae vetustatis: Nam historicus (1) . . . .

* * *

XXVI. 1. *Iubes Plancium de vitiis Laterensis dicere. Nihil potest, nisi eum nimis in se iracundum putabis fuisse* (2).

(a) Cod. *quid*. (b) Edd. *Longino*. (c) Cod. *debuisse*. (d) Supple duo vocabula. (e) Si sana lectio est, refertur hoc participium ad graecam vocem quae oblitterata est ante *igitur*.

(1) Ergo loquitur interpres de Cassio Longino historico, cui agnomen facit *Concus*, si sana lectio est.

(2) Quod hic locus tullianus in lacuna sit demersus apprime doleo, quoniam in editionibus corruptus videtur, et certe subobscurus est. Apud Garatonium duo codices britannici habent *putabit* pro *putabis*. Noster vero scholiastes lucem aliquam affundit: videtur eum dicere noluisse Plancium aut quemvis alium Lateren-

. . . (1) partim malitiosis fraudibus deprehensum (a). Ideo tantum negavit ab se statim puniri, quod iratus esset. Quippe vir sapientia praeditus altiore non putavit iudicii futurum quidquid fecisset iratus. P. 160.

2. Non vereor ne mihi aliquid, iudices, videar (b) adrogare, si de quaestura mea dixero.

Ut se Laterensis ostenderet aedilitate fuisse Plancio digniorem, commemoraverat se apud Praeneste ludos edidisse: Cyrenis etiam summa liberalitate in publicanos egisse; in socios fuisse denique (c) iustissimum. Quae omnia iactantius ab illo dicta quam eleganter elevet et abiciat ·M· Tullius consideremus. Persuadere vult namque omnia illa quae foris gesserit, aput conscientiam populi ·R· latere potuisse. Ac ne acerbius animum laederet audientis, de quaestura sua egit non sine figura *συγκρίσεως* (d). Quod cum Lilybaeo (e) decedens Puteolos adventasset, omnes eum ignoraverint primo ex provincia, tunc (f) deinde ex Sicilia, ad extremum (g) ex Lilybaetana (h) venire. Quibus ipse varia sciscitantibus novis-

(a) Cod. *deprachensum*. (b) Cod. *videas*. (c) Cod. iterum *fuisse*. (d) Spatiolum sic repleo. (e) Cod. *Libyae*. (f) *Tunc* pro *tum* archaismus est. Vide Cic. de rep. II. 9; Symmach. pro Severo cap. II. (g) Cod. *de extremum*. (h) Cod. *Lilybitana*.

si maledicere, quia nimis iratus erat. Qua in re tarentini Architae dictum factumque adfectavit, qui idcirco servos punire noluit, quoniam iratus erat.

(1) Rursus codex mediolanensis.

sime cum permistione quadam stomachi responde-
P. 159. rit, se ad aquas potius in Campa|niam venisse, ut interrogationes ipsorum ab se respueret, quos moleste ferebat ignaros esse quaesturae, quam se meminerat magna cum laude gessisse. Proficit ad illam responsionem multa Romae ignorari quae foris gesta sunt a senatoribus: ac propterea Laterensem frustra in illis, quae extra urbem gesserat, habuisse fiduciam. In extremo tamen fine huius capitis aliquanto obscurius dixit:

XXVII. 1. Sed ea res, iudices, haud(a) scio an pluris mihi fuerit, quam si mihi tum essent omnes gratulati.

Hoc ait, magis laetatus sum ignorasse multos ex qua provincia venirem, *quam* si venienti mihi gratularentur. Perstringere enim voluit invidiam praesidum(b), qui spoliatis (c) provinciis revertantur: ac propterea eos amici sui cum gratulatione suscipiant, quod divites evenerint.

2. Eadem igitur, Cassi, via munita Laterensi est, idem virtutis cursus ad gloriam: hoc facilior fortasse, quod ego huc a (d) me ortus et per me nixus ascendi.

Nota gratificationem molestam et cum magnis amaritudinis aculeis interpositam. Dicens namque non
Q. LX. aliter ad honores adipiscendos perventurum esse ||
P. 138. Laterensem, quam (e) Tullius ipse – – de – – (f) sub-

(a) Cod. *aut*. (b) Cod. *praesidium*. (c) Cod. *spoliatiis*. (d) Cod. *ad*. (e) Cod. *quem*. (f) Perierant in hac spatiis versiculi duo.

iunxit testificando, se non generis nobilitate sed virtute ad omnis magistratus pervenisse. Laterensem hoc amplius adiumenti habiturum, quod nobili familia ortus in candidam veniat. Sibi ergo adiudicavit non laenocinia generis sed praestantiam virtutis: illi vero spem de maioribus dedit, quod suffragium scimus esse fortunae.

XXVIII. 1. Quamquam dissimilis est pecuniae (a) debitio et gratiae.

— — (b) qui adgreditur quae proficient et ad illum compensativum (c). Nam — (d) valebit gratia Ciceronis ipsius et eorum qui propter illum Plancio fuerint adiumento ad impetrandam aedilitatem. Nec non etiam per hoc — (e) idest compensatio implebitur (f), ut iudices reo maxime prodesse patiantur ad impunitatem praesentis huiusce discriminis ea beneficia quae Ciceroni praebuerit exolanti, ut haberet in integro civem patria quem reposceret. Verbum hoc quoque non incuriose adnotemus, quod debitionem pecuniam dixit.

2. Gratiam autem et qui | refert habet: et qui habet, eo (g) ipso quod habet, refert. P. 187.

Locus etsi generalis de animi religione, qui debitam pro beneficio gratiam referat, tamen causae

(a) Schedae meae *fortunae* pro *pecuniae*. Sed infra scholiastes *pecuniam*. (b) Supple versiculum. (c) Ita Peyr. ex cod. retractato, et N. (d) Supple ferme versiculum. (e) Adde vocabulum unum. (f) Ita Peyr. ex cod. (g) Bibl. *in eo*.

praesenti plurimum patrocinabitur ad favorem copiosius ratiocinanti M. Tullio. Nec non etiam iuxta praecepta sapientium, qui animos ingratorum non parum cuidam crimini obnoxios arbitrantur, quando et parentibus et amicis et protectoribus salutis nostrae hoc testimonium debeamus, *ut* nos in quantum potest gratos adprobare velimus. De officiis idem libro I. (1) sic ait: " Quod si ea „ quae utenda acceperis, maiore mensura, si „ modo possis, iubet reddere Hesiodus, quid- „ nam beneficio provocati facere debemus? „ Accedit hoc etiam, quod genus maximi criminis aput Persas fuisse traditur, siqui (a) extitisset ingratus, meminitque rei Xenophon Κύρου παιδείας (2) libro primo (3) secundum haec verba conscribens: Δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος, οὗ ἕνεκα ἄνθρωποι μισοῦσι μὲν ἀλλήλους μάλιστα, δικάζονται δὲ ἥκιστα, ἀχαριστίας· καὶ ὃν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δέ, κολάζουσι καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς· οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους, καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν καὶ περὶ γονέας, καὶ πατρίδα, καὶ φίλους. ||

Desiderantur paginae duae.

* * *

XXX. 1. *Scilicet homo sapiens excogitavi, quamobrem viderer maximis beneficii vinculis obstrictus, cum liber essem et solutus.*

(a) *Siqui* pro *siquis* tullianum est.

(1) Cap. XV.

(2) Obliterata sunt in codice graeca omnia verba, quae olim colorata fuerant. Itaque ex editionibus ea huc revocavi.

(3) Cap. II. 7.

. . . *Obligatum* velit emere (a), beneficium, quod non acceperit, confitendo. P. 186.

2. At id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam, et se ab aliquo servatos esse fateantur.

Inductionem sollertissime facit ex iis militibus qui protecti a commilitonibus suis veluti testimonium gratiae referant, iisdem coronam civicam dando, quam traditur de gramine fieri solitam (1). Et mire (b) extenuavit, gregarium militem dicendo invitum hoc facere, ut offerens coronam civicam debitorem beneficii *se* constituat. Quod igitur anxie et moleste gregarius miles patitur, id, nullis acceptis beneficiis, onus verecundiae suae non imponeret vir (c) consularis.

2. Nolo cetera, quae a me mandata sunt litteris, recitare.

Suffecerat enim de ea oratione dixisse, qua vel senatui vel populo gratias egit. Nunc autem et de versibus suis facere mentionem videtur, quos intempestivum sit in iudiciali dissertatione recitare. Non potuit tamen in totum de is (d) tacere. Nam de consulatu (e) suo scripsit poetico metro, quae

(a) Corr. *ementiri* N. (b) Cod. *mirae*. (c) Cod. *imponeretur*. (d) Ita cod. *is* pro *iis*. (e) Cod. *consulatuo*.

(1) Civicam coronam dicit interpres *gramineam*? Atqui eiusmodi fuit obsidionalis; sed civicam dicunt *iligneam* primo fuisse mox *quernam* Plinius XVI. sect. 5. et Gellius V. 6.

P. 185. mihi videntur opera (a) minus digna | talis viri nomine (1).

XXXI. 1. Nam istius verbi, QUOVSQUE, poterat haec esse invidia. Datus est tibi ille: non facis finem.

— (b) unde quo minus inpudens videretur haec compensativa defensio, dicente Laterense, quousque vis servatos esse quos diligis? Et pro Cispio causam dicente sic rogasti (c), et precibus tuis ambitum paene (d) movisti; opposuit acutissimam responsionem, merito haec ab eo dici potuisse, si pro illo impetrasset (2). Porro autem cum pro Cispio non obtinuerit, vel pro hoc optinere debere, qui et innocens sit et de salutis suae conservatione bene meritus. Animadverte quo modestiae temperamento haec exsequatur, ut nihil inpudentiae, multum religionis habeat oratio.

(a) Cod. *operam*. (b) Supple vocabulum. (c) Cod. *rogastis*. (d) Ita cod. At alii *pene*.

(1) Haud ita loquitur noster interpres, quod forte putet spurium illud Ciceronis poëma. Nam ipse Cicero ex eo versus LXXVIII. inseruit libro I. *de divinatione*, praeter Servii auctoritatem ad Virgil. *eclog.* VIII. 106. Hoc tantum interpres significat, non videri sibi opera poetica aeque digna Cicerone, ac ea quae soluta oratione scripta sunt quod facile quivis concedet.

(2) Sic egregie mihi emendare videtur N. Namque in codice locus post *potuisse* usque ad *porro* satis est obscuratus; et mihi olim videbar legere *Romulo comparasset*.

2. Sic enim dixisti: vidi ego tuam lacrimulam.

Laterensis in Tullium dixerat epilogos eius inridens, quos eum constat nimium flebiles et miserationis plenos in iudiciis semper habuisse. Et in oratore suo eandem affectuum (a) movendorum sibi praestantiam vindicavit (1). Ac ne haec lacnocinia potius adhibere fallendis iudicibus, quam vere secundum animi sui motum facere existimetur, ad||severat Cispium hoc suae orationis adfectu non P. 168. indignum fuisse, cum quo (2) post amicitiae reconciliationem ita participatu fortunae suae dolorem senserit, ut inpense (b) diligi mereretur (c).

XXXII. 1. Sed me cum tantum iam Plancio deberem Racili beneficii (3) fuisse contentum.

(a) Cod. *affectuim*. (b) Cod. *inpensae*. (c) Cod. *meretur*.

(1) In *oratore* XXXVII-XXXVIII, ita de se Tullius: *Quid de miserationibus loquar? quibus eo sum usus pluribus, quod etiamsi plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant . . . Miseratione nos ita dolenter uti solemus, ut puerum infantem in manibus perorantem tenuerimus: ut alia in causa, excitato reo nobili, sublato etiam filio parvo, plangore et lamentatione compleremus forum.*

(2) Videtur corrigendum *cum is*. Nam Cispius exulis Ciceronis misertus fuerat, ut vides hoc loco orationis.

(3) Nota lectionem diversam ab ante edita *beneficiis* vel *beneficio*. Nota etiam *contentum* cum genitivo: cuius syntaxeos exempla apud Livium, Ovidium, Paterculum, Curtium, Apuleium, Iustinum, Digesta, Dictymque cretensem laudantur a Vossio *de gramm.* VII. 11, ab Heinsio *ad Paterc.* II. 88, et a

Extenuaturus merita Cn. Plancii quae intulisse in M. Tullium videretur, de L. etiam Racilio quaedam Laterensis commemoraverat, qui magis adiumento Ciceroni fuisse videatur (a) cum Plancius in tribunatu suo non tantopere sit pro eiusdem restitutione conisus. Ne hoc igitur ei deesset (b) ad gratiam, confitetur, animo promtissimo etiam hunc Plancium erga restitutionem suam fuisse. Sed quoniam omnia per Racilium (c) videbantur impleta, non expetisse se dicit, ut etiam ille ex superfluo laboraret (d), qui tantum sibi in quaestura macedonica (e) praestitisset. Extat autem libellus eiusdem Ciceronis, qui ita inscribitur: EDICTUM LUCII RACILII TRIBVNI PLEBI (1), quod sub nomi-

(a) Malim *videbatur*. (b) Cod. *deesse*. (c) Cod. *Racivum*. (d) Cod. *laborare*. (e) Cod. *in quaesturam macedonicam*.

Forcellino in *lexico*. Quare hanc loquutionem in ambrosiano palimpsesto nullatenus mendosam existimo, ut immerito contendit Garatonius.

(1) Nota opusculum deperditum, immo prorsus, quod sciam, inauditum Ciceronis. L. Racilius tribunatum iniit cum Plancio aliisque anno exeunte quo Cicero ab exilio revocatus fuit, gessitque anno sequente, nempe Marcellino et Philippo consulibus. Belle ad hunc locum faciunt quae Cicero scribit ad Q. Fratrem lib. II ep. 1. *Racilius surrexit, et de iudiciis referre coepit. Marcellinum quidem primum rogavit. Is cum graviter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus, questus esset etc. Postea Racilius de privatis me primum sententiam rogavit. Multa feci verba de toto furore latrocinioque P. Clodii: eum, tamquam reum, accusavi multis et secundis admurmurationibus cuncti senatus etc. Tum Clodius rogatus diem dicendo eximere coepit. Furebat a Racilio se contumaciter inurbaneque vexatum etc. De tribunis plebis longe optimum Racilium habemus. Plancius totus noster est.* Confer etiam ad famil. I. 7.

ne ipsius Cicero inscripsit (a) in invectionem ·P· Clodi.

Illo ·S·C· quod in monumento Marii factum est.

In templo scilicet Honoris et Virtutis, in | quo P. 167.
actum primum videtur de restitutione Ciceronis (1).

3. Quo quidem etiam magis sum, non dicam miser, nam hoc quidem abhorret a virtute verbum, sed certe exercitus.

Hanc sententiam secundum illos philosophos intulit, qui existimaverunt semper beatos esse sapientes, numquam miseros (b) existimandos: ac siquid adversi prudentibus eveniret, non poenam magis et calamitatem, quam exercitationem esse fortunae.

XXXIIII. 1. Hic etiam addidisti me idcirco mea lege exilio ambitum sanxisse (c), ut miserabiliores epilogos possem dicere.

Varia cavillatione Laterensis exercuerat asperitatem stomachi sui in ·M· Tullium, ut etiam ea,

(a) Garatonius cum N. corrigit *scripsit*. Ego autem iure meo *inscripsit* retineo. Nam et Fronto ad M. Caes. II. 1. dicit *inscribendae* pro *scribendae*; ibidemque est *instructura* pro *structura*. (b) Cod. *non miseros*. (c) Ita hunc locum mirabiliter iam persanaverat Garatonius in edit. ed. Neap., ut eum nunc codex ambr. sistit. At in editionibus vulgo codicibusque corruptissime legebatur *ex ista ambitu traxisse*. N.

(1) Egregio sane consilio Garatonius aedem Honoris atque Virtutis marianam, scripta peculiari diatriba, distinxit denique a marcelliana eiusdem appellationis. Nam antea quidem ea res mihi et aliis, etiam veteribus, tenebras offuderat. Usus est autem vir doctissimus ad eam distinctionem firmandam duplici Vitruvii loco libri III. 2, et libri septimi prohoemio non procul a fine. His accedit denique egregius noster interpres ambrosianus.

quibus illius oratio maxime floruit, elevare — (a) perseveraret. Nec ignoramus, auctore ipso Cicerone et C. Antonio cons., legem severiorem de puniendo ambitu scriptam, cuius meminit pro Murena (1). Nam clementior aliquatenus videbatur lex fuisse calpurnia. Hic ergo mutuatus est occasiunculam quandam amarius lacessendi, ut videretur atrociorem poenam ea propter adversus ambi-
P. 178. tum decre||visse, ut pro reis multo lacrimosius peroraret. Non minus tamen urbane (b) et ipse respondet, denotans nimiam Laterensis et inmoderatam contumeliosae audaciae insulsitatem dicendo:

2. Sed hoc (c) nescio quomodo frequenter in me congessisti (d), saneque in eo creber fuisti.

Ut haec inmodica, creber fuisti, et ab inpudentiae temeritate venientia (e)!

3. Rhodi enim, inquit, ego (f) non fui; me vult fuisse.

Et verissime constat in prima adulescentia Rhodum navigasse M. Tullium, ut arte oratoria, in qua (g) insigniter praestitit, erudiretur aput notis-

(a) Spatium unius vocabuli. (b) Cod. *urbanae*. (c) Cod. *haec*. Sed hoc corr. N. (d) Cod. *concessisti*. (e) Ita interpungit hunc locum N, ne huiusmodi scholium sit. Sic videlicet oratoriam vim admiratur interpres rhetor. Profecto quin rhetor sit hic tullianus interpres, dubitari nullo modo potest. Toto enim commentario ponit vocabula artigraphorum, artificium Tullii oratorium discipulis veluti declarat; et mihi certe videtur passim prae se ferre elocutionem Iulii illius Victoris rhetoris, quem Romae nuper edidi. (f) Etiam codex bavaricus apud Garat. habet ego, quod deest in edd. (g) Cod. *in quam*.

(1) Capp. III. XXXII.

simum rhetora et magistrum illius aetatis Apollonium (1). *Hic* est qui Molo cognominatus est.

4. In eo me reprehendisti, quod nimium multos defenderem (a): utinam et tu qui potes, et ceteri, qui defugiunt, vellent me labore hoc levare!

Mira cum verecundia et moderatione et ceterorum ingenia depressit, et suam in dicendo praestantiam omnibus anteposuit, quando graviores causas illi declinaverint, non sufficientes implendae defensioni, ipse vero confidentissime susceperit: quo agente reus innocens indubitatam sibi spem victoriae polliceretur. P. 177

5. Admonefecisti (2) etiam, quod in Creta fuisses, dictum aliquod in petitionem tuam (b) dici potuisse.

(a) Sic etiam duo codd. apud Garat. At editiones *defenderim*. (b) Sic cod. Lav. apud Garat. At cod. Ambrosianus *in petitione tum*. Edd. *in petitione tua*.

(1) Rem narrat ipse Tullius in Bruto XCI. *Rhodum veni, meque ad eundem, quem Romae audiveram, Molonem, applicavi, cum actorem in veris causis scriptoremque praestantem, tum in notandis animadvertendisque vitiis, et instituendo docendoque prudentissimum. Is dedit operam (si modo consequi potuit) ut nimis redundantes nos et superfluentes iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret, et quasi extra ripas diffluentes coerceret.*

(2) En iam habemus a Cicerone verbum *admonefacio*, quod difficilis ille Forcellinus collocabat in expulsis, neque adhuc cl. Furlanettus honori debito restituit; quem doctissimum virum valde oro ut in nova Forcellini adornanda editione hunc scholiastem non negligat.

f

Ad scholasticam (a) levitatem *et* quasi mimicam spectat huiusmodi locus. M. Tullium videbatur denotasse Laterensis, quod multa quae facetius dici possent cum aliqua figurandi suptilitate (b) non praetermitteret. Itaque hoc eum dicto perstrinxerat, habuisse materiam de vocabulo Cretae insulae aliquid in se iculariter dicendi, nec tamen id excogitasse. Constabat enim Laterensem fuisse in Creta provincia. Et solebant omnes candidati alba creta oblinire cervicem (1), ut populo notabiliores essent. Ergo – (c) dicit eum iocari potuisse, si ad hoc adiecisset ingenium, ut id inveniret quod poterat occurrere. Sed acute rapuit ex eodem proposito validam responsionem, ut magis eum cupidum lacessendi ostenderet, qui sibi ea ultro suggereret quae potuisse dici fateretur, nec tamen dicta sint.

6. Te aiebas de tuis rebus gestis nullas litteras misisse, quod mihi meae, quas ad aliquem misissem, obfuissent.

Haec omnia non ad reum sed ad omnem (d) Ciceronem pertinent, quasi || asperius a Laterense propo-
P. 192. sita. Nam significat epistulam non mediocrem ad (e) instar voluminis scriptam, quam Pompeio in A-

(a) Cod. *scolastica levitate*. (b) Cod. *suptilitati*. (c) Spatium duorum vocab. (d) Ita perspicue codex. (e) Cod. non *ad mediocrem instar*. Reprehendit me vir cl. Peyronius p. 233. quod olim tacite metathesim emendaverim, atque se existimare posse hunc locum reliciis eruditorum trahere in varias emendationes. Fiat sane. Ego tamen ut fieri potuit vehementer metuo.

(1) Nota morem candidatorum sed non cervicem creta oblitam oblinendi cervicem creta nam a pictoribus narrant. plerique antequam togam utique

siam DE REBUS SUIS IN CONSULATU GESTIS miserat Cicero (1) aliquanto, ut videbatur, insolentius scriptam, ut Pompei stomachum non mediocriter commoveret: quod quadam superbiore iactantia omnibus se gloriosis ducibus anteponeret. Hoc igitur vult esse purgatum, dicens nuntiasse se (a) ·Cn· Pompeio patriae conservationem, nec insolenter de semet ipso gloriatum. Obfuerunt autem re vera: nam

(a) *Se* addit Peyr. ex cod. ambr. retractato.

(1) Hanc quoque longam Ciceronis epistulam iniuria temporum amisimus, sed eius certe notitia et apud nostrum interpretem superest, et, ut recte notavit Garatonius, apud ipsum Ciceronem *pro Sylla* XXIV. his verbis *hic tu epistulam saepe recitas, quam ego ad ·Cn· Pompeium de meis rebus gestis, et de summa re publica misi.* Nunc extat tantum brevis Ciceronis epistula ad Pompeium (lib. V. epist. *7 ad fam.*) qua ei in Asia degenti gratulatur de Mithridate victo, et simul expostulat, quod in litteris quas ad se misisset, nullam sibi rerum contra Catilinam in suo consulatu gestarum gratulationem significasset. Nimirum Pompeius priorem illam Ciceronis gloriosam epistulam moleste ferens, frigide admodum tum responderat, et nullum ei deinceps contra clodianam vim patrocinium exhibuit. Cicero tamen *philipp.* II. 5. ait *maxime vero consulatum meum ·Cn· Pompeius probavit, qui ut me primum decedens ex Syria vidit, complexus et gratulans, meo beneficio patriam se visurum esse dixit.* Quod si vere narrat Cicero, id a Pompeio stomachante licet Ciceronis iactantiam, urbanitatis tamen causa factum fuit. Confer etiam *de offic.* I. 22.

Quod vero Garatonius multis Tullii locis congestis negare nititur Pompeium ob eas litteras iratum oratori fuisse, adeoque scholiasten nostrum falsa dicere; id quidem argumento est, nihil fere esse de quo docti homines controversari inter se nequeant. Ego tamen more meo vetustiorum hominum, et qui rebus ipsis propiores fuerunt, opiniones libentius amplector.

sic effectum est, ut ei Pompeius contra clodianam vim non patrocinaretur.

XXXV. 1. Quorum alter exercitum perdidit, alter vendidit.

Haec iam saepius dicta sunt de Pisone et Gabinio (1) qui actionibus P. Clodi tribuni pl. in perniciem M. Tulli consenserant, habituri *Piso* Macedoniam, Gabinius Syriam. Sed hic *alterum* exercitum perditum a Pisone, alterum a Gabinio venisse significat: scilicet quod regem Ptolemaeum, acceptis decem millibus (a) talentum, per vim militarem exercitus romani restituisset in regnum suum. Et simul in hoc epichiremate (b) adhibet eundem colorem iam sibi in |
P. 191. multis oracionibus frequentatum, idcirco secedere (c) urbe maluisse, nequid seditosae dimicationis cum multorum exitio moveretur.

2. Quem quidem saltator ille Catilinae consul proscribtionis denunciatione terrebat.

Ἰδίως (d) pro stomachi sui acerbitate Gabinium lacerat famosae inpudicitiae, quem minitatum proscribtionem equestri ordini ea propter dicit, quod illius edicto (2) fuisset L. Aelius (3) eques R., cui familiaris amicitia cum M. Tullio fuerat, relegatus.

(a) Ita schedae; sed plerumque in antiquis codd. cum unica *l*. (b) Cod. *epicireamate*. (c) Hoc vocabulum graecum in codice adhuc legitur (d) *Secedere* pro *decedere* emendat ex cod. ambr. Peyr.

(1) Confer *pro domo* XXI, *pro Sextio* X, *de provinc. cons.* II, *in Pisonem* XII.

(2) Cod. *dicto*. Sed correxi *edicto*, quia ad or. in Pis. cap. X scribit Asconius: *L. Lamiam a Gabinio consule edicto relegatum esse iam diximus*. Qui locus mihi olim peridoneus, videbatur ad suadendum lectoribus interpretem a me repertum, videlicet Asconium.

(3) Cod. evidenter *Laelius* non *L. Aelius*. At in Pison. XXVII.

XXXVI. Iustissimos omnium Metellorum et clarissimos triumphos gloriae laude superavit.

Cum semetipsum praepositurus sit ·Q· Metello Numidico, et illum tamen copiosissime laudat, et ad quoddam egregium specimen virtutis amplificat: quod maluerit in exilium *ire*, quam iurare in agrariam legem tribuni ·pl· Apulei Saturnini (1). Verum sibi, ut coeperam dicere, ipse Tullius maximam laudem praestruxit, qui ad tutelam salutis publicae patientiam discessus illius, quamvis non mediocri cum dolore, susceperit. Ut multo sit laudabilior Metello, qui non tam pro vigore sententiae suae ‖ . . . *Desiderantur paginae duae.*

* * *

XLI. 1. *O acerbam mihi, iudices, memoriam temporis illius?*

. . . miserabiliter intellegatur; qualis ferme lugentium maeror est, quos impetus nimiae karitatis exagitat. P. 190.

2. Thessalonicam me in quaestoriumque perduxit.

Hospitium quaestoris significans proprie secundum vocabulum magistratus, loco ipsi nomen dedit.

dicitur ·L· *Aelius*. Alibi saepe meminit huius viri et facinoris Cicero, nempe *post red. in sen.* V, *pro Sextio* XII, et ad *fam.* XI. 16. 17. XII. 29. quibus locis scribit vel ·L· *Lamiam*, vel *Lamiam*. Quoniam igitur praenomen *Lucii* saepe huic viro tribuitur, nuncupetur sane integre ·L· *Aelius Lamia*. Et quidem facilis fuit illa coniunctio *Laelius* pro ·L· *Aelius*. Sic infra ad or. pro Mil. IIII. 1. scribitur *Clusius* pro ·C· *Lusius*.

(1) De Saturnini lege agraria et Metelli exilio lege Appianum *bell. civ.* I. 29.

Nunc autem omnia, in quibus variae dignitatis praesides habitent, praetoria nominantur.

XLII. 1. Siquidem ego tibi vivus non prosum, qui fortasse mortuus profuissem.

Lacrimosis lemmatibus iam perorat (a), adfectus animi sui cum varia miseratione proluens (b), ut tantum auxilii reus habeat, quantum suo dolori patronus adiecerit.

2. Salutem tibi idem (c) dare possunt qui mihi reddiderunt.

Eximius locus ad permovendos iudices. Procliviorem facit impetrandi facilitatem, constituens in eorum misericordia firmamentum salutis Cn. Plancii, per quos ipse sit reditum consecutus. Ita eleganter et pro se gratias agit, et huic pares humanitatis eventus deprecatur.

3. Mecum vos simul hic miserrimus et optimus obtestatur parens, et pro uno fi-
P. 189. lio duo patres | deprecamur.

Valde copulatis utrimque personis et in patre sine dubio plurimum constituit miserationis, et sibi eandem vim sollicitudinis vindicavit: quasi uterque Cn. Plancio pater sit, alter natura, alter officio gratiosus.

(a) Ita legi locum restitutum Peyr., qui mihi olim obscurissimus erat. Ipse tamen scribit *legmatibus*, quod ego non intelligo, convertitque in *lemmatibus*. (b) *Pro[illegible]* ego emendabam, sed retinendum, *voluens* [illegible] plura [illegible]. (c) Ita red. [illegible] *eidem*.

EXPLICIT.

AD CICERONIS ORATIONEM
PRO MILONE
COMMENTARIUS ANTIQUUS INEDITUS.

EDITÒRIS MONITUM.

Anonymi interpretis en iam proferimus ad Ciceronis milonianam, copiosos, etsi non integros ob vaticanorum foliorum defectum, commentarios. Profecto commentarios in Tullii orationes, quos ego partim in ambrosianis partim vero in vaticanis palimpsestis reperi, unum eundemque habere auctorem, id quaquaversus atque evidentissime comprobatum est. Atqui ego olim magnopere suspicatus fueram, (quamquam semper dixi mihi videri, numquam affirmavi) ambrosiana scholia auctorem habere Asconium, cuius opinionis probabilia et multa argumenta in praefationibus exhibui, quae rem compluribus eruditis persuaserunt. Contradixere tamen alii; nullis adhuc publice, quod ego legerim, argumentis contradictionis suae propositis. Age vero scholia ad milonianam, quae Asconii nomen in editionibus prae se ferunt, iamdiu scimus extare. Ergo si ista asconiana sunt (nam et ipsum Asconium Ciceronis interpretem a nonnullis generatim negari audio; ab aliis certe scholia verrinarum diserte Asconio eripi video, quamquam et haec in nomine Asconii Pogius inventor edidit) si edita, inquam, ad milonianam scholia Asconii sunt, vaticani enimvero et ambrosiani commentarii Asconium auctorem iactare nequeunt: neque enim quispiam sanus existimabit bis Asconium ad Ciceronis milonianam fuisse commentatum. Illud quoque dignum animadversione nostra est, raro admodum accidere, ut in eodem tulliani contextus loco vaticanus interpres Asconiusque versentur: idque ego non tam casu fortuito evenisse puto, quam ob scholiastae mei et multo magis Asconii lacunas. Nemini enim consideranti incompertum erit, nos non tam Asconium in editionibus, quam exigua, praesertim ad milonianam, Asconii excerpta retinere, reliquis amissis. Quis enim credat, Asconium postquam adeo copiose orationis argumentum

tractaverat, tum demum perpaucas illas et exiles orationis ipsius declarationes subtexuisse? amphora coepit institui; currente rota, cur urceus exit? Certe vaticanus interpres Asconio prorsus abundantior est:

Aliud est quod item lectores meos monitos volo. Commentarium ad Ciceronis orationes a me repertum, unum eundemque esse qui partim in ambrosiano partim in vaticano codice (bobiensi utroque) continetur, evidentissimum est. Namque id planum fit ex oratione pro Plancio cap. VIIII. 1, itemque ex oratione in Vatinium cap. VIIII. 1, et XII. 3, quibus in locis vaticanae membranae prorsus cohaerent cum ambrosianis; ita ut continuus sermonis sensus nonnisi coniuncta utriusque codicis ope effici possit. Quid inde? Sequitur videlicet, ut qui unus idemque scholiastae codex fuerat, is in duos saltem dispertitus postea fuerit, distractis sine ordine perturbatisque foliis, dum haec a monachis bobiensibus rescriberentur; et mox in alios atque alios tomos pro novitiae scripturae conditione conicerentur. Huic tamen invicto, ut videtur, ratiocinio nunc illud obstare sentio, quod in calce vaticanae paginae 187 (ed. rom. pro Planc. VIIII 1.) manu antiquissima evidenter scribitur nota quaternionis LVII, qui scilicet ibi desinit in verbo adversus, incipiente mox LVIII in verbo tusculanos. Atqui in eiusdem romani codicis extrema pagina 211 (ed. rom. pro Mil. VIIII. 1) scribitur item manu antiquissima evidenter nota quaternionis LVIII, qui desinit in verbo sub. Ergo si unum idemque fuisset priscum scholiastae exemplar, commentarius universus ad plancianam post caput nonum, itemque ad milonianam usque ad octavum caput, unico quaternione LVIII comprehensum fuisset; quod prorsus a veritate abhorret neque enim unus sed plures quaterniones ad capiendam materiam tantam necessarii sunt, hique revera adhuc, imperfecti licet, supersunt. Quid quod in ipsa miloniana fragmentum quoque quaternionis LVII. occurrit? Reliquum est igitur, ut vel amanuensis in quaternionum notis scribendis ac serie erraverit, vel duo exemplaria scholiastae extiterint, quae tamen ab eadem prorsus manu scripta fuerint (simillima enim utriusque palimpsesti, immo et omnium foliorum, scriptura est, ut specimen excusum docet) servato pari laterculorum modulo, et versiculorum etiam in singulis pagellis numero. Atque haud scio an ita loquendum sit de Frontonis quoque exemplari, cuius, aeque ac scholiastae, folia coniuncta in volumine tum in ambrosiana tum etiam in vati-

cana bibliotheca sunt. Sane et Frontonis scriptura eadem utrubique est: folia quoque interdum romana ambrosianorum seriem continuant: interdum tamen sic duplicantur partes aliquot ut duo fuisse Frontonis exemplaria olim videantur ab eodem amanuensi scripta, quae mox a rescribentibus confusa fuerint.

Commentarius ad milonianam, deficientibus ut dixi foliis, aeque ut praecedentium sequentiumque orationum, imperfectus est. Superest autem quaternionis LVII folium unum, secundum scilicet vel tertium. Quaternionis LVIII habemus folia omnia praeter secundum. Quaternionis LVIIII. folium intimum, nempe quartum, nacti sumus. Quaternionis item LX unum folium est reliquum, secundum nempe vel tertium. Quaternio LXI universus deest. Denique in primo folio seu pagina secunda quaternionis LXII explicit oratio pro Milone, ibidemque incipit pro Sextio. En autem pro more meo graphicam quaternionum tabellam.

Q. LVII.	. . . . . ◡ . . . . .
	236. 235 ◡ 234. 233.
	. . . . . ◡ . . . . .
	. . . . . ◡ . . . . .
Q. LVIII.	226. 225 ◡ 212. 211.
	. . . . . ◡ . . . . .
	218. 217 ◡ 220. 219.
	224. 223 ◡ 214. 213.
Q. LVIIII.	. . . . . ◡ . . . . .
	. . . . . ◡ . . . . .
	. . . . . ◡ . . . . .
	216. 215 ◡ 222. 221.
Q. LX.	. . . . . ◡ . . . . .
	270. 269 ◡ 264. 263.
	. . . . . ◡ . . . . .
	. . . . . ◡ . . . . .
LXII.	130. 129 ◡ | 140. 139 | *pro Sextio*

ARGUMENTUM.

Q. LVII. P. 236. . . . . . . cho esset utrimque inter servos obhorta (a) iurgiosa certatio, et ad gladios usque processum; ut metu peragitatus ad Bovillas in cauponulam (b) quamdam ·P· Clodius fugiens concederet; quem secuti non sua sponte, ut in hac defensione Tullius loquitur pro sui officii necessitate, sed iussu domini qui hoc maxime praeoptaverat, servi Milonis interemerint. Post quod facinus perpetratum, et nuntio Romam perlato, vehemens in Milonem invidia (c) commota est; adlato etiam cadavere nobilissimi senatoris et popularis viri (1). Post demque, iniecto in curiam hostiliam faces subiectae sunt ab turbulenta et sordida multitudine, cui vita ·P· Clodi nimium fructuosa in praeteritum fuerat (2), et tunc mors acerba erat. Quibus turbis et seditionibus adversus Milonem flagrantibus (d), convocato senatu, decretum est caedem in appia via contra rem ·p· esse commissam. Cn· etiam Pompeius, qui tunc sine collega tertium consulatum gerebat, tulit legem ut de eadem caede extra ordinem quaereretur (e). Ac pri-

(a) Ita cod. quam seu cacographiam seu orthographiam in aliis quoque vidi codd. (b) Cod. *cumpo nullam*. (c) Cod. *invidiam*. (d) Cod. *flagantibus*. (e) Cod. *quereretur*.

(1) Qui se de patriciis plebeium fecerat ut tribunatum consequeretur.

(2) Propter largitiones legesque Clodii tribunicias. Legesis ex gr. Dionem XXXVIII. 13.

mo quidem iudices consederunt in aede Saturni. Et cernen|dam causam pro debita necessitudine nec minus voto, quo inimici sui interitum gratulabatur, Cicero suscepit. Sed quoniam et turbulenta res erat et confessa caedes et ad seditionem populus inflammatus, et circumpositi iudicio milites, et (a) non longe praesidens consul ipse Pompeius obnixe (b) studens in damnationem Milonis, perferri defensio ista non potuit: nam metu consternatus et ipse Tullius pedem rettulit; et exsistit (c) alius praeterea liber actorum pro Milone, in quo omnia interrupta et impolita et rudia, plena denique maximi terroris agnoscas. Sane orationem postea legitimo opere et maiore cura, utpote iam confirmatus animo et in securitate, conscripsit. Sed enim cum ratio defensionis huius ordinaretur quonam modo et secundum quem potissimum statum agi pro Milone oporteret, M. Brutus existimavit κατὰ ἀντίστασιν pro eo esse dicendum, quae a nobis nominatur qualitas compensativa. Hoc enimvero Ciceroni visum est parum salubre; nam maluit (1) — — (d) specie, id est rela|| (2) . . . P. 235.

Desiderantur paginae octo, nempe tertium quartumque quaternionis folium.

* * *

(a) Cod. sed. (b) Cod. obnixae. (c) Cod. exstat. (d) Versiculus gr. excidit.

(1) Sententiam in lacuna partim demersam reparat Asconius: *Cum quibusdam placuisset ita defendi crimen, interfici Clodium pro rep. fuisse, quam formam M. Brutus secutus est in ea oratione quam pro Milone composuit et edidit, quamvis non egisset; Ciceroni id non placuit, quod non qui bono publico damnari, idem etiam occidi indemnatus posset. Itaque Clodium Miloni fecisse insidias disputavit.*

(2) Folium hoc non est quaternionis primum, quoniam ca-

COMMENTARIUS.

P. 234. III. 1. . . . *Quod autem Tullius* " *ante* „ *quam ad eam orationem venio* , *quae est* „ *propria ve*strae quaestionis , videntur ea es- „ se refutanda , quae et in senatu saepe ab „ inimicis „ dixit ; iam detraxit illi decreto auctoritatem , cui potest propter simultates inesse studium malae volentiae (1) . Et quod addidit statim " ia- „ ctata (a) sunt „ , non decreta , non statuta , non´ iudicata ; verbo usus est efficaciter ad detrahendum pondus illi senatus consulto , quo reus gravabatur . Post haec etiam significaturus legem pompeiam , " et in contione (b) „ ab inprobis inquit ; molestum namque fuisset si a populo ; adicere (c) " ab inprobis „ maluit , ut ne illut plebiscitum pro gravissimo ducendum sit , quod inprobi et studentes iniuriae conceperint . Ad extremum tertio gradu in hunc exitum desi-

(a) Codex in textu *iacta* , sed in margine , ubi nescio quis interpolat , *iactata* , prout editiones habent (b) Cod. *contentionem* . (c) Ita cod. pro *adicere* . Quamquam ad vocabulum est semesum in cod.

ret nota numerali , quae huius propria esse solet . Neque rursus est quartum seu intimum , quoniam materia post secundam paginam abrumpitur . Secundum igitur vel tertium est , immo potius secundum ; quae res cognocognoscitur e lacunae secundae p. 95. evidenti brevitate .

(1) Ita cod. Quamquam vero *volentia* non est ignotum neque absurdum vocabulum , arbitror tamen scholiastem scripsisse *malevolentiae* , ut alibi . ita ut media diphthongus mendosa sit .

nit "et paulo ante ab accusatoribus"; mone enim quod accusatores comminiscuntur, non aequitatis iudicio sed nocendi proposito moliuntur. Haec itaque qualitas M. Tullio propria est, ut ante quam argumentationis (a) impleat, victoriam praelibet in ipsis propositionibus.

2. Negant intueri lucem esse fas ei qui a se hominem occisum esse fateatur.

Hoc primum adgressus refutare, in omnibus caedibus non confessiones esse damnandas sed causas potissimum | requirendas. Cui responsioni adhibet (b) firmamentum — — (c) antiquitus Horatium quoque non caede vulgari, set (d) de parricidio, hoc est interempta sorore confessum, absolvi tamen probata (e) aequitate meruisse. Quippe Horatius victor domum regressus, occisis tribus Curiatis Albanorum, obviam sororem habuit deplangentem Atti Curiati obitum cui desponsa fuerat. Ob *id* interfecit eam frater; et spolia Curiatorum trina fixit loco celebri (1), cui pilae horatiae (f) nomen est. Hic tamen caedis accusatus ab inimicis, cum capitis causam aput Tullum regem, patre defendente, dixisset; damnatus, ad populum provocavit, absolutusque est, et tamen expiari iussus. Constitutis igitur duabus aris Iano Curiatio et Iu- P. 233.

(a) Ita cod. *i* pro *e* in accus. plur. quamquam genitivus non desinat in *ium*; quam grammaticorum regulam satis incertam esse, iam alibi dixi. (b) Cod. *adhibes*. (c) Spatium vacuum versiculorum duorum. (d) Ita cod. pro *sed*. (e) Cod. *probatae*. (f) Cod. *oratio*.

(1) Nempe in foro romano. Confer Livium I. 27. ut ait Dionysius halic. III. 21.

noni sororiae, superque eas iniecto tigillo, Horatius sub iugum traductus est. Id expiamentum memoriae servatum ad hunc usque diem, tigillum sororium appellatur (1).

Desiderantur paginae duae.

3. Qui nondum libera civitate.

Adhuc in servitio fuisse rem. p., et tamen habuisse liberum spiritum de aequitate facinoris iudicandi (2).

* * *

Q.LVIII. 4. . . *Aut C. Marius.*

P. 226. *Hic consul Sa*turninum et Servilium Glauciam Capitolio deductos interfici iussit (3). Senatus denique, M. Tullio consule, Lentulum ceterosque in carcere puniendos censuit. Necessario (a) igitur hanc enumerationem facit, qua plenius doceat, nonnumquam caedes iure optimo fieri posse.

5. Eum qui patris ulciscendi causa matrem necavisset.

Quia μυθῶδες hoc exemplum videri poterat, de Oreste scilicet, a quo adultera mater occisa est; noluit id in primo constituere, nec in postremo, sed in medio, ut utrimque (b) firmitatem de exemplis ve-

(a) In cod. interponitur ac. (b) Cod. utrumque.

(1) Dionys. et Liv. loc. cit.

(2) Provocationem a regibus idem ad populum miratur Cicero de rep. I. 31.

(3) Lege Appianum bell. civ. I. 32, et Plutarchum in Mario cap. XXX, qui auctores populo potius quam Mario hanc caedem tribuunt. Idem exemplum narrat noster scholiastes item a me editus ad or. de aere al. Mil. V. 3.

rioribus mutuetur: cui tamen ipsi, quamvis aliquantum levi et fabuloso (a), consideremus quanto ingenio firmitatem pariat orator, ita inferens, atque (b) hoc iudices *non* sine causa etiam fictis fabulis. Levitatem habent summam fictiones fabularum, sed quid adiecit? doctissimi homines memoriae prodiderunt; ut scriptorum peritia det exemplo, quamvis minus idoneo (c), firmitatem.

6. Gladium nobis ad (d) hominem occidendum ab ipsis porrigi legibus.

Βιαίως auctoritatem ·XII· tabularum ad defendendam confessionem Milonis trahit, quae grassatoris interficiendi potestatem faciunt, per diem si ar- P. 225. matus veniat, noctu vero (e) quoquo modo venerit (1). (*Ἐναντία*) huic argumentatio est in illa oratione, quae PRO ·M· TULLIO inscribitur (2). Ibi quippe quoniam aliud praesentis negotii condicio poscebat, ipsas quoque ·XII· tabulas adseveravit excubare pro hominum salute, quae hanc interemendi (f) potestatem non facile permiserint (3).

(a) Cod. *tamen et ipsi, quamvis aliquantum leve et fabulosum*. (b) Edd. *atque*. (c) Cod. *idoneam*. (d) Cod. *ab*. (e) Cod. *vere*. (f) Ita cod.

(1) Videsis Ciceronem pro Tullio cap. XX. Legis autem illustrationem habes apud Terrassonium hist. iurispr. p. 104-106.

(2) Nempe in miloniana contendit Cicero caedem Clodii iure factam; in tulliana caedem servorum Tullii contra fas atque ius a servis Fabii patratam demonstrat.

(3) Ciceronianae orationis pro ·M· Tullio partes aliquot in mediolanensi palimpsesto detectas ante hos annos ego vulgaveram.

IIII. 1. Atqui si tempus est ullum iure hominis necandi.

— (a) Pertinenter et cito a genere ad speciem prolapsus est, hoc iam confirmaturus alio exemplo et iudicato, insidiatorem P. Clodium interfici a Milone potuisse, quando etiam miles (b) in e-

(a) Versiculus vacuus gr. (b) Cod. *etiamiles*.

Mox alias in taurinensi item palimpsesto codice detexit et cum meis coniunxit atque edidit vir cl. amicus meus Amedeus Peyronius. Iam ipsa quidem sententia quod *XII. tabulae excubent* etc. nondum in illis fragmentis apparet; sed ea tamen non longe abfuit a peyronianae editionis pagina 108., meae vero praesentis p. 357, ubi rei mentionem facturus sum. Profecto cl. Peyronius in iis illustrandis reliquiis egregiam operam posuit. Meas quoque curas ab illo revocatas ad trutinam laetor, id quod ipsi facile fuit cum ob sapientiam suam, tum quia mediolanenses membranas prae oculis habuit, quas ego olim maximo meo labore patientiaque eruderam ordinaveram atque explicaveram. Nunc mihi orationum pro Tullio et pro Scauro reliquias iterum edituro neque mediolanenses adsunt membranae neque taurinenses. Igitur in postremis clarissimi viri curis acquiescendum saepe mihi erit, quamquam ubi non semel ab eius sententia in constituendis tulliani textus lectionibus discrepabo, id in criticis scholiis palam faciam. Interim vero prorsus nego totam illam rationem scholiastae carptim saltuatimque olim descripti, quam vir inclytus in libro suo p. 231. sibi confingit multisque verbis propugnat. Causa enim hiatuum nulla est alia, quam graecorum perfrequens interpositio verborum ac sententiarum, quae nunc sive in ambrosiano sive in vaticano codice legi nequeunt ob elutum antiquitus a rescribente apicum colorem: quamquam hac illac vestigia graecarum litterarum manifestissima adhuc se produnt, ita ut nonnulli loci tuto legantur. Rursus falli mihi vide-

xercitu C. Mari de tribuni sui interemptione confessus, imperatoris ipsius iudicio liberatus sit.

tur vir cl. dum ait ordinem textuum ab ambrosiano scholiasta perturbari pro Planc. XXXIV. 1. 2. Namque ibi scholiastes secundo loco non profert consequentem veluti Tullii textum, sed praecedentem citat in orationis suae serie. Quare et ego tam in mediolanensi quam in hac romana editione notam numeralem 2. praetermittere debuissem. Neque in bobiensium codicum catalogo p. 215, ubi loquitur vir summus de Sedulii codice olim bobiensi nunc taurinensi, verba illa *robeoincipetratrumopus* explicarem, ut ipse facit, *rubro incipit sacrum opus*, sed multo mallem *rubeo incipit atrum opus*: liber enim Sedulii atramento scriptus incipiebat de more a rubricata minio vel littera vel versiculo. Quare in hac frigida antithesi bobiensis librarius lusit. Quod denique in fragmento panegyrici veteris a se edito p. 184. sic scribit vir. cl. *repetitio inexplicabilis non tenet; debitorem in mensa semper absolvunt*, si quid ego video, divisio illa *in mensa* absurda est, et sensus loci pessumdatus vel obscuratus. Scribendum igitur confidenter censeo *repetitio inexplicabilis non tenet; debitorem inmensa semper absolvunt*. (Sic Palladius RR. I. 6. *creditorem patitur, cui sine spe absolutionis astrictus est.*) Immo interpunctio pari ferme iure ante et post *debitorem* fieri potest. Iam quod vir cl. de latinarum litterarum post Augusti aevum corruptione disserit; mihi sic dicendum videtur. Summatus quidem eloquentiae tam in Graecis quam in Latinis unius ferme aetatis fuit: ceteroquin sanitas, seu certe bonitas, elocutionis multo diutius apud Latinos etiam perseveravit, in Plinio, puta, Columella, Fabio, Tacito, Gellio, iure civili etc. Lactantio, Hilario, Hieronymo etc. Et Frontonis etiam Symmachique dictio morari lectores cum fructu aliquo potest. Immo Fronto tam pure scribit, ut qui eum attente legunt, nedum spernunt, non barbarismos solum vitare discant, verum etiam genuinae elegantiae colorem contrahant. Urbane amiceque invitatus a viro eximio op. cit. p. 256. pauca haec et levidensia, ut illi morem gererem, obiter adnotavi, quae sponte cituque et instituto meo numquam protulissem.

Fuit autem ·C· Lusius (1) tribunus (a) militum sororis filius ·C· Mari, qui bello cimbrico ·P· Trebonium (2) sive Arruntium militem suum liberali facie praeditum, cum partim minando partim praemio offerendo ad consensum stupri non potuisset *Desiderantur paginae duae.* inlicere, nocte intempesta pro potestate — (b) vocari eundem iussit. Ille causam suspica||*tus* (3) . . .

* * *

P. 218. . . . . . Milone sensissent.

V. 1. Declarant huius ambusti tribuni ·pl·

Titum Munatium Plancum significari manifestum est, de cuius contionibus querulis et invidiosis illut confirmat orator, adeo universum senatum Miloni favisse ut de potentia nimia sive gratia Ciceronis idem tribunus ·pl· in contione quereretur

(a) Cod. *tribuni*. (b) Spatium unius vocabuli.

(1) Cod. *Clusius* evidenter. Et quidem etiam in Valerii Max. VI. 1. 12. priscis editionibus scribitur *Clusius*. Sed dubitationem omnem tollit Plutarchus in Mario cap. XV. a quo scribitur Γαῖος Λούσιος. Error igitur in codicibus Valerii et in hoc vaticano ortus est a coniunctione praenominis cum nomine; *Clusius* pro ·*C*· *Lusius*; cuiusmodi alia permulta sunt iamdiu a criticis notata mendorum exempla v. gr. *Agellius* pro ·*A*· *Gellius*; *Mapicius* pro ·*M*· *Apicius* etc. Vide Mehusium ad Ambros. camald. vit. p. 386. Recole nos p. 84. n. 3.

(2) Ita scribit etiam Plutarchus. At Valerius dicit ·*C*· *Plotium*. Noster insuper interpres addit variam lectionem *Arruntium*.

(3) Scilicet miles ad tribunum vocantem venit; paratus tamen vim turpem honesta vi repellere; quod reapse fecit. Lege praeter dictos auctores, duas quoque declamationes, quae hac super re inter quintilianeas occurrunt.

(a); quasi eo dante operam fieret ut proclivior senatus esset ad liberandum Milonem. Hunc vero (b) ambustum tribunum pl. ea propter dicit, quod aut videri hoc velit ipso (c) instigante incensam curiam, aut eundem ardentis curiae incendio esse deterritum quo minus diu concionaretur. Et plane — — (d) quod sequitur intermortuae contiones quas suspicari possumus consternatas vicinitate flammarum.

2. Quae quidem si potentia est appellanda.

— — (e) definiens multifariam, non illam potentiam fuisse Ciceronis, sed iustissimam gratiam, quam semper officiorum sedulitate meruisset.

3. Appelletur ita sane potentia (f), dum (g) ea nos utamur pro salute bonorum contra amentiam (h) perditorum.

— — (i) Concessit aliquid de | potentia; sed P. 217.
vigilanter subiecit exceptionem per — (k) omnem vim dicens potentiae suae in perniciem malorum pro bonis constanter operatam.

4. Cuius enim de incestu (l) stupro iudicium decernendi senatui potestas esset erepta, de (m) eius interitu (n) quis potest

(a) Cod. *quaereretur*. (b) Cod. *vero*. (c) Cod. *ipsos*. (d) Supple duo fere graeca verba. (e) Supple ut supra. (f) Deest *potentia* in edd. (g) Edd. *dummodo*. (h) Cod. *contramentiam*, ut pag. praec. *etiamiles*. (i) Versiculus cum dimidio vacuus. (k) Supple unum verbum gr. (l) Ita cod. Edd. *de illo incesto*. (m) Cod. *ereptae sunt de*. (n) Cod. *interitus*.

credere, senatum iudicium novum constituendum putasse?

— (a) Hoc firmare contendit per coniecturam (b) de animo senatus, nihil eum ad ulciscendum mortem ·P· Clodi (c) voluntatis habuisse (d). Et ut magis eum gravaret, qui interemptus est, exemplum de criminibus eius adsumpsit, quod cum intra (e) caerimonias bonae deae incestum (f) cum pontificis uxore fecisset (g), nihil novae quaestionis potuerit senatus cernere (h), cum hoc maxime vellet; ita in hac parte nullius (i) esse confirmat iuris scilicet (k) auctoritatem. Et adhuc odio dignum (l) facit eum (m) qui de incesto (n) fuerit infamis.

5. Cur igitur incendium curiae, oppugnationem aedium ·M· Lepidi, caedem (o), senatus contra rem ·p· factam (p) esse decrevit?

— (q) utebantur accusatores (r) ex eo videlicet ad-
P. 224. severantes vere hanc || a senatu caedem praedamnatam (s), cum decreverit contra rem ·p· commissam videri. (t) *Incendium dicit* quo exarsit non *solum Clodii pyra*, sed curia quoque, *cum* do-

(a) Supple unum verbum gr. (b) Cod. *coniectura*. (c) Cod. *Clodio*. (d) Cod. *habuisset* sine *et*, per crasin ut supra. (e) Ita cod. pro *inter*. (f) Cod. *incaestum*. (g) Cod. *axoreffecisset*. (h) Ita cod. *cernere*. Sic etiam in argumento (i) Cod. *nllius*. (k) Cod. *ullius et confirmat iuris ceteras*. (l) Cod. *dignam*. (m) Cod. *eius*. (n) Cod. *incaesto*. (o) Edd. *caedem hanc ipsam*. (p) Cod. *facta*. (q) Supple unum fere gr. verbum. (r) Cod. *utebatur accusator*; sed mox idem cod. *adseverantes*. (s) Cod. *praedam*. (t) In sequentibus omisit librarius nonnulla verba.

mus ·M· Lepidi oppugnata esset. Nam cum ·M· Aemilius Lepidus (a) interregno fungeretur, et plerique inita conspiratione hoc ab eo postularent (b), maxime urguentibus (c) Milonis competitoribus, ut haberet (d) comitia consularia; respondit, civiliter non posse per se comitia haberi, quoniam primus interrex illo tempore esset proditus biduo post interemptionem ·P· Clodi: et erat in vetere consuetudine, ut non is qui primus interrex, sed qui loco secundo crearetur, comitia haberet (e). Non obsequens tamen illi conspiratae multitudini, quam Plautius Hypsaeus et (f) Metellus Scipio concitaverant, in (g) periculum deductus est ut domus eius inpugnaretur, et obsidionem dierum quinque pateretur: cui (h) ad extremum sola factio Milonis auxilio fuit; qua decertante cum adversaria, perfectum est ut eximeretur periculo (i), quo artissime premebatur.

6. Quia nulla vis umquam est in libera civitate suscepta inter civis non contra rem ·p·

Nimium — (k) adversus propositionem (l) partis adversae facta responsio est tenuiter et anguste. Hoc enim | probare conititur, illo (m) decreto senatus P. 223.
non factum Milonis praedamnatum, sed generaliter ipsam vim notatam, quae (n) inter duos evene-

(a) Cod. *nam ·M· Aemilius Laepidius qui*. (b) Cod. *conspiraret*. (c) ita cod. vetere orthographia. (d) Cod. *haberet et*. (e) Verba *primus interrex sed et comitia haberet* videntur in margine supplete. Rem autem ipsam confirmat etiam Asconius in scholiis suis. (f) Cod. *set*. (g) Cod. *concitaverat id*. (h) Cod. *qui*. (i) Cod. *exueretur periculum*. (k) Vocab. gr. oblitteratum. (l) Cod. *propositione*. (m) Cod. *illud*. (n) Cod. *notatumque*.

rat; ut remota faciendi causa, facie tenus (a) displicuerit senatui aliquid per vim inter cives esse commissum; ita tamen ut non ademerit Miloni facultatem reddendae rationis, cur ab se facinus illud admissum sit. Et hoc munit exemplis pluribus eorum, quos ex usu rei ·p· constabat occisos; nihilominus (b) in hisdem caedibus vis (c) execranda fuerit, licet pro communi utilitate suscepta.

7. Itaque ego ipse decrevi.

— (d) Retinenda hic pronuntiatio est, ut illud sapiat: ego ipse, qui ·P· Clodio inimicus fui, qui Miloni praeter ceteros faveo. Nihil eius causae obfuit illud (e) decretum, ut ei non sim etiam ipse refragatus.

8. Decernebat enim ut veteribus *legibus* (f) tantummodo extra ordinem quaereretur. Divisa sententia est, postulante nescio quo.

Sensus hic in obscuritate est: illut enim in proposito habet Tullius docere, ab senatu nihil contra Milonem statutum. Et primo quidem ita conceptam fuisse sententiam, ut de illa caede veteribus legibus extra ordinem quaereretur; || sed e di-
P. 214. verso extitisse alium qui contra diceret (sive Fufium Caelenum (g), sive alius ille fuerit, videbi-

(a) Cod. *faciens*, mox emendatum *facie tenus*. (b) Cod. *nihil omnibus*. (c) Cod. *aereus*. (d) Vocab. oblitteratum. (e) Ita cod. quamvis ante et postea sit *illut*. (f) *Legibus* deest hic in cod. Sed tamen occurrit infra. (g) Ita cod. in quarto casu.

mus) postularetque ut sententiae divisio fieret. Hoc autem solebat accidere, cum videbatur aliquis per saturam de multis rebus unam sententiam dixisse: et habebat nonnumquam conexio huiusmodi (a) rerum multarum fraudulentas captiones, ut rebus aequis res improbae miscerentur; atque ita blandimentis quibusdam obreperet ad obtinenda ea (b) quae si per se singulariter proponerentur, displicere deberent. Desiderabatur itaque ut fieret sententiae divisio, hoc est ut de singulis non de pluribus una sententia diceretur. Et illa ergo sententia, quae causa Milonis ferebatur, quasi non erat simplex; nam duo conplectebatur, ut et veteribus legibus et extra ordinem quaereretur. Huic sententiae dicit ·M· Tullius intercessum; atque ita factum ut extra ordinem quidem quaereretur, non tamen (c) vetusta sed nova lege pompeia. Pro Milone autem obnixe (d) laborasse ·Q· Hortensius videbatur.

VI. 1. At enim ·Cn· Pompeius rogatione sua de (e) re et de causa iudicavit.

Alterum praeiudicium discutit ad utilitatem | su- P. 213.
am revocaturus eipsam (f) rogationis pompeianae lationem, qua cum (g) vellent accusatores videri praedamnatum Milonem, Tullius in respondendo satis vivaciter argumentatur, cum caedes in confesso teneretur, numquam laturum fuisse ·Cn· Pompeium consulem huiusmodi rogationem, ut de eodem

(a) Cod. *modo*. (b) Cod. *eae*. (c) Cod. *tam*. (d) Cod. *obnixe*. (e) Edd. *et de*. (f) Ita cod. *ei* pro *e*, qui est archaismus. (g) Cod. *cumque*.

facinore quaereretur, nisi animadverteret (a) aequitatem subesse (b), quae facile pro reo posset aput iudices optinere.

2. Quid porro quaerendum factumve (c) sit? at constat. A quo? at paret.

— (d) Haec sibi familiaria concatenavit, inquisitione praemissa, et subdita responsione: quae ratiocinatio hoc explicat, nihil contra Milonem statuisse Pompeium.

VII. 1. Tribunus pl. M. Drusus occisus est.

Et hac responsione contra praeiudicium multis et fortibus exemplis inmoratur. Ac primo quidem dicit de Druso, qui consulibus Sexto Caesare et Philippo cum partes senatus in tribunatu suo contra plebem suscepisset; idem vero postea volens gratificari sociis, et Latinis civitatem romanam promisisset, ad extremum eiusdem || pollicitationis implen-
P. 330. dae desperatione praeventus, in atrio domus suae incerto (e) quo percussore confossus (f) est (1).

(a) Cod. *animadverteret*. (b) Cod. *subesset*. (c) Ita cod. *ve* pro *ne*; quam scripturam aliis quoque in antiquis codicibus memini me videre. (d) Supple verbum gr. (e) Ita cod. (f) Cod. *confusus*.

(1) Lege Appianum bell. civ. I. 35. sqq. Ego vero nuper in novis Diodori siculi reliquiis e palimpsesto vaticano editis p. 116. incognitam formulam sacramenti evulgavi, quo Philippus consul civitatis romanae cupidos ad exhibendam Druso obedientiam adigebat.

2. Cum ·P· Africano domi suae conquiescenti (a).

Hic ·P· Scipio Aemilianus, ut in proxumae orationis commentario (1) iam locutus sum (2) cum Latinorum causam societatis iure contra ·C· Gracchum triumvirum eiusque collegas perseveranter defensurus esset, ne ager ipsorum divideretur, repentina morte domi suae interceptus est, non sine infamia et ipsius ·C· Gracchi et (b) uxoris suae

(a) Cod. *conquiescendi*. Edd. *quiescenti*. (b) Cod. *ut*.

(1) Notemus quo nomine designat lucubrationem suam interpres.

(2) Intellige orationem pro Murena cap. XXXVI, quam pariter se commentariis illustravisse ait scholiastes, qui tamen in manus nostras nondum venerunt. Iam quod ait se *iam locutum* de tali re in *proxumae* orationis commentario, satis apparet murenianam orationem ante milonianam in scholiastae nostri adversariis fuisse collocatam. Quam rem consideranti iniecta mihi cogitatio est, num tullianae orationes antiquitus ex ordine fere litterarum, quod suspicabatur ill. Niebuhrius (Fragm. vat. p. 66. sqq.) dispositae fuerint. Sane in vaticano, quem nuncedo palimpsesto ita ordo est ad alphabetum exactus, ut semel aut ne semel quidem, amanuensis ab eo divagetur. Docet enim quaternionum ratio scriptas esse ordinatim orationes pro *Flacco*; *Gratias egit senatui*; *Gratias egit populo*; pro *Plancio*; *Milone*; *Sextio*; in *Vatinium*. Igitur ordo non perturbatur nisi in *Planciana* quae *Milonianae* praeponitur. Sed en rursus perturbatio haec tollitur, quandoquidem nos docuimus p. 88. videri Plancianam non ex eodem codice sumptam unde est miloniana; quia scilicet quaternionum series notaeque id non patiuntur. Verum is ordo, qui in vaticano codice prope ad unguem procedit, in ambrosiano nullus observatur: ibi enim post orationem pro *Sylla* necessario nexu membranarum sequitur in *Clodium et Curionem*. Item post orationem pro *Plancio* sequuntur in connexis membranis orationes de *aere alieno Milonis*, et pro *A. Licinio Archia*.

Semproniae: qui excessit vita sex et quinquaginta annos natus; in ciusque faucibus vestigia livoris inventa sunt. Super eius laudibus extat oratio ·C· Laeli sapientis, qua usus videtur ·Q· Fabius Maximus in laudatione mortui Scipionis (1); in cuius extrema parte haec verba sunt:

Laelii sapientis oratorium fragmentum.

QUIA PROPTER NEQUE TANTA DIIS INMORTALIBUS GRATIA HABERI POTEST, QUANTA HABENDA EST, QUOD IS CUM ILLO ANIMO ATQUE INGENIO HAC (a) CIVITATE POTISSIMUM NATUS EST: NEQUE ITA MOLESTE ATQUE AEGRE FERRI QUAM FERUNDUM EST, CUM EO MORBO OBIIT ET IN EODEM TEMPORE PERIIT (b), CUM ET VOBIS ET OMNIBUS, QUI HANC REM ·P· | SALVAM (c) VOLUNT, MAXIME VIVO OPUS EST QUIRITES.

P. 219.

3. Proinde quasi Appius ille caecus viam

(a) Mallem *in hac*, ut scribit Cicero in subiecto loco. (b) Cod. *cum eo morborum te morit, et in eodem tempore petuit*. (c) *Salvam* videtur sup. e. additum.

(1) Iam dixi in prosopographia librorum Ciceronis de rep. p. XLV, Scipionem Aemilianum laudatum in funere fuisse duabus Laelii orationibus, quarum alteram recitavit Tubero sororis filius (Cic. de or. II. 84.) alteram Q. Fabius Maximus frater. Illius nullum adhuc fragmentum reperimus, huius autem nunc praeclara particula emergit, ut laelianum stilum aliquatenus degustemus. En autem ut Cicero pro Murena sententiam ipsam recitat, quam fere in Laelii fragmento legimus: *Africanum quum supremo eius die Maximus laudaret, gratias egit diis immortalibus, quod ille vir in hac rep. potissimum natus esset: necesse enim fuisse, ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset.*

muniverit, (a), non qua populus uteretur, sed ubi inpune sui posteri latrocinarentur.

Quoniam et augere poterat invidiam Milonis, et commendabilem facere memoriam ·P· Clodi, appiae viae mentio, in qua maiorum eius titulus eminebat, omnem hanc materiam cuiusdam taciti favoris defloravit orator: quasi eam (b) non monumentum familiae suae ·P· Clodius habuerit, sed quoddam scelerum devorsorium: in qua occidisse Marcum etiam Papirium videbatur equitem romanum; eo scilicet tempore quo decertatio ibidem *inter* pompeianos et ipsius factionem commissa est, cum per fraudem emisisset e custodia Tigranis filium nuper ex Armenia per ·Cn· Pompeium sorte (c) captivitatis abductum(1); eique potestatem discedendi liberam permisisset (d). Videtur e numero pompeianorum ·M· Papirius interemptus (e).

4. Conprehensus est in templo Castoris servus ·P· Clodii, quem ille ad ·Cn· Pompeium interficiendum conlocaverat.

Moventer hoc exemplo utitur, nec sine aculeis in || . . . .

Desiderantur paginae duae.

* * *

. . . . — cum esse testatur quomodo iustitiae cultor sit. P. 212.

(a) Cod. *invenerat*. (b) Cod. *ea* (c) Cod. *sortem*. (d) Cod. *permisisse*. (e) Cod. *emptus*.

(1) Rem habes etiam apud Dionem Cassium XXXVIII. 30.

VIII. 1. Dederas enim quam contemneres populares insanias iam inde ab adulescentia documenta maxima (a).

— (b)Orationem converterat ad ·L· Domitium quaesitorem (1), cuius animum sine dubio ut efficacius Miloni adiuvando conciliaret adversus impetum seditiosorum, commonefecit eum constantiae suae, cuius exempla edidisse nuper in adulescentia videbatur. Nam cum ·C· Manilius post annum tribunatus sui, quem turbulentissime gesserat, causam de maiestate dicturus esset, accusante ·Cn· Municio, id egit per multitudinem conspiratam *ut* obsideret eundem ·Cn· Municium acusatorem suum; cui obsesso (c) auxilium tulit adcreta (d) bonorum multitudine ·L· hic Domitius (2), ad quem loquitur, et quem vult in praesentiarum rerum (e) exempla illius pristini vigoris imitari.

2. Quam ob rem, iudices, ut aliquando ad causam crimenque veniamus; si ne-

(a) Cod. *maxime*. (b) Supple unum verbum gr. (c) Cod. *obcessu*. (d) Cod. *adgreta*. (e) Ita cod.

(1) Domitium in causa Milonis lege pompeia creatum quaesitorem dicit Asconius in argumento.

(2) Historiam hanc habet etiam Asconius in commentario. Ceterum is omittit Manilii Municium (Asconius scribit *Manilium*) accusatorem. Lege eundem Asconium ad Cornelianam I; nec non Dionem XXXVI. 27.

que omnis confessio facti est (a) inusitata.

Hoc et rep. — — — — | — (b) quam brevissime, quae supra in illarum quaestionum refutatione disseruit, transitum sibi ad narrationem parans, cui hic locus opportunior dabitur. P. 211.

VIIII. 1. ·P· Clodius cum statuisset omne (c) scelere in praetura vexare rem ·p·

Vigilantissime praeparationibus instructa narratio est, cuius quidem secundum morem sibi familiarissimum a persona sumit exordium; quae disciplina habilior ad docilitatem, id est — — (d) videtur. Consideremus itaque ad coniecturam duplicem sic praemunitam ἀν . . ut et personam (e) ·P· Clodi ad locandas inimico (f) insidias idoneam faciat, et causas faciendi validissime instruat, et alia semina futurarum quaestionum ad defensionem Milonis pertinentium — (g) praemuniat sollertissime: utque (h) ita moderatus, nec ullo emolumento (i) provocatus existimetur illut facinus cogitasse. Haec explorato per totum cursum narrationis istius, et multo altius adiecta cogitatione invenies ita

(a) Cod. *facie sit*. (b) Vacant quatuor versiculi gr. cum dimidio. (c) Edd. *omni*. (d) Versiculus gr. vacuus. (e) Cod. *uter persona*. (f) Cod. *inimicos*. (g) Vacat versiculus unus gr. cum dimidio. (g) Cod. *utquae*. (h) Cod. *molumento*.

Desiderantur paginae sex. narrari, ut et hanc narrationem, cui duplex coniectura sub||*est* . . . .

* * *

Q. LIX. P. 216. X. 1. *Fit obviam Clodio ante fundum eius.*

. . . genter — — (a) simul et ad innocentiam Milonis, et ad cogitationem sceleratam P. Clodii, ferenda praestructio est: quoniam facilius ille iuxta limitem possessionis suae potuerit caedem facere, quam Milo in alienis regionibus deprehensus. Cumque (b) hora undecima dicat eum profectionem (c) coepisse, magis (d) derivabitur in suspicionem insidiarum, quando eo tempore proficisci coeperit, quo alii ad destinatum locum pervenire consuerunt, die pene finito.

2. Hora fere (e) undecima, aut non multo secus.

(f) Fecit ipsa addubitatione, quod non undecimam horam quasi pro certo dixit adseveranter: nam hoc additamentum, aut non multo (g) secus, veri similitudini plurimum dedit.

(a) Vacuus versiculus gr. (b) Cod. *quanta pen que*. (c) Cod. *profectionem*. (d) Cod. *magi*. (e) Cod. *ferae*. (f) Supple verbum gr. (g) Cod. *ut non multo*.

3. Statim complures (a) in hunc faciunt de loco superiore impetum.

Pars haec narrationis aliquanto turbatior est. Sine dubio in ea multa finguntur; verum hanc omnem confusissimam permixtionem cursim (b) praetervolat: non enim debent cum mora protrahi, quae videri iudicibus possunt aliquod habere figmentum; ne orator si laciniosus sit, in | mendacio P. 215. deprehendatur.

4. Adgressi (c) redarium occidunt.

Quos nunc vulgo muliones dicimus, eos scilicet, qui iumenta vehiculis subiuncta moderantur et regunt, eos veteres (1), ut (d) animadvertis, redarios dicebant; muliones autem proprie eos, qui negotiationem lucri sui causa in huiusmodi iumentis exercebant: quamvis et in filippicis (e) mulionem Ventidium dixerit, ea propter quod de publico redemerat iumentorum praebitionem, quae esset aput exercitum necessaria (f).

5. Partim recurrere ad raedam (g) ut a tergo adorirentur Milonem (h).

(a) Edd. haec addunt *cum telis*. (b) Cod. *cursum*. (c) Edd. *adversi*. (d) Cod. *et* (e) Ita cod. pro *ph*. Lege autem philip. XIII. 2. (f) Cod. *necessariam*. (g) Ita haec cod. cum diph. (h) Edd. *Milonem adorirentur*.

(1) Vides Ciceronem ab interprete recenseri inter veteres. Ergo interpretis aetas aliquanto sequior.

— (a) Coacervatio (b) plena sine dubio falsae adseverationis : quippe vult ita praestruere, ut servi nihil imperante domino fecerint (c). Et considerato statim miram prudentiam, quod ita narrationem summaverit, ut cum dominum crederent interemtum, fecerunt id servi Milonis : deinde κατὰ γένος (d) in criminis causa; sed ut factum est, nec imperante domino nec sciente. Ibidemque continuo κλέμμα (e) subiunxit, id est furtum quoddam invi-
P. 222. diosae (f) commemo||rationis; quoniam consequens erat ut dicerent occiderunt inimicum domini sui; sed cautius multo existimavit οὕτως (g) hoc perstringere sic desinendo; fecerunt id quod suos quisque servos; subtracta re (h) qua reus potuisset onerari.

XI. 1. Haec si ut exposui ita gesta sunt iudices.

Finita narratione, subicitur egressio, quam παρέκβασιν Graeci vocant; quae quidem — (i) miserationem conciliat reo, invidiam gravissimam P. Clodio quamvis interempto : hic (k) enim quasi destitutus miser et infeliciter vindicatus, ille quasi grassator et paene tyrannus inducitur.

(a) Supple vocabulum gr. ( ) Cod. *coacervatur*. (c) Cod. *fecerunt*. (d) Supple paucas litteras. (e) Cod. *κλεμμα*. (f) Cod. *invidiosa*. (g) Cod. videtur habere οὕτως. (h) Cod. *sere* [illegible] *est*. (i) Supple vocabulum gr. (k) Ita cod. *hic* — *ille*, pro *ille* — *hic*.

2. Vi victa vis, vel potius oppressa virtute audacia est.

Cautius multo correxit — . . . θως — Nam cum primo dixisset (a) — vim vi (b) esse depulsam, prudentissime statim vim Clodio adscripsit, virtutem Miloni; quoniam virtus emendatae vitae et honesti animi professio est; vis plerumque corporalis est, et saepe grassatoribus congruentior.

XII. 1. Numquid igitur aliut in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit?

Constituit in medio κεφάλαιον τοῦ κρινομένου; summam | quaestionis brevissime comprehendit — — (c) P. 221.
diducens in utramque personam coniecturalem disceptationem; quae dividetur (d) secundum artis oratoriae legem locis duplicatis — (e) id est voluntatis — — (f) *et* facultatis; scilicet per conparationem: cumque sit in arte praeceptum, ut nosmet ipsos ante purgemus, tunc (g) adversarium criminemur; quod est antiquius, et sine (h) dubio, et magis naturale, in hoc oratorie (i) Tullius ante arripit locum voluntatis ad arguendum Clodium: post deinde transgeritur (k) ad defendendum Milonem. Nec istud inconsulte facit; sed necessario: quippe aut-

(a) Cod. *fecisset* vel *fecisset* (b) Cod. *cum vi*. (c) Versiculus vacuus cum dimidio. (d) Ita cod. (e) Versiculus vacuus. (f) Versiculi prope tres vacui. (g) Ita cod. pro *tum*; uti etiam in Frontone. (h) Cod. *ne*. (i) Cod. *orat. ne*. (k) Ita cod. nempe *transfertur*, pro *transgreditur*.

madvertens plus sibi esse (a) fiduciae in illo accusando, maluit exordium confirmationis ab eo capere; ut in hominem sceleratissimum magis congruere insidiandi voluptatem (b), et causas habuisse praecipuas eum potissimum diceret, cui expediret interfici (c) Milonem, ne in praetura gerenda haberet inpedimento inimici sui consulatum.

Desiderantur paginae saltem octo. 2. Satis est in illa quidem nefaria belua docere. || (1)

* * *

P. 270. XIIII. 1. *Maerentibus vobis urbe cessi.* . . . rebus confirmat; et ex eo praecipue tempore, quo idem Tullius exolare compulsus sit.

2. Quae fuisset igitur iusta causa restituendi mei, nisi fuisset iniusta eiciendi? — — — (d) Mira brevitate a iudicato (e) publico et a sequenti contrario colligit, probaturus per vim se civitate (f) depulsum, cum postea meruerit restitutionem.

(a) Cod. *ipse*. (b) Ita cod. pro *voluntatem*, ut apud Cic. de rep. I. 2, et apud anonym. in paneg. Maximiani et Const. cap. 2. Fronto diff. vocab. ait: *voluntas facto gaudet, voluptas fieri cupit*. Ergo haec recte scribitur *voluptas*. (c) Cod. *inte fici*. (d) Tres fermo versiculi gr. vacui. (e) Cod. *ad iudicato*. Contra alibi *ab* pro *ad*. (f) Cod. *civitatem*.

(1) Hactenus pertinet folium intimum quaternionis. Quod autem subiungo folium, id pertinet ad quaternionem sequentem, ita quidem ut primum esse nequeat, neque quartum. Ergo defectus est heic paginarum sex in quaternione LIX, duarum autem vel quatuor in sequente.

3. Quem si interficere voluisset, quotiens et quantae (a) occasiones (b) quam praeclarae fuerunt!

— — (c) Opportuniorum temporum prosequitur enumerationem, quibus Miloni facile factu (d) esse potuerit interimere ·P· Clodium; cum et occasiones opportunas et causas honestas haberet; quod tamen ipsum cum facere noluerit, procul dubio verisimile non sit ut hoc inportune adgressus sit.

5. ·P· Sextio collega suo volnerato.

Hae cruentissimae *dimica*tiones (e)' fuerunt per eos dies, quibus actum est de restitutione Ciceronis.

XV. 1. ·P· Lentulus restitutor salutis meae.

De Lentulo Spinthere loquitur, qui et ante consulatum amicissimus Ciceroni fuit. Hoc declarat ipse Tullius in epistula, quam ad (f) eundem Lentulum scribit (g): " quia (h) | non solum temporibus his, P. 269
„ quae per te sum adeptus, sed iam olim nascen-
„ ti prope nostrae (i) laudi dignitatique favisti (1)„.
In albanum Lentulus idem pro Cicerone contenderat ad Pompeium deprecandum, qui nimis alienatus a protegendo Tullio videbatur.

2. Septem praetores, octo tribuni plebis.

(a) Edd. male *quantae quoties*. (b) Archaismus. (c) Duo ferme versiculi vacui. (d) Cod *factum*, quod ferri fortasse poterat. (e) Cod. *cruentissimatio-nes*. (f) Cod. *in*. (g) Cod. *scribens*. (h) Edd. *qui*. (i) Cod. *nostri*.

(1) Epist. ad fam. I. 7. §. 5.

Praetorum *e* (a) numero unus defuit Appius Claudius; tribunorum e numero ·Q· Numerius et Atilius Serranus; qui restitutioni Ciceronis adversati esse traduntur (1).

3. Cum *in* ·Cn· Pompeium pro Milone dicentem impetus factus est.

Id tempus et hic significatur, quo Miloni diem dixit ·P· Clodius (2), quod gladiatores adhibuisset ut rogationem posset de Cicerone perferre (3).

4. Nuper vero cum ·M· Antonius.

Hoc quoque inter facultates opportuniores enumerat, quas cum habuerit Milo, abstinuerit tamen caede facienda. Sed de ·M· Antonio quod ait, et in filippicis secunda oratione (4) hoc idem contestatur his ut opinor verbis: " quidnam homines putarent ,, si tum occisus (b) esset, cum tu illum in foro, ,, inspectante populo romano, gladio (c) insecutus ,, es, negotiumque transegisses, nisi ille in scalas ta- ,, bernae librariae se con||*iecisset* ,,. . . . . .

Desiderantur paginae quatuor vel octo.

* * *

XVII. 1. *Sed subito ei esse nuntiatum Cyrum architectum esse mortuum.*

(a) Addo *e*, quia sic scribitur infra. (b) Cod. *occisum*. (c) Edd. *gladio stricto*.

(1) De Appio praetore testis Dio XXXIX. 6, de tribunis duobus Cicero pro Sextio XXXIII. et XXXVIII.

(2) Sic loquitur Cicero ad Q. fratrem ep. lib. I. 2. §. 9. *si diem nobis Clodius dixerit*. Est tamen illa epistula scripta ante exilium.

(3) Cicero de off. II. 17.

(4) Cap. VIIII.

. . . progressus existimetur, quam ut hereditatis causa in urbem properaverit, de qua sibi relicta et olim comperisset, et nihil ex ea si remoraretur amitteret.

XVIII. 1. Scitis fuisse qui in hac (a) rogatione suadenda (b) diceret (c), Milonis manu caedem esse factam, consilio vero maioris alicuius.

Interrupit exsecutionis cursum facta — (d) propter suam personam, de qua infamiam severant, quasi auctor et consiliarius Miloni fuisset in necem Clodii. Hoc brevissime purgat, si constet non in via futurum, sed magis in albano fuisse mansurum.

2. Nam occurrit illut; igitur ne Clodius quidem de insidiis cogitavit, quoniam fuit in albano mansurus.

Invigilat partibus coniecturae duplicis, nequid ex hoc adversarii promoverent, quod mansurus in albano Clodius nullam caedis adgrediendae voluntatem praesumsisse videri poterat. Ibidemque fit incidens statim — (e) *de* adventante potius Milone, quam de Cyro nuntiatum. Et hoc ratiocinationibus validis inplet subnectens ad hunc modum: nam quid de Cyro nuntiaret? hoc ratiocinationibus. Quem Clodi|us reliquerat morientem; P. 263.
hoc necesse est. Intra nudam propositionem adiecit suum testimonium, qui testamentum Cyri signa-

(a) Cod. *scitis non sequi in hac*. (b) Cod. *suadendo*. (c) Edd. *dicerent*. (d) Supple vocabulum gr. (e) Versiculus gr. cum dimidio vacuus.

verat. Et posset adversariis esse (a) alia responsio, ut allegarent, etsi certissimus de morte (b) Cyri et de facto testamento cavisset; adiecit orator sollertissimus testamentum palam fecerat, et illum heredem et me scripserat; quibus vincenter posuit: confugit ad temporis qualitatem, quod hora decuma nuntiatum sit, quae opportunior esset (c) magis caedi quam profectioni.

XVIIII. 1. Primum nihil erat cur properato opus esset.

Verbum hoc properandi non sum nescius aput quosdam indifferenter accipi, ac solere unum videri festinare et properare (d). Visum est igitur mihi (e) propter eos quibus aliquod studium proprie (f) loquendi est, auctore ipso M. Catone, haec verba distinguere: quippe aliut esse properare, aliut festinare, ipse nos, ut dicebam, Cato docuit in oratione quae inscribitur DE VIRTUTE SUA CONTRA THERMUM. Eius igitur verba ponamus, qui sic ait: NAM ALIUT (g) PROPERARE, ALIUT FESTINARE. QUI UNUM QUODQUE (h) MATURE (i) TRANSIGIT PROPE||RAT; *QUI MULTA SIMUL INCIPIT, NEQUE PER-*

(a) Cod. *esset*. (b) Cod *mortem*. (c) Cod. *esset*. (d) Additur hoc in codice mendose *propellare*. (e) Cod. *mihi*. (f) Cod. *proprio*. (g) Gell. et Non. *aliud est*. Sed Festus conspirat cum scholiaste. (h) Gell. et Non. *unum quid*. Sed Festus rursus conspirat cum scholiaste. Atque ex hoc clarissimo exemplo licet cogitare de duabus coloniarum codicum familiis. (i) Cod. *maturae*.

FICIT, *FESTINAT* (1). Desiderantur paginae saltem XVIII.

* * *

XXXVII. 1. *Vos vos appello fortissimi viri.* Q. LXII. P. 130.

(Ἀποστροφὴ) in ipsos circumstantes (a) milites facta est, ut qui maximo terrori erant, idem nunc in favorem Milonis provocentur, volentes esse sine dubio iusta praemia fortitudini.

2. Quid respondebo liberis meis? quid tibi Quinte frater?

— (b) Opportunissime fortunam Milonis per totam domum suam familiamque communicat, ut congregata per multos miseratio magis commoveat adfectus. Frater autem Ciceronis ·Q· Tullius legatione tunc in Gallia aput exercitum Caesaris fungebatur (2).

3. Quid me reducem (c) esse voluisti?

Exilium quoddam sibi praerogatum videri vult, cum relegatio Milonis immineat, a quo separari ni-

(a) Cod. *circumstantem*. (b) Supple unum voc. gr. (c) Cod. *mercedem*.

(1) Locum complent Gellius XVI. 14, Nonius voc. *festinare*, et denique Festus voc. *properare*. Et Gellius quidem ac Nonius titulum dicunt tantummodo *de suis virtutibus* (nam Festus auctorem titulumque hoc loco silet); verumtamen Festus alibi non semel Catonis orationem laudat *de suis virtutibus contra Thermum*. Aliter Fronto diff. voc.

Desideratur universus quaternio LXI; tum et paginae saltem duae praecedentis quaternionis.

(2) Scilicet ipse Caesar bell. gall. VII. 1. ait se cognovisse de Clodii caede cum ad conventus agendos proficisceretur. Iam ·Q· Ciceronem per id tempus apud Caesarem legati munere fungentem cognoscimus certe ex Dione XL. 9.

hil aliut sibi, quam poenam contestatur esse graviorem.

XXXVIII. 1. Utinam di inmortales fecissent! pace tua, patria, dixerim.

— — (a) elegantissime (b) declinavit invidiam, dicturus, ut sibi videbatur, id quod esset inprosperum rei ·p· si Clodius viveret. Nec magis veritus est hoc dicere, quam prospexit illut futurum pro Milone, si inter extremas calamitates eum civem [illegible], cuius | interitus felicitati publice (c) iu-
P. 123. dicatur.

2. Vos oro obtestorque, iudices, ut in sententiis ferundis quod sentiatis, id audeatis (d).

Destiturus orator, ibi finem posuit ubi maxime necessarium videbatur, ne iudices in pronuntiando Pompeium timerent quem praesentem verentur.

PRO MILONE.

EXPLICIT (1).

(a) Versiculus cum dimidio vacuus (b) Cod. *inelegantissime*. (c) Ita cod. (d) Cod. *audentis*.

(1) Vocabulum *explicit* non legitur quia coloratus sucus evanuit.

AD CICERONIS ORATIONEM PRO SEXTIO COMMENTARIUS ANTIQUUS INEDITUS.

EDITORIS MONITUM.

Ad orationem Tullii pro Sextio nullae extant veterum hominum commentationes: quo fit pretiosior commentarius hic vaticanus; praesertim quia prolixitate etiam et eruditione non mediocri se commendat. Neque tamen fieri poterat ut lacunis careret opus quod e palimpsesto protrahitur. Quaterniones supersunt tres: quorum in primo desiderantur paginae quatuor, in secundo sex; tertius integer est. Conspectum membranarum tabella subiecta exhibet.

Q. LXII. p.	130. 129	‿	140. 139.	
	136. 135	‿	134 133.	
	. . . . .	‿	. . . . .	
	164. 163	‿	170. 169.	
Q. LXIII.	54. 53	‿	56. 55.	
	48. 47	‿	. . . . .	
	52. 51	‿	. . . . .	
	50. 49	‿	. . . . .	
Q. LXIIII.	34. 33	‿	44. 43.	
	32. 31	‿	46. 45.	
	42. 41	‿	36. 35.	
	40. 39	‿	38. 37.	

ARGUMENTUM.

P. 129. (a) *P. Sextius*, amicissimus *familiarissimusque Ciceronis fuit in col*legio tribunorum ·p· (1), qui fuerunt ·P· Lentulo Spinthere Quinto Metello Nepote cos. Obstinate (b) igitur et iis sese dediderat in conscensum partis eius qui dignitatem suam ·M· Tullio restituere gestiebant. Sed enim ·P· Clodio repugnante, et conspiratam (c) seditiose multitudinem (d) congregante, nequis isti ad revocandum Ciceronem daretur effectus, ad dimicationem usque processum est; ut ·P· Sestius (e) gravissime et paene letaliter (f) volneratus necessario cogeretur etiam ip-
P. 136. se armatorum manum gladiatoriam, quod Milo iam fecerat (2), adhibere, praesidii scilicet gratia: sic enim potuit effici ut actione (g), quam pro Tullio instituerat, optineret. Postquam tamen Cicero ab exilio rediit, accusare de vi (h) ·P· Clodius Sextium coepit, inmisso velut principe delationis ·P· Albinovano, et testimonium dicente ·P· Vatinio; ut hoc praecipue crimini daret, quod supergressus civilem modum rogationem suam non

(a) More solito tres primi versus scripti fuerunt suco colorio nunc valde evanido; legitur tamen vocabulum *amicissimus*; quin et alia adhuc fere leguntur. (b) Cod. *obstinatae*. (c) Cod. *conspirate*. (d) Cod. *multitudine*. (e) In cod. plerumque *Sestius* cum *s*, interdum vero cum *x*. (f) Cod. *laetaliter*. (g) Ita cod. (h) Cod. *vii*.

(1) Confer Pighium ad hunc annum.

(2) Recole comm. ad Mil. p. 116.

aequitate persuaserit, sed armis optinuerit. Cui opponetur (a) huiusmodi a Cicerone defensio (b) per qualitatem speciei (c) duplicis — — (d). Nam relativum hoc erit, iuste et merito habuisse armatorum praesidia ·P· Sestium, ut clodianos impetus ab illa dimicatione, quam facere coeperat, submoveret. Illud vero ad compensationem refertur, pro bona causa et rei ·p· necessaria, etiamsi armatos habuerit, inpunitum esse debere, cum bene meritum de salute patriae civem restitui vellet, omnium favente consensu. Hanc igitur eandem causam plurimi defenderunt; in quis (e) fuit ·Q· Hortensius, ·M· Crassus, | ·L· Licinius Calvus, partibus inter P. 225. se distributis, quas in agendo tuerentur. Itaque Tullius ea peroravit, quae sibi fuerant explicanda: nec, ut plerique arbitrati sunt, extra causam vagatus est: quamvis enim sciamus — (f) multa Ciceronem vel iratum vel dolentem de passionibus suis ultra paene quam res posceret (g) exaggerare solitum, tamen quod hic prolixa quadam turbulentissimi temporis descriptione (h) multum voluminis (i) occupat, non mediocriter videtur ad praesens negotium pertinere. Ostendendae sunt enim ·P· Clodii seditiosae turbulentaeque (k) illius temporis a-

(a) Ita cod. (b) In cod. additur ·C· littera singularis. (c) Cod. *species*. (d) Versiculi prope duo vacui, verbisque graecis replendi. (e) Ita cod. pro *queis* vel *quibus*. (f) Versiculus fermo vacuus. (g) Cod. *pacerat*. (h) Cod. *descriptionem*. (i) Cod. *valuminis*. (u) Cod. *qui*.

ctiones et (a) iniuriae, quas ipse Cicero perpessus (b); et utilitates, quas in illius restitutione (c) patria consecuta sit: ut recte ac necessario P. Sestius armatos habuisse videatur; propterea sit maxime praesentis criminis invidia liberandus. Multa quidem in orationis cursu praetermittemus, quae propter similitudinem causae in commentario proximae orationis (1) ostendimus. Ergo ne expectaveris, ut sicubi inciderit, eadem rursus iteremus (2). ||

COMMENTARIUS.

* * *

Desiderantur paginae duae. II. 1. *Sed quoniam singulis criminibus ceteri responderunt.*

P. 164. . . . . facere, quam separatim sibi depoposcerat exequendam. Quippe si responsioni criminum ab iis qui ante egerant satis factum est, non tamen voluit ea quae remota essent in negotio di-

(a) Cod. *ed.* (b) Cod. *perpessis.* (c) Cod. *restitutiones.*

(1) Proxima quidem sextianae miloniana oratio est in codice. Nam in qua pagina haec desinit, illa incipit.

(2) Perfectum est prohoemium hoc. nam relinquitur in pagina vacuum spatium. Incipiebat autem in sequenti pagina commentarius, sed folium unum praetermissum fuit olim in rescribendo codice; ideoque commentarius exstat acephalus.

cere; quamquam (a) illa (b) noluit, de quibus alii perorasse iam videbantur, iterare.

III. 1. Reliquis honoribus non tam uti voluit quam dignus videri.

— (c) *Ad* commendationem personae proficiens narratiuncula suptiliter adquirit personae quod deesse (d) videbatur. Nam *quia* ·P· Sestii pater ad tribunatum usque processerat; ne videretur indignus ceteris honoribus fuisse, non tam uti voluit, loquitur, quam dignus videri; ut *sit* summae continentiae virtutisque quod meruit.

2. ·L· (e) Scipionis filiam.

·L· iste Scipio, de quo loquitur, fuit in consulatu ·C· Norbano collega. Uterque autem pro partibus ·C· Marii et ·Cn· Carbonis contra Syllam fecerant: verum post bellum civile per conloquium fraudulentum desertus est ab exercitu suo ·L· Scipio, cum milites ad Syllam deficerent (1). Idemque po-

(a) Cod. *quam*, quod si retines, scribe superius *tam* pro *tamen*. (b) Cod. *illam*. (c) Supple unum vocab. gr. (d) Cod. *quod esse*. (e) Edd. *Caii*; qui error coarguitur etiam a fastis consularibus, ubi scribitur *Lucius*.

(1) Scipionis haec calamitas bello syllano nota erat ex Livio l. LXXXV, Appiano bell. civ. I. 85, Velleio II. 25, Plutarcho in Sylla XXVIII. et in Sertorio VI. aliisque ut puto auctoribus. Verumtamen ·L· Corn. Scipionem asiaticum Sestii socerum ignoravit hoc Ciceronis loco Gruterus, qui etiam *Caium* maluit scribere quam *Lucium*, invitis aliis aliquot editoribus, idque mendum *Caius* pro *Lucius* obsidet praestantes etiam editiones werburgianam et graevianam. Iam hunc Scipio-

stea in exilio massiliensi aut aput Stoechadas (a) insulas supremum vitae diem functus est.

P. 163. 3. Quam multa ·P· Sestius, | cum esset cum collega meo, senserit, ad me detulerit (a).

Subamare loquitur de collega suo Antonio: et sane visus est non caruisse suspicione (c) coniurationis. Ergo inter merita ·P· Sestii et hoc ponit, quod cum quaestor eius (d) esset, multa sibi de eius cogitationibus nuntiaverit.

IIII. 1. Ut iam puerilis tua vox possit aliquid significare.

Opportunissima haec apostrofe (e) ad ·P· Sesti filium, quo magis causam faceret gratiosam, accedente etiam commendatione puerili, quae in eo bonam (f) spem de pietatis officiis auspicetur. Καὶ μετὰ ἀτυδείας (g) denuntiat inesse illi talia virtutis insignia, ut possit reatus paterni ultor existere.

V. 1. Qui (h) extremis diebus consulatus mei res eas quas gesseram vexare cupiebant.

(a) Cod. *Eechades*. (b) Hic Tullii locus aliter se habet in edd. (c) Cod. *suspicionem*, quod librarii mendum existimo; quamquam aliquando *careo* regit quartum casum. (d) Dicendum erat *Antonii*. (e) Cod. *postrofe*. (f) Cod. *in bonam*. (g) Ita evidenter habet codex, et quidem per atramentum non per colorum sacrum. Videtur autem mendosum vocabulum. (h) Edd. *qui tum*.

nem consenuisse exulem apud Massiliam innuit quidem Cicero; sed vaticanus scholiastes multo accuratius rem nos edocet.

Tribunos ·pl· L· Bestiam et ·Q· Metellum Nepotem significat, contra (a) quos illi de rebus consulatus sui habita decertatio est.

2. Quos stimulos admoverit homini studioso fortasse (b) victoriae.

Notissimum est in historiis ·C· Antonium exercitui praepositum, qui contra Catilinam duceretur. Et eleganter hoc omne victoriae meritum derivat in ·P· Sestium quaestorem, quasi eius incita||mento P. 170.
factum sit ut Antonius vinceret (c). Subdidit μετὰ κολακίας (d) homini studioso fortasse victoriae (e). Nam fortasse dubitativum est. Ita et dicendo studiosum victoriae Antonium, pepercit; et dubitando, laceravit.

3. Adiutor (f) ei.

Hic (1) eodem bello Antoni legatus fuit, quem praemiserat cum exercitu (g) ad edendam dimicationem; cum ipse consul retardari pedum valetudine videretur, re autem vera hostibus congredi nollet.

4. Cuius ego nuper in Macedonia vidi vestigia.

Eo tempore scilicet, quo exul Thessalonicae demoratus est.

(a) Cod. *contra*. (b) Edd. *fortassis*. (c) Cod. *parceret*. (d) Leguntur haec vocabula in suco languidulo. (e) Cod. *victoriam*. (f) Cod. *semper pro adiutor*. (g) Cod. *exercitum*.

(1) *Hic* refertur ad *ei*, id est ad Petreium legatum.

VI. 1. In quo colligendo ac reficienda salute.

Aptissimis verbis et congruentibus, quoniam naufragium dixerat, custodivit sequentiam; quod ipsum nobis in omnia (a) . . . [illegible] servandum est.

VII. 1. Vel, ut ego arbitror, exoratus; vel, ut non nemo putabat, iratus.

Prudenter (b) non vult exerte conqueri de C. Caesare (c); et tamen querellam (d) sapit ipsa dubitatio.

2. Fraternis flagitiis, sororiis stupris (e).

Et Appius Claudius maior natu infamis in eundem Clodium fuerat; et soror Clodia, ut saepe
P. 169. iam | diximus.

3. Quid dicam consules? hocne ut ego nomine appellem?

— (f) De Gabinio et Pisone, magis eos rei-p. hostes quam consules iudicando; quoniam haec dignitas plus animo quam habitu censeatur.

VIII. 1. Alter unguentis afluens (g).

— (h) Summa cum stomachi acerbitate proscindit mo-

(a) Malim *ad omnia*. (b) Vermiculus graecus, ut supra, oblitteratus. (c) C... *Caesarem*. (d) Cod. *quaerellam*. (e) Cod. *sororiis stupris*. (f) Sup. de verbum gr. (g) Ita semper cum unica *f* scribitur in cod. quo [illegible] coll. (h) Sup. [illegible] graeca verba.

res Gabinii — (a) quodam, ut liniamentis omnibus inpudicitiae denotetur.

2. Vexatores aetatulae suae.

— (b) usus est, teneriorem volens ostendere pueritiam, quo magis ad stupra vendibilior videretur.

3. Puteali et faeneratorum gregibus (c) inflatus; a quibus conpulsus (d) olim, ne in scyllaeo illo aeris alieni tamquam (e) in freto (f) ad columnam adheresceret, in tribunatus portum perfugerat (g).

Non est in hoc mediocris obscuritas — (h). Dicit factum Gabinium superbiorem illo praecipue quod esset aere alieno defaeneratus. Et utitur ambiguis locorum nominibus: nam puteal vocabatur locus in vicinia (i) fori, ubi erat columna etiam Menia, aput quam debitores a creditoribus proscribebantur. Scimus praeterea columnam || (1). . . . *Desiderantur paginae duae*

* * *

(a) Supplendum est graecum aliquod substantivum ad quod referatur *quodam*. (b) Supple unum aut alterum verbum gr. (c) Cod. *greegibus*. (d) Ita cod. cum aliis antiquis mss. At in edd. male *perculsus*. (e) *Tamquam* perperam deest in edd. (f) Egregie noster codex; nam editiones mendose habent, *atque perculsus olim ne scyllaeo illo aeris alieni in freto*. (g) Cod. *perfugeret*. (h) Supple duos prope versus gr. (i) Cod. *vicinea*.

(1) Heic interpres vel narraverat columnae Maeniae satis notam tritamque apud romanos antiquarios historiam, vel potius dixerat, columnam quoque appellari scopulum in freto.

P. 134. X. 1. . . . . . *illos* magis rei ·p· quam sapientes praeesse debere.

2. Eos autem qui dicerent dignitati serviendum.

Δόγμα (a) hoc stoicorum est et platonicorum dissentiens ab Epicuri auctoritate (1).

3. Ut si gladium parvo puero.

— — (b) inperitos administrandi consulatus omne hoc officium suae potestatis in rei ·p· (c) perniciem convertisse: quamvis nihil ipsos habentes virtutis, tamen ad nocendum praecipue iure subnixos.

XII. 1. Pro uno cive et bonos omnes et universum senatum mutasse vestem.

— — (d) quidem videtur illorum temporum memoriam recensere; sed plurimum ad praesentem defensionem ·P· Sesti valet: quippe si omnes ordines statim post expulsum Ciceronem de eius reditu laborarunt, non tantum excusatione set laude (e) dignus videbitur Sestius (f), qui praesidiis, quibuscumque posset, enisus sit ut ·P· Clodii conspiratio vinceretur.

2. Si dixisset hoc solum.

— μα (g) in quo vel sola verba criminosa essent, in eodem multo (h) scelestiora videri facta debebunt.

(a) Legitur in cod. hoc verbum gr. (b) Versiculus gr. cum dimid. (c) Cod. rep. (d) Supple duo graeca verba. (e) Cod. *laudes*. (f) Cod. *Festius*. (g) Versiculus gr. cum dimidio vacuus (h) Cod. *multa*.

(1) Hac super re scripsi ad Cicer. de rep. I. 5.

Et notabiliter media verbi parte subtracta, non implevit | omnibus syllabis " dixisset „ sed " dixet (a). P. 103

XIII. 1. Quod ausus esset pro cive, pro bene merito cive (b), pro amico, pro rep. (c) deprecari.

Insigniter et ἑκαίως (d) hanc — (e) σιν determinavit, gradatim procedentibus argumentis, ita tamen ut preces (f) Lucii huius Lamiae (g) sic patrocinari voluerint Ciceroni, ut magis pro rep. laboraret.

2. Nihil acerbius socii et (h) Latini ferre soliti sunt, quam se (i) ex urbe exire a consulibus iuberi.

Huiusmodi leges ferri dicebantur de civibus redigendis; qualem tulerat L. Licinius Crassus et Q. Mucius Scaevola, ut redire socii et Latini in civitates suas iuberentur (1). — (k) Probat asperiorem

(a) Ergo in textu scribendum erat *dixet*, non *dixisset*, ut habet ipse codex. Et notemus hanc syncopen inauditam tullianam. (b) Edd. male *civi* utrubique. (c) Ita cod. hic et raro alibi *rep.* At frequentius *re. p.*; quae varietas in codice quoque ciceroniani operis de republica est. (d) Ita cod. per atramentum. (e) Verbum gr. (f) Cod. *praeces*, ut alibi. (g) Cod. *Lame*. (h) In edd. male deest *et*. (i) *Se* desideratur in edd. (k) Versiculi duo gr.

(1) Rem accurate narrat Asconius ad I. Cornel. Significat etiam Cicero de off. III. 11. Ignorarunt tamen Manutius atque Abramus, qui in scholiis suis ad sextianam de aliis temporibus legibusque cogitaverunt.

multo poenam romanis equitibus (a) rogatam, ut eicerentur sua urbe, cum hoc aegerrume pati etiam (b) Latini soleant in sua oppida reversuri.

3. Vereor nequis vestrum forte miretur, quid haec mea oratio tam longa aut tam alte repetita (c) velit.

— (d) Quippe et multa iam dixit, et plura dicturus est. Intercurrens ergo correctio sanat obtrectationem (e), ut ratio magis defensionis, quam loquacitas existimetur. ||

P. 140. XVII. 1. Non verebar nequis aut vim vi depulsam reprehenderet, aut perditorum civium mortem derideret (f).

Mire sub commemoratione temporis sui defendit (g) etiam causam ·P· Sesti, qui videtur similia fecisse. Et (h) proficit — (i) ut licuisse videatur vim vi repellere.

2. ·C· Caesar, qui a me nullo meo merito alienus esse debebat, inimicissimus meae saluti ab eodem dicebatur.

Haec omnia latentis quer*ellae sunt de Pompeio*, *Crass*o (k) et Caesare, quos non ambigitur partim manifestius partim vero occultius id

(a) Cod. *aequitibus*. (b) Cod. *patientiam*. (c) Cod *longam aut tam alte raepetita*. (d) Versiculus gr. (e) Cod. *obtrectatione*. (f) Edd. melius *maereret*. (g) Cod. *defendit*. (h) Cod. *fecisset*. ( ) Versiculus gr. (k) In codice *quasso et Caesare*, praetermissis aliquot vocabulis a socorde amanuensi.

egisse, ut urbe (a) Tullius eiceretur (1). Sed *enim* — (b) quoniam viri potentes sunt, non audet exertius queri (c); sed ipsum Clodium alia de illis iactitasse confingitur, ut quod (d) ex sua persona haberet offensam, sub aliena moderatius delitescat (e).

3. Unum habere exercitum.

·C· Caesarem, de quo iam dictum est.

XVIII. 1. Me vero non illius oratio, sed eorum taciturnitas movebat (g), in quos illa oratio conferebatur.

(Σημαίνει) quid de Pompeio et Crasso (2) et Caesare sentiat: nam si hanc ·P· Clodi adseverationem (3) non refutarunt, sine dubio auctores se fuisse ad exterminandum patria Ciceronem vel ipsa taciturnitate confessi sunt. P. 139.

2. Acta prioris anni labefactari a praetoribus.

De actis loquitur, quae habuit in consulatu ·C· Caesar inauspicato, ut videbatur: qua de re adversus eum egerant in senatu ·C· Memmius et ·L·

(a) Cod. *urbem*. (b) Verbum gr. oblitt. (c) Cod. *quaerit*. (d) Cod. *confingitur quod*. (e) Ita cod. Et sic apud Frontonem legitur ad. rom. p. 94. (f) Edd. *movit*.

(1) Lege Dionem XXXVIII. 15. et Plutarchum in Cicerone cap. XXX. sqq.

(2) De Crasso Ciceronem oppugnante videsis Plutarchum loc. cit.

(3) Nempe quod illi triumviri Clodio faverent contra Ciceronem.

Domitius praetores, et ipsius Caesaris orationes contra hos extant (1), *quibus* et sua acta defendit, et illos insectatur. Dat (a) ergo causam ·C· Caesaris, ut videatur ea propter et Clodio tribuno et consulibus Pisoni et Gabinio in perniciem ·M· Tulli consensisse, ut ea quae in consulatu gesserat permanerent.

XVIIII. 1. Intenta signa legionum existimari cervicibus vestris; falso, sed putari tamen.

Consultissimo temperamento et (b) ·C· Caesarem perstringit invidia (c), et tamen nihil accusat exerte. Haec enim — (d) qua dicit multos sic opinatos, ostendit verum fuisse: et medetur sibi ne offendat, dum adicit falso quosdam locutos. Sic nec omittit acerbitatem, et honorem personae debitum servat.

2. Cum quidam (e) in contione dixisset.

Videtur istic vel ipsum Pisonem, vel quod ab aliis proditum est, Gabinium significare.

(a) Ita cod. (b) Cod. *at*. (c) Cod. *invidiam*. (d) Verbum gr. oblit. (e) Edd. *quidem*.

(1) Harum (quas tres fuisse dicit noster interpres comm. ad vatinianam cap. VI. 3.) Caesaris orationum nullam fieri mentionem video sive a Fabricio, sive ab iis qui Caesaris fragmenta collegerunt. Sed en commodissimum Svetonii in Iulii Caes. vita cap. XXIII. testimonium: *functus consulatu, ·C· Memmio Lucioque Domitio praetoribus de superiores anni actis referentibus, cognitionem senatus detulit: nec illo suscipiente, triduoque per irritas altercationes* (en Caesaris orationes) *absumto, in provinciam abiit*. De Domitio accusatore eadem narrat Svetonius etiam in Nerone cap. II.

XX. 1. Te te, patria, testor, et vos penates patriique dii. (a) — — ||

Etiam ex hoc laudem discessui suo, et gloriam veluti denuo conservatae rei .p. temptat adsciscere, quod maluerit urbe decedere (1), quam dimicationis obire fortunam. Quanta (b) haec igitur vis oratoria est, ut exilium quoque magis virtutis eius quam poenae fuerit (2)! Q. LXIII. P. 54.

XXI. 1. Ut alii dicerent animos hominum *sensus*que (c) morte restingui; alii autem tum mentes maxime sapientium ac fortium virorum, cum e (d) corpore excessissent, sentire ac vigere.

Plenissime tractantur haec et ab ipso Cicerone in primo disputationum tusculanarum, in quo de morte disseritur; et a Platone vel maxime in dialogo (Φαίδων ἢ περὶ ψυχῆς (e)) ubi copiosissime moriturus disputat Socrates, non illum interitum sui, sed animae potius esse discessum, quae (f) scilicet ad divinitatis suae originem referretur. Verumtamen plerique filosoforum (g), qui dissoluta hac ve-

(a) Duo versiculi gr. oblit. (b) Cod. *quantam*. (c) Cod. *quae* pro *sensusque*. (d) Cod. *ex*. (e) Tot fere litterae spatio vacuo quadrant. (f) Cod. *qua*. (g) Ita cod. per *f*, ut alibi.

(1) Ita in cod. evidenter *urbe decedere*. Et sic ego olim edideram etiam ad Planc. XXXV. 1, uti schedae quoque meae habent. Sed quia cl. Peyronius aiebat se sibi legisse in cod. *secedere*, idcirco lectionem postea immutavi. Nunc rursus in codice lego *de* pro *se*. Quare denuo de mea illa lectione tuenda cogito.

(2) Interpretem vaticanum videri rhetorem quemdam, qui in gratiam discipulorum, atque ob oratoria praecepta tradenda, hos commentarios ad Tullii orationes concinnaverit, iam alibi dixi.

-luti harmonia corporis animique dicerent omne istud quod in nobis concretum esset extingui : quidam tamen statim cum ipso corpore, alii vero interiecto quodam temporis spatio, animae quoque obitum futurum, | quamvis corpori supervixe-
P. 53. rit (1).

2. Mortem quam etiam virgines Athenis regis Erectae (2) filiae contempsisse dicuntur.

(2) Ita cod. *Erectae*, mox tamen aliter in commentario.

(1) Quae semel scripsi, non soleo equidem repetere; verumtamen ut in re gravi, et quae capitale pondus ad hominum regendos mores (cui rei semper invigilare debemus) adfert, liceat lectoribus revocare in memoriam illa fere quae dixi in scholiis ad Frontonem de nep. am. atque ad Cicer. de rep. VI. 7. Pro animorum scilicet immortalitate pugnant Cicero de sen. XXI. sqq. tusc. I. 15. 16, et lib. Hortens. fragm. fin. et de rep. lib. VI. Praeterea Tacitus Agric. XLVI; Sallust. Iug. II, Macrob. ad somn. I. 14; Plutarch. contra Colot., Lactant. inst. VII. 8. sqq., Augustin. epist. CIV; Euseb. praep. ev. lib. XI. 27 28. Haec fere tunc testimonia scripsi. Sed alia innumera addi possunt, quae quidem christianus veritatisque studiosus homo insigni cum fructu inveniet apud Wyttenbachium in tractatu de animorum immortalitate opusc. T. II. p. 495-663. Neque leve est argumentum, quod aegyptiae quoque papyri nostra aetate tota Europa diffusae suppeditant, in quibus plerisque iudicia animarum praemiis aut poenis post obitum corporis adficiendarum depinguntur. Gentis autem aegyptiae, cuius sapientiam biblia ipsa divino celebrant, apud quam incunabula litterarum et artium fuerunt, haud levis equidem auctoritas est. Dixi Aegyptios non praemia solum sed poenas quoque post obitum animabus pro vario merito decernere solitos, idque animadversione praecipua dignum est.

— (a) Gloriosam quandam facit animi sui professionem, quod non tantum exilium, verum etiam mortem potuerit habere contemptui, quam virgines etiam viriliter despexisse (b) tradantur. Fuit autem rex antiquissimus Atheniensium Erectheus (c) non longe a principalibus qui in (d) eadem civitate regnaverant: nam primus omnium fuit Cecrops; dein Cranaus; tertio Anfictyon; post hunc Ericthonius; qui feruntur ex terra editi (e): item Pandion; et hic de quo Cicero mentionem facit Erectheus (1) (f), cuius filiae virgines, cum gravi bello Athenae (g) oppugnarentur, nec ulla spes salutis ostenderetur, sumtis infulis (h), ad aram steterunt: nam ita responsum erat, ut salus patriae iam desperata hoc genere piaculi compararetur. Auctor est exempli Varro libro humanarum secundo (2).

3. Eius civitatis essem, ex qua ·C· (i) Mucius.

(a) Versiculus gr. vacuus. (b) Cod. despexisse. (c) Cod. *Arectheus*. (d) Cod. *quia*. (e) Cod. *edi* (f) Nunc denique bene scribit nomen hoc interpres. (g) Cod. *Athenaeo* (h) Cod *infulis*. (i) Edd. *Q*.

Nam delicati philosophi, quos inter nonnulli qui hodie scribunt, in praemiis non contradicunt; poenas autem pro sua mollitie, sive ut aiunt humanitate, absurde respuunt.

(1) Series haec atheniensium regum conspirat plane cum eusebiana chron. lib. I. 30.

(2) Deperditi huius operis libri XXIV fuerunt, teste Augustino de civ. D. VI. 3. qui et horum argumenta scribit. Utrum autem hos libros Fr. Petrarcha puer legerit, nec ne, disputavi in praef. ad Cic. de rep. cap. VII. Erecthei filiarum fabulam plurimi narrant. Instar omnium Hyginus fab. XLVI.

Iam supra mihi enarrata memini exempla Deciorum patris et filii (1), qui ambo se pro exercitus
P. 48. romani salute voverunt. Et de ·C· Mucio Cordo non ignobilis historia est, qui solus adulescens vigore animi strenuissimus, cum Porsinnam (a) Etruscorum regem vellet occidere, deceptus similitudine habitus purpuratum eius occidit, comprehensusque (b), virtutis miraculo dimissus est.

4. Patrem huius ·M· Crassi fortissimum virum.

De ·P· Crasso dicit, qui victoribus ·L· Cinna et ·C· Mario proscriptus, cum ad mortem quaereretur, sua se dextera interfecit (2); vir inlustris et qui de Hispania triumfaverat (c).

XXII. 1. Bis rem ·p· servavi, semel gloria, iterum aerumna mea.

Notabiliter singulari numero non plurativo aerumnam dixit; referens ad exilium scilicet, cuius patientiam inter glorias suas conputat.

XXIII. 1. Quare moneo vos adulescentes.

(a) Ita cod. (b) Cod. *compresusque*; rustica scilicet pronunciatione, uti nunc usuvenit apud Italos. (c) Ita *f* pro *ph*.

(1) Est hic in amissis scholiastae locus.

(2) Ita Cicero de orat. III. 3. Sed Appianus bell. civ. I. 72. ait hunc Crassum quum ad necem cum filio a Cinnanis quaereretur, filium antea occidisse, sed ipsum ab insectantibus esse iugulatum. Triumphum eius de Hispania memorat etiam Asconius comm. ad pisonianam cap. XXIV.

— (a) Excedit in cohortationem virtutis, quam boni viri debeant pro patriae salute suscipere. Hoc proficit et ipsius Ciceronis laudibus, et ·P· Sestio qui reus est; armatos enim dicitur adhibuisse; verum si *e* (b) re ·p· factum sit, non oportere damnari.

2. Si erit id quod debetur persolutum.

Id est si fuerint Piso et Gabinius condemnati.

3. Neque erit iusta causa ad | portas sedendi (c) imperatori. P. 47.

Et hic est aculeus non mediocris — (d) *adversus* Caesarem, cuius hac in parte mentionem facit, quod eatenus ante portas cum exercitu permanserit, quatenus in exilium Cicero discederet.

XXIIII. 1. Gener et Piso (e) gener.

Non otiose (f) additamentum nominis fecit, in invidiam scilicet ·L· Pisonis, qui nec propinquitate commotus adfini suo obtemperavit (g).

XXV. 1. Legum cunctarum (h) quae latae (i) sunt, tum vero quae promulgatae fuerunt.

Saepe hanc ostendi promulgatae legis et latae dif-

(a) Verbum gr. omitt. (b) Deest *e* in cod. (c) Edd. *sedente*; sed Graevius feliciter coniiciebat legendum esse *sedendi*. (d) Supple verbum gr. (e) Cod. *ipse*. (f) Cod. *odiose*. (g) Cod. *temperavit*. (h) Ita cod. At edd. *multitudinem*. (i) Cod. *letae*.

ferentiam (1): nam trinundino proponebantur (a) ut in notitiam populi pervenirent; quo exacto tempore ferebantur in iuris (b) validi firmitatem.

2. Ut censoria notio (c).

Clodianarum legum facit enumerationem; quarum fuit et haec, ne liceret censori praeterire aliquem in senatu recitando (2), nisi eum quem damnatum esse constaret.

3. Ut remissis (d) senis (e) et trientibus (f) quinta prope pars vectigalium tolleretur.

Ante quidem Gracchus legem tulerat, ut populus pro frumento, quod sibi publice daretur in singulos modios senos aeris et trientes preti (g) nomine exsolveret (3). Sed hic anno suo ·P· (4) fru|men-
P. 52. tariam (h) legem tulit, ut gratuito populus acciperet. Per hoc igitur ab eodem (i) minuta vectigalia criminatur.

(a) Cod. *proponebatur*. (b) Cod. *is* pro *in iuris*. (c) Ita est in cod. et sic omnino retinendum est, haud vero scribendum *notatio*. Nam *notio* et heic habent alii quoque codd. et mihi alibi occurrisse in antiquis membranis memini. (d) Cod. *remisis*. (e) Edd. *semissibus*. (f) Cod. *tribentibus*. (g) Cod. *praeti* cum diphth. heic et alibi in antiquis mss. (h) Cod. *frumentaria*. (i) Cod. *eode*.

(1) In commentariis amissis.

(2) Asconius comm. ad pisonianam cap. IV, hanc ipsam legem proferens, dicit *in senatu legendo*.

(3) Gracchanam legem recitat etiam Livius epit. LX. Clodiam Asconius ad pison. cap. IV. Sed lege infra XLVIII. 3.

(4) Singularia littera duobus punctis conclusa quid heic significet, non explico.

XXVI. 1. Brogitarum.

De hoc iam locutus sum (1).

2. Reducti exules Byzantium.

Hos etiam lege sua revocaverat Clodius, quamvis fuissent iure damnati (2). - (a) Igitur - incendit (b) invidiam, restitutos tunc eos qui damnati legitime fuerant, cum ipse indemnatus Cicero in exilium fuisset eiectus.

3. Ptolemaeus (c), qui si nondum erat a senatu socius appellatus, erat tamen frater eius.

— (d) Hunc etiam Ptolemaeum regem Cypri amicum quodammodo a senatu (e) appellatum fuisse, quandoquidem frater eius, qui in Aegypto regnabat, consecutus iam societatis et amicitiae honorem videretur: ferente autem rogationem Clodio publicatum fuerat eius regnum, quod diceretur ab eo (f) piratas adiuvari.

4 Ut sedens cum purpura et sceptro.

Δεινότερον (g) facere voluit, exprimens maiestatem regiam per ipsa habitus liniamenta, quae venerationi esse deberent (h).

(a) Suppl. verbum gr. hoic et postea. (b) Cod. *incessit*. (c) Cod. *Ptolomaeus*. (d) Versiculus gr. oblit. (e) Cod. *a senatum*. (f) Cod. *adeo*. (g) Cod. δινοτερον (h) Cod. *deberint*.

(1) Scilicet in partibus amissis.

(2) Num haec addenda legibus clodianis est?

XXVII. 1. Antiochum magnum.

Hic victus a ·L· Scipione, angustiores etiam reg-
P. 51. ni habere terminos iussus | est.

2. Cum videant per tribunum aliquem et sescentas (a) operas:

— (b) Non sine pernicie hoc exemplum de Ptolemaeo (c) posteritati processerit (d); quoniam fieri possit ut reges (e) alienentur a fide ac societate (f). Sed ut omnem auctoritatem clodianae rogationis evertere: "per tribunum (g) aliquem et sescentas operas" inquit; quo manifestum sit, de hoc non populum romanum iudicasse, sed factionem quandam perditorum.

XXVIII. 1. ·M· Catonis.

Et de hoc dictum est, qui legatus Cyprum fuerat, cum regnum publicaretur (h).

2. Quae in tempestate saeva quieta est, et lucet in tenebris.

— (i) quoniam de Catone loquitur stoicae sectae viro. Dicit ergo virtutem nullius iniuriae vel contumeliae sensum admittere, cum sit ab omnibus fortunae incursibus libera.

(a) Haec scriptura *s* pro *x* passim occurrit in hoc vocabulo apud priscos codices. (b) Supple verbum gr. (c) Cod. *Ptolomaei* heic et infra. Et quidem falsa scriptura *lo* pro *le* in hoc vocabulo, transiit in aequioris aevi multos libros. (d) Cod. *posteritatem processerunt*. (e) Cod. *greges*. Par mendum occurrebat mihi in codicibus epistolae s. Caelestini papae inc. cur etc. app. 1. p. 144. (f) Cod. *a societatis*. (g) Cod. *unum*. Sed idem cod. retro *tribunum*. (h) Cod. *fuerat quorum publicarentur*. (i) Supple verbum gr.

3. Quasi vero ille non in alias quoque leges iuraverit.

— (1) Discutere voluit, quia (b) dici poterat, adeo probavit rogationem claudiam (c) de bonis Ptolemaei publicandis ·M· Cato, ut consenserit in legationem. Temporibus obsecutus || est, non aliter quam fecerat cum in leges quasdam coniuraret (d), quae illi displicuerant. Significat autem iulias ·C· Caesaris leges, in quas cum diu perseverasset non iurare, ad extremum coactus suasionibus plurimorum videtur accommodasse consensum. P. 50.

XXVIIII. 1. Meministis illum diem, cum templo a collega occupato.

·Q· Metellus nepos tr. pl. cum plerasque leges per seditionem ferret, et praecipue (e) duas, unam ut absens consul ·Cn· Pompeius fieret, tempore scilicet mithridatici belli, quod ab eodem Pompeio gerebatur, et alteram ut praesidio Italiae veniret adversus arma Catilinae; contradixit ei pleraque nobilitas, et ipse vel maxime collega suus (f) Cato; cum tamen ·C· Caesar praetor Metello tr. pl. adsisteret (1).

(a) Supple verbum gr. (b) Cod. *qua*. (c) Cod. *claudia*. (d) Ita cod. pro *iuraret*. (e) Cod. *praecipue*. (f) Cod. *suus* vel mendose vel cum archaismo.

(1) Lege Plutarchum in vita Catonis XXVI. sqq.

2. Adiit periculum ob eam causam, quae quanta fuerit, iam mihi dicere non est necesse.

Prudentissime suppressit mentionem legum; quas Metellus de Pompeio tulerat, ne ipsum scilicet offenderet de quo latae videbantur.

3. Qui superiore anno senatu caruisset (a).

Consule C. Caesare, cuius actionibus Cato nec adversari (b) destrictius volebat, nec tamen consentire poterat.

4. Ut sententia sua condemnata.

P. 49. Ipse | enim Cato tribunus pl. designatus Lentulum et Cethegum et ceteros censuerat kapite puniendos (1).

XXXI. 1. Magno squalore, sed multo etiam maiore maerore.

Distinxit haec verba eleganti proprietate; squalor enim ad habitum vestitus refertur, maeror ad animi angorem. Dicit ergo fratrem suum per omnia lugubrem sustinuisse fortunam.

XXXIII. 1. Exierunt duo vulturii (c) paludati.

(a) Cod. *caruisse*. (b) Cod. *adversarii*. (c) Cod. hic *vulturii*; at infra *volturii*.

(1) Scilicet Catonis oratio apud Sallustium extat.

Direptores provinciarum Macedoniae scilicet et Syriae, Pisonem Gabiniumque, volens pressius ostendere, congruentissima hac (μεταφορᾷ) volturios nominavit, rapax animal et cruentissimum et ferme cadaverum lacerationibus pastum.

2. Ut illa ex vaepreculis extracta nitedula rem ·p· conaretur (a) adrodere.

Sine dubio ·Q· Numerius Rufus. Hic fuit unus e collegio tribunorum restitutioni Ciceronis obnixe (b) adversatus (1); cuius personam despiciens: quod esset non tantum statura depressus, verum etiam colore rubidus, nitedulam nominavit; quod videtur esse muris genus, ut apparet ex verbo in clausula (c) huius capitis quod dixit adrodere.

3. Alter (d) vero non ille Serranus ab aratro (2) ‖ . . . . [illegible]

* * *

XLVIII. 1. *Idem* alio loco dixit (e), oderint dum metuant. P. 56.

(a) Cod *conatu*. (b) Cod. *obnixae*. (c) Cod. *clausulam*. (d) Cod. *altero*. (e) Cod. *dicesse*.

(1) Recole pro Milone XV. 2. p. 116.

(2) Folia huius quaternionis tria mutilata fuerunt pare suo; quorum loco is, qui codicem rescripsit, moesogothicae scripturae folia tria simplicia, id est sine pare, agglutinavit.

Et hoc eiusdem poetae est, oderint dum metuant; quam sententiam detestatur quasi tyranni eam et inauspicatam liberae civitati.

2. Tabellaria lex.

Hanc ·L· Cassius tulit, ut non voce suffragium pronuntiarent, sed tabella inscriberent, quasi securo et liberiore iudicio.

3. Agrariam Tiberius, frumentariam ·G. Gracchus ferebat.

Ille ut ager publicus romanae plebi divideretur, quae lex ei magnam comflavit (a) invidiam. ·C· autem frater eius illam frumentariam, de qua supra locuti sumus (1), ut senis aeris et trientibus modios singulos populus acciperet.

LI. 1. An sicubi aderit Gellius, homo et fratre indignus (b).

·L· Marcius Filippus vir honestissime cognitus, qui etiam collega ·Cn· Lentulo Marcellino in consulatu fuit. Fratrem hic (c) habebat uterinum ·L· Gellium, et ipsum quantum apparet Ciceronis inimicum. In quantum igitur legem Filippi fratris eius extulit (d), in tantum hunc defloravit, qui dissimilis extiterit.

LIII. 1. Fuit collegium nuper tribunicium, in quo tres minime, duo vehementer (e), populares existimabantur.

(a) Ita cod. (b) Cod. *indignius*. (c) Cod. *hunc*. (d) Cod. *frater eius extulerit* (e) Cod. *vaementer*, Sic *vaemens* p. 57.

(1) Cap XXV. 3.

De collegio videtur loqui tribunorum, qui fuerunt ·C· Caesaris et ·M· Bibuli consulatu: sed obnixae popularitatis duos intellegere debemus ·P· Vatinium et ·C· Alfium (1), qui vehementer actiones Caesaris adiuverunt: tres autem, quos minime populares ait, ·Cn· Domitium (a) Calvinum et ·Q· Ancharium, et ·C· Fannium; ex quibus iam duo praetores erant designati; tertius eandem spem sibi honoris pollicebatur, ·C· Fannius scilicet. P. 55.

2. Quid populares illi duo?

·C· Alfius et ·P· Vatinius. De Alfio tamen clementer loquitur, magis quasi de viro insapiente quam de malo; asperius aliquantum de ·P· Vatinio: sed uterque (b) honorem, quem petere instituerat, nullo modo obtinuit (c), populo refragante, quod indicaret indignos.

LIIII. 1. Qui ludos apparatissimos fecisti.

De aedilitate ·M· Scauri et opulentia ludorum plenissime dixit in ea oratione, qua (d) ipsum quoque ·M· Scaurum defendit (2).

(a) Cod. primo casu effert hoc et sequentia nomina. (b) Cod. *utrumque*. (c) Cod. *constitutum* pro *obtinuit*. (d) Cod. *quia*.

(1) Sic loquitur de ·C· Alfio noster interpres etiam in Vat. XVI. 1. Quare nescio cur Pighius inter tribunos, qui fuerunt Caesare consule, Alfium non ponat. De ceteris in Vat. VII. 1.

(2) Tullianus locus de Scauri in aedilitate magnificentia deси-

2. Ipse ille maxime ludius.

Hoc et relicum de ·P· Clodio dicitur, cuius infamiam et dedecora in vario genere flagitiorum plurimae orationes Ciceronis iam nota et invulgata fecerunt.

3. Qui omnia sororis embolia novit.

Q. LXIV. P. 34. Clodiam generis patricii feminam || sororem huius, cum qua et ipse infamis erat, veteres litterae tradunt studiosam fuisse saltandi profusius et inmoderatius quam matronam (1) deceret (a): hoc enim significatur isto verbo quo ait " omnia sororis embolia novit „ quoniam pertinent ad gestus saltatorios (2).

4. Vix vivus effugit.

Ea scilicet die qua spectatum venerat ludos Honoris atque Virtutis, qui celebrantur in memoriam et honorem (b) ·C· Marii, a quo res bello cimbrico feliciter gestae sunt. Iisdem (c) ludis etiam populus dignitati Ciceronis ad restitutionem suffragatus est.

LV. 1. Lacrimantes gaudio.

(a) Cod. *decederet*. (b) Cod. *in memoriae honorem et*. (c) Cod. *sedem*.

deratur adhuc: quamquam eius orationis nobiles reliquias partim ego partim cl. Peyronius e bobiensi palimpsesto ediderimus. Quare superest, ut ea de re legamus Plinium hist. XXXVI· sect. 24.

(1) Sic loquitur de Sempronia Sallustius Catil. XXV.

(2) En denique interpretatio vocabuli *embolium*, quod diu frustraque torsit Abramum Graeviumque in hoc Ciceronis loco aliosque criticos et grammaticos.

Celebratissima Terenti comici (a) haec sententia (b) est ex persona patris de filii sui continentia gratulantis, nisi fallor, iisdem verbis " lacrimo gaudio " (1).

2. Nam cum ageretur togata.

Afranii scilicet, quo in tempore gloriatur tantum populi fuisse consensum, ut et maledicis (c) vocibus insectaretur, et votum suum de Ciceronis reditu fateretur.

3. Et quaeso hoc in loco, iudices, nequa levitate me ductum ad insolitum genus dicendi labi putetis.

Necessario facta — (d) πιωσις, quoniam videri poterat a civili et iudiciali genere deficere, et quaedam | fabulosa contexere de rebus sine dubio scenicis et P. 33.
quasi volgaribus locuturus: sed oratorie (e) ad iudicium publicae voluntatis reflectit haec omnia, quibus populus animum suum pro Cicerone nudaverit.

LVI. 1. De illo senatus consulto quod factum est in templo Virtutis.

Revera quidem S.C. de Cicerone revocando factum esse in Capitolio dicitur; quo magis movemur adseveratione Ciceronis, qui nunc dicat in templo Vir-

(a) Cod. *comcii*. (b) Cod. *sentia*. (c) Cod. *maledictis*. (d) Supple vocabulum gr. (e) Cod. *oratoriae*.

(1) Adelph. III. 3. 55. ed. Westerhov. an. MDCCXXXII.

tutis hoc esse decretum; cum tempore ludorum qui Virtutis et Honoris dicebantur, adclamationis (a) populi reditum ·M· Tulli flagitaverint; senatus vero nihil ibidem statuerit: nisi si et ibi forte decretum est (1).

2. Summus artifex.

Actor (b) illis temporibus nobilissimus tragicarum (c) fabularum, Aesopus egisse videtur Accii fabulam, quae scribitur Eurysace (2); ita ut per omnem actionis cursum tempora rei ·p· significarentur, et quidem (d) Ciceronis fortuna deploraretur; ex quo illud probare contendit, omnes prorsus homines etiam infimae plebis restitutioni suae promptissime refragatos.

LVII. 1. O immunes (e) Grai!

Et haec verba sunt de tragoedia, in qua verbum
P. 32. istud inmunes ingratos significat, quemadmodum — (f) munificos dicebant eos qui grati et liberales exstitissent. Ergo versus omnes tragici ad ipsum Ciceronem — (g) convertuntur; ut aliut (h) quidem in opere poetico fuerit, aliud vero in ipsius actoris significationibus.

(a) Ita cod., i pro e, quamquam est primus casus, cuiusmodi exempla in Frontone quoque occurrunt. (b) Cod. auctor. (c) Cod. novissimus flagitarum. (d) Cod. quodam. (e) Infra immunes. Notabilis autem lectio contra mendum editorum inanes, diverso sensu et diversa syllabae quantitate. (f) Versiculus gr. vacuus. (g) Supple verbum gr. (h) Ita cod., et mox aliud.

(1) Recole interpretem nostrum ad plane anam XXXII. 2. p. 79.

(2) Ponantur in Accii Eurysace (cuius paucae extant reliquiae) fragmenta quae Tullius recitat. Et nota *scribitur* pro *inscribitur*, uti est LVIII. 2.

2. Non enim ingrati sed miseri.

Hoc subiecit — (a) non sine quadam — (b) magis iniquitate temporum oppressum populum ·R· quam ingratum et inmemorem bene meriti civis fuisse.

LVIII. 1. Poetae (c) quorum ego (d) semper ingenia dilexi.

Non tantum lectionibus eorum frequentandis, sed etiam versibus conscribendis. Manifestum est amatorem poeticae rei Tullium fuisse: quamvis ad oratoriam, qua maxime praestitit, non videatur in versibus par sui fuisse (1).

2. Nominatim sum (e) appellatus in Bruto.

Haec etiam tragoedia praetextata Brutus inscribitur; in qua nominatus quidem Tullius videtur, sed non idem ipse Cicero, quantum pertineat ad Accium poetam: quantum ad actorem tamen, sine dubio per qualitatem nominis, utique significatio passionis eius eluxit.

3. Erat enim munus (f) | Scipionis dignum, et eo ipso et illo Metello, cui dabatur. P. 31.

(a) Supple verbum gr. (b) Versiculus gr. vacuus. (c) Cod. *poeta*. (d) Cod. *ergo*. (e) Cod. *mum*. (f) Cod. *enimmunus*, solito vitio.

(1) Recole pro Plancio XXX. 3. p. 76.

Scipio hic, cuius facit mentionem, postea ·Cn· Pompei socer fuit, in exitu belli civilis sua manu interemptus (1)· adoptione tamen venit in familiam Metellorum: et cum illi fuisset nomen in praeteritum gentile scilicet et naturae Cornelio Scipioni, reformatum est ut esset (a) ·Q· Metellus Scipio. Ab hoc editum gladiatorium spectaculum dicit in honorem funebrem ·Q· Metelli.

4. Venit ad columnam Meniam (b).

Haec in vicinia fori et iuxta comitium posita (c) sic nominabatur: cuius et (d) originem et causam nominis in tractatu orationum praecedentium me fecisse commemini (2). Copiosa igitur haec — (e) ex eo loco sunt argumenti qui appellatur — Nam multiplex ista — numerationem habet iudicii publici (f) de sua restitutione.

LVIIII. 1. Emergebat subito cum sub tabellas subrepserat, ut mater te appello dicturus videretur (g).

Intulerat commemorationem conspiratae cuiusdam multitudinis adversus dignitatem suam, instigante videlicet Appio Claudio praetore, quem scimus fra-

(a) Cod. *esse* (b) Cod. *Menia*. (c) Cod. *positae*. (d) Cod. *cur sed*. (e) Tres hae sequentes [illegible] graecis versiculis complendae sunt. (f) Cod. (g) Cod. *dictarus videturus videtur*.

(1) Valer. Max. III. 2. 13.

(2) In partibus nempe amissis. Re[illegible] autem p. 129. n. 1. Sed praesto est Asconius divin. in Verr. cap. XVI.

trem ·P· Clodii fuisse. Deinde post || haec intulit versum de fabula pacuviana, quae sub titulo Ilione fertur (1). In ea est quippe argumentum ita dispositum, ut Polydori umbra secundum consuetudinem (a) scaenicorum (b) ab inferiore aulae parte procedat, et utatur hac invocatione matris (c) suae, quam sordidatus et lugubri habitu, ut solent (d) qui pro mortuis inducuntur, filius implorabat. Verum sub hoc exemplo intellegi vult Appium Claudium (2) male sibi conscium et populo graviter offensum, obscure solitum venire ad spectacula, ne iratae multitudinis impetus experiretur. Sic ergo veniebat (e), inquit, ut solent umbrarum figmenta subrepere. P. 42.

2. Itaque illa via latebrosior qua spectatum ille veniebat.

Εὐσ — κα — (f) Opportunissime fingit ipse Tullius illas (g) partes itineris qua soleret Appius commeare. Re (h) autem vera scimus viam quae per Campaniam ducit sub hoc nomine celebrari, quod Appius eam Claudius munierit.

(a) Cod. *secum consuetudine*. (b) Ita cod. cum *ae*, quod alibi etiam legi. Superius tamen p. 149. cum *e*. (c) Cod. *martis*. (d) Cod. *volent*. (e) Cod. *veniebant*. (f) Versiculus gr. (g) Cod. *illa*. (h) In cod. omittitur *re* propter aliud praecedens.

(1) Rursus bene est quod nos interpres certiores facit locum hunc poeticum laudari a Tullio e Pacuvii Ilione.

(2) Male ergo cogitabat de *Attilio* Hottomannus hoc loco in commentariis ad sextianam.

LXI. 1. Qui tripertitas orbis terrarum oras tribus triumfis adiunctas huic imperio notavit.

Ev x — (a) de ·Cn· Pompeio, quem constat ex Africa post oppressum Domitium Cleppianosque (b) fugiti-
P. 41. vos | ; ex (c) Ponto, victo Mithridate rege (d); de Hispania post occisum Q. Sertorium, et oppressum ·M· Perpernam, Lusitanisque victis triumfasse.

2. Nequis de caelo servaret.

Undiqueversum — (e) hoc est indicia (f) publicae voluntatis de se habita congregat et inlustrat: inter quae ponit et hoc esse decretum, ne de caelo servaretur; quoniam solebant actiones impediri si fulgur nuntiaretur, vel ostentu aliquo (g) dirimerentur ea quae ad populum ferebantur.

LXII. 1. Adque ut idem ad res redeuntis (h), ut venirent rogarentur.

Certa pars anni observatur, qua nihil in urbe gereretur, quod ad res iudiciales et negotiorum sollemnia pertineret (1). Tunc igitur prolatio rerum fieri dicebatur: quo tempore exacto, rerum actus redibat, id est agi omnia secundum civilem consue-

(a) Versiculus gr. explendus. (b) Ita cod.; nisi quod pro *que* est *quae*. (c) Cod. *et*. (d) Cod. *victise Mitridate hocn*. (e) Supple verbum gr. (f) Cod. *iudicia*. (g) Cod. *aliquoque*. (h) Ita cod. *i* pro *e*.

(1) Sic fere loquitur noster interpres etiam ad orat. in Clodium et Curionem IIII 2. in editione mea mediolanensi.

tudinem et exerceri incipiebat (a). Dicit ergo suae dignitatis causa et hoc esse decretum, ut instaurata (b) rerum actione Romam (c) convenirent qui decretum de sua restitutione firmarent.

2. Mecum absens beneficio suo (d) rediit in gratiam.

Saepe dictum est Q. Metellum Nepotem, qui dissenserat a M. Tullio nuper in tribunatu, postea P. 40.
consulem depositis inimicitiis reconciliatum, non obstitisse quominus ab exilio reduceretur.

3. Gratissimum fratri suo fecit.

Q. (e) scilicet Metello Celeri, qui proximo triennio decesserat, infami etiam morte de veneficio (f) quod ei paratum vel aput Clodium fratrem vel aput uxorem Clodiam (g) videbatur (1).

LXIII. 1. Cum ipsis (h) nonis sextilibus.

Eas dicit quae nunc augustae nominantur. Et oportune (i) — hunc diem significat et reversionis suae fuisse in coloniam Brindisim (k), et natalem

(a) Ita cod. (b) Cod. *instaurato*. (c) Cod. *actiones Roma*. (d) Deest *suo* in edd. (e) Cod. *quae*. (f) Cod. *beneficio*. Et quidem ita legitur apud Frontonem ad M. Caes. 1. 6. aliosque auctores a me ibi in scholiis laudatos. (g) Cod. *Clodia*. (h) Cod. *ipsi*. (i) Cod. *oportunae*. Porro cum unica p hoc vocabulum constanter scribitur in Iulii Victoris rhetorica a me edita; nec in var. lect. concil. chalced. (k) Ita cod. uti nunc Itali pronunciant.

(1) Lege Ciceronem pro Coelio XXIV. Iam Clodiam illam esse quam Catullus vocat Lesbiam, observatio Apuleii est in apol. ed. Delph. p. 415, dignam sane spurcissimi poetae laudibus et consuetudine et conviciis feminam.

filiae, etiam (a) ipsius coloniae; quasi conflata omnium gratulatione communis quaedam votorum societas fuerit.

2. Est enim verbum eius, a quo uno maxime ·P· Sestius se oppugnari videt.

Hic erat ·P· Vatinius, qui testimonio Sestium persequebatur (1), quique solitus esset optimatium dicere nationem infami quodam vocabulo (2), destruens amplissimorum hominum dignitatem.

3. Primum per indicem Vettium.

·L· Vettius homo perditissimae temeritatis (3) per illud tempus in iudicium detulerat ad senatum,
P. 39. sibi per quosdam praepotentes et nobiles con|sulares caedem mandatam, ut ingredientes forum ·Cn· Pompeium et ·C· Caesarem interficeret. Complectebatur autem hoc indicio plurimos senatores, in quis (b) fuit et ipse ·M· Tullius, et ·L· Piso, et duo Curiones, et ali quam plurimi nominati. Sed enim coniectus in carcerem Vettius, ibidem supremum diem vitae habuit, ex eorum videlicet mandato (c), quantum rumor ferebat, occisus qui

(a) Puto per crasim, *pro et etiam*. (b) *Quis pro quibus*. (c) Cod. *mandatu*.

(1) Recole argumentum.

(2) Vocabulum *natio* in malam quandoque partem accipi tandem lexicographi docuerunt.

(3) Hunc locum citat et suum noster interpres ad or. in Vat. VIIII. 6.

eum ad calumniosum illud iudicium (a) subornaverant (1).

LXIIII. 1. Ut illius (b) meae proscriptionis.

Vigilantissime claudiam legem, quae de exilio Ciceronis eiusdem lata fuerat, maluit proscriptionem nominare, quemadmodum multis locis fecit.

2. Neque putavi de uno sagittario me queri (c) convenire.

De ipso Vatinio scilicet, quem sagittarium, quasi levi armatura subnixum hic appellat; qui timendus non videretur, cum maiora essent alia in exercitu C. Caesaris, quae magis Cicero timere deberet.

3. Acta mea sibi ait displicere: sed quis (d) nescit? qui legem meam (e) contemnat.

Acute rapuit non ut se purgiret tantum, verum etiam ut in eundem P. Vatinium crimen huiusmodi retorqueret. Nam quod | ait ab eo legem P. 38.
suam esse contemtam, significat eam quae aucto-

(a) Cod. *iudicium*. (b) Cod. *illum*. (c) Cod. *queri*. (d) Cod. *se quis*; edd. tantum *quis*. (e) Edd. male *eam*.

(1) Caesari necem Vettii adscribit Svetonius cap. XX.

ribus consulibus eodem Cicerone (a) et C. Antonio de ambitu lata (b) est, multo severior quam fuerat illa Calpurnia (1): praescribebatur enim inter cetera ne candidatus ante biennium quam magistratum petiturus esset, munus populo dederet, propter ambitum scilicet, ne hoc ipso popularis animus eblanditus (c) designationi eius succumberet. Adversus hanc dicit Vatinium fecisse cum maxime ambiret ad optinendum tribunatum.

4. Unus leo, ducenti bestiarii.

Cum Vatinius invidiam sibi magnam conflasset de apparatu gladiatorum, simulaverat se bestiarios potius habere quam gladiatores; et unum gladiatorem confitebatur, cui nomen leoni fuit. Hanc igitur astutiam (d) M. Tullius inridens, unum leonem dicit, ducentos bestiarios, id est venatores; sine dubio volens intellegi omnem (e) dicit ducentos bestiarios hanc manum gladiatoriam seditionis causa comparatam (2). Hoc etiam dictum de leone Tullius Tiro libertus eiusdem inter iocos Ciceronis adnumerat (3).

(a) Cod. *Ciceronem*. (b) Cod. *laeta*. (c) Nota sensum passivum Prisciano iam cognitum. (d) Cod. *astitiam*. (e) Ita cod. ita ut referatur ad *manum*. Nisi forte potius emendandum est *omnes*.

(1) Recole interpretem nostrum pro Planc. XXXIIII. 1, itemque pro Sylla V. 5. ed. Mediol.

(2) Gratia habenda est interpreti egregio, qui Ciceronis peracutum iocum tam vere tamque iucunde nobis enucleat; in quo explicando incassum laboraverant Manutius atque Abramus.

(3) Scilicet in Ciceronis vita quam scripserat Tiro.

5. Solet enim tribunos .pl.

Vatinius cum reus (a) | de ambitu fieret, appellavit collegium tribunorum, et maxime .P. Clodium, quo intercedente effectum est, ut accusatio (b) quae suscepta fuerat, non posset impleri. P. 37.

6. Caeciliam (c), didiam, liciniam, iuniam contemsit.

Per haec omnia Vatinium proscindit legum paene omnium contemtorem; caeciliam (d) autem et didiam quae iubebant (e) in promulgandis legibus trinundinum tempus observari. Licinia vero et iunia consulibus auctoribus Licinio Murena et Iunio Silano perlata illud cavebat ne clam (f) aerario legem ferri liceret (1), quoniam leges in aerario condebantur.

7. Cum haec lex et ab illo socero eius et ab hoc adsecula (g) neglegatur.

Legem iuliam dicit, quam consul .C. Caesar de pecuniis repetundis tulerat, cuius auctoritatem a .P. Vatinio dicit esse contemtam, et ab .L. Pisone. Adsecula enim ipse Vatinius, socer vero Piso hic intelligendus (h) est.

(a) Cod. *reos*, qui fortasse est archaismus. (b) Cod. *accusationes*. (c) Edd. *aciliam*; male prorsus, ut cognoscimus ex ipso Cic. pro domo XVI. ubi hanc eandem legem dicit *caeciliam et didiam*. (d) Cod. *caeli est*. (e) Cod. *iuvebant*. (f) Cod. *clar*. (g) Cod. *adsaecula* hoc et infra. Edd. *asecla*. (h) Cod. *intelligendum*, absolute, quod ferri fortasse poterat.

(1) Rursus gratiae sint perdocto interpreti, a quo legis liciniae iuniae sensum edocemur, quem historici legum hactenus ignoravisse videntur.

LXV. 1. Non ea est medicina cum sanae (a) parti corporis scalpellum adhibetur.

De verbis nobilibus — (b) scalpellum. Verum hoc est — — (c) quid sit medicina, non ut quae sana
P. 36. sunt, vulneren||tur; sed ut quae vexata, sanentur. Accusatorem hunc igitur mederi aliquando voluisse rei ·p·, sed utilitates (d) eius labefactasse demonstrat.

2. Ii medentur rei ·p· qui exsecant pestem aliquam tamquam strumam civitatis.

—(e)definiens aliter quid sit mederi rei ·p·; incommoda scilicet ei et pericula detrahere. Sed quod ait strumam civitatis, *oblique* (f) intellegere debemus: pertinet enim ad ipsum Vatinium, qui traditur fuisse strumosa facie et maculoso corpore (1).

LXVI. 1. Sed mihi oratio est cum virtute, non cum desidia; cum dignitate, non cum voluptate.

— (g) Implet exhortationem (h) bonae sectae ad conservationem rei ·p· pertinentis. Non aliter et ·M·

(a) Cod. *sane*. (b) Supple verbum gr. (c) Supple duos versiculos gr. (d) Cod. *aedulitates*. (e) Versiculi prope quatuor gr. vacui. (f) Unum vocab. gr., fortasse πλαγίως. (g) Versiculus gr. prope vacuus. (h) Cod. sine adspiratione.

(1) Hinc ille lusus Ciceronis apud Plut. vit. cap. XXVI; qui Vatinium, cui strumae erant in collo, dum is causam diceret appellavit tumidum oratorem.

Cato in legem orchiam conferens ea quae virtus (a): ut summae gloriae (b) sint a virtute proficiscentia; dedecoris vero praecipui existimentur quae voluptas suadeat non sine labe vitiorum (1).

LXVII. ·L· Opimius indignissime concidit.

Et Sallustius auctor est in bello iugurtino ·L· Opimium mamilia lege damnatum, quod videretur in ea (c) legatione, quam (d) | cum ceteris functus est P.35.
aput Iugurtham, pecunia esse corruptus (2).

2. Quod si (e) aput Athenienses homines graecos ·

— — (f) inlustrat vigore animi virtutisque (g) romanae omnes periculorum incursus neglegentis: facta tamen commemoratione (h) per differentiam virorum inlustrium qui aput Athenienses extiterunt; quibus sine dubio strenuiores dicit Romanos esse debere. Intulit igitur commemorationem primo Themistocli (i), qui primum bello corcyreo praetor factus, ex pecunia publica centum navium classem faciendam esse persuasit; et Corcyreos cum prae-

(a) Ita cod. (b) Cod. *gloriae*. (c) Cod. *ne a*. (d) Ita cod. (e) Cod. tantum *q cod*. (f) Versiculi tres gr. vacui. (g) Cod. *quae*. (h) Cod. *commemorationem*. (i) De his secundi casus terminationibus locutus sum in Frontonis indice orthographico.

(1) Scribatur haec sententia inter levissima fragmenta, quae extant apud Festum, orationis catonianae de lege orchia sumptuaria.

(2) Cap. XVI. et XL.

donibus vicit. Cumque mille (a) et ducentas naves longas, et duo millia (b) onerariarum, et septingenta millia peditum, et equitum quadringenta, Xerxes (c) in Graeciam induxisset; et ex responso Apollinis quo praedictum erat ut se Athenienses ligneo muro tuerentur, idem Themistocles oraculum explanavit ad praesidium navium pertinere, ut in eas confugerent, et partim Salaminam, partim Troezenam peterent, maiores natu in arce (d)
P. 46. relinquerentur. Astute praeterea Xerxem fefellit, quasi futurum esset, ut pons qui (e) Hellesponto erat inpositus rescinderetur; atque ita ille fugam maturavit. Egregio eiusdem (f) Themistocli consilio triplex aput Piraeum portus constitutus est. Idem muros Atheniensium restituit, contra quam pactum convenerat cum Lacedaemoniis. Idem tamen ostracismo (g), quod (1) erat aput Athenienses, proditionis absens damnatus, Corcyram demigravit: inde ductus et expositus clanculo (h) ne in manus caderet (i) Atheniensium, ab Epheso ad Xerxem venit, sive ut quidam putant ad Artaxerxem: aput quem, quod fuit mirabile, persico sermone usus est, quam linguam anno meditatus fuerat: amicissime ab rege susceptus est: domicilium postea sibi Ma-

(a) Ita cod. *ille*. (b) Ita cod. cum duabus *ll*, raro exemplo in antiquis codd. in quibus plerumque legitur *mille* cum duabus *ll*, sed *milia*, *milium*, *milibus* cum unica *l*. (c) Cod. *Xerxex*, cum metathesi. (d) Cod. *natu in carcere*. (e) Cod. *qui ab*. (f) Cod. *egregia eius*. (g) Cod. *ostracismo damnatus*. (h) Cod. *clanculo*. (i) Cod. *caderet*, fortasse pro *incideret*.

(1) Ita cod. Et sic Nepos Cim. *illi ostracismum vocant*. III *testarum suffragiis*, quod

gnesiae constituit, quam illi rex addixerat cum Lampsaco (a) et Mynda (1), unde illi necessaria victus exhiberentur. Denique (b) aput Magnesiam decessit. Ossa eius occulte in Attica sepulta sunt ab amicis (c). Alii vero existimaverunt eundem venientem ad oppugnandas Athenas cum persico exercitu hausisse taurinum sanguinem, atque ita vitam finisse (2).

3. Nec Miltiadi (d) calamitas. P. 45.

Quoniam curiosius de | Themistocle diximus eorum gratia qui litteris etiam secretioribus delectantur, breviter consideremus et Miltiadi (e) stemma, qui fuit atheniensis Cimonis filius. Idem ex oraculo Apollinis colonos Chersonesum deduxit, velut praepositus regia potestate: Lemnum vero in dicionem Atheniensium redegit, et Cycladas insulas. Cumque rex Darius exercitum induxisset in Graeciam equitatu peditatuque maximo et navalibus copiis instructus, in campo Marathone dux idem Miltiades persicos exercitus vicit. Verum postea in offensum civium deductus, pecunia multatus est,

(a) Cod. *Lamsaco*. (b) Cod *deniquae*, et mox *occultae*. (c) Cod. *amicus*. (d) Cod. *militia*. (e) Cod. *Miltiad*

(1) Apud Nepotem nunc certe legimus *Myuntem*, quam diversam esse urbem scimus.

(2) In hac Themistoclis scribenda notitia, et mox Miltiadis, Aristidis, atque Hannibalis, Nepotem tacite compilat interpres, ipsis verbis non raro sibi vindicatis. Quare parvus quidam Nepos habendus est. Jam si interpretationis nostri constaret aetas, non esset hoc indicium testimoniumque negligendum ab iis criticis, qui de auctore atque aetate vitarum aliarum, quae Nepoti inscribuntur, disputant.

quam cum non posset exsolvere, in carcerem coniectus, ibique defunctus est.

4. Neque Aristidi fuga.

Nec hunc de viris inlustribus placet silentio praeterire. Lysimachi filius atheniensis fuit, aemulus praecipue Themistocli, quo accusante in exilium decenni (a) actus est. Sexto tamen anno restitutus est, cum Graeciam Xerxes infestaret: aput Plateas rem bene gessit superato Mardonio barbarorum duce. Fuit autem summae iustitiae, unde (b) etiam Aristides cognominatus est: cumque lacedaemonio Pausania ob sapientiam | praepositus auctor fuisset indicendae (c) civitatibus pecuniae ad classem fabricandam et exercitus instruendos, summa prudentia et virtute rem gessit; ex ea pecunia his omnibus dispensandis, quae facta per civitates conlatione Delum conferebatur. Obiit mortem in summa paupertate: cui rei hoc argumento est, quod eius filiae dotem de publico acceperint.

P. 44.

LXVIII. 1. Hunc sui cives e civitate eiecerunt (d).

Poenus Hannibal cum multos per annos Italiam gravissimis cum (e) cladibus adfecisset, ad extremum in Africam decreto Karthaginiensium revocatus, congressione aput Zamam facta, superatus a P. Scipione, cum metueret ne (f) populo R. de-

(a) Ita cod. pro *decennii*. (b) Cod. *iustitiaeunde*. (c) Cod. *indicemde*. (d) Cod. *eiecuntur*. (e) Redundat *cum*. (f) Cod. *ne converses capt Scipio populo* etc., quae menda si [illegible] emendentur, [illegible] fortasse commodum dabunt. Ego [illegible] [illegible] [illegible].

deretur a suis civibus (a) ; afuit (b) , et absens damnatus est , bona publicata , domus diruta est . Ipse (c) vero primo se ad Antiochum (d) in Syriam contulit . Inde cum parum fideret Antiochi animo , deficit ad Prusiam in Bithyniam (e) ; ibique hausto veneno decessit Romanis imminentibus , qui eum comprehendere gestiebant . Omnibus itaque peregrinis exemplis subicit Romanorum documenta breviter et congeste (f), quasi commentioris gloriae commemora|tionem ; ad quos imitandos provocari debeant ingenia iuventutis . Nec tamen recedit a ·P· Sestii (g) defensione , quoniam et ipsum pro re ·p· videri studet ad restituendum dignitati (h) suae Tullium laborasse . P· 43.

LXVIIII. 1. Cui superior annus idem et virilem , patris ; et praetextam , populi iudicio togam dederit .

— (i) Facit vehementius , adfectum miserationis aput iudicum animos commoturus omnium commemoratione , quos dignitatis suae dicit fuisse auctores . Verum hic de ·P· Lentuli filio loquitur , qui eodem anno quo togam virilem a patre sumpserit , etiam auguratus praetextam iudicio populi adeptus duplicaverit (k) votum a familiare maturato sacerdotio .

(a) Cod. *civilibus* . Malet ergo fortasse aliquis *a civilibus afuit* . (b) Ita scribitur in antiquis codd. pro *abfuit* . (c) Cod. *ipso* . (d) Cod. *se acientiodum* . (e) Cod. *ad Prusiani Bityniam* . (f) Cod. *congestae* . (g) Cod. *rece(ut) ius quae apsenti* . (h) Cod. *dignitatis* . (i) Vermiculus cum dimidio versu . (k) Cod. *diplicaverit* , quod videtur scriptum pro *triplicaverit* .

2. Rogationis iniustissimae subiit acerbitatem.

Rogationem dicit tribuniciam, quae lata fuerat adversus hunc eundem P. Lentulum. Repetenda igitur paulo altius enarratio est, ut omnia dilucidius appareant. Ptolemaeus (a) regno pulsus (b) cum gratiose impetrasset ut senatus eum restitui in suum regnum iuberet, idque negotium P. Lentulo dedisset, videbantur decemviri libris sibyllinis inspectis renuntiavisse, *neque regi denegandum auxilium, neque tamen cum multitudine ferendum. Quare factum est senatus consultum, cum multitudine, id est exercitu, regem reduci periculosum reip. videri. Res autem quum Lentulo mandaretur, Cato tribunus pl. huic infensus tulit legem, ut Lentulo, qui Ciliciam proconsul regebat, imperium abrogaretur, ne facultatem reducendi regis haberet. Tandem vero a Gabinio Syriae praeside rex fuit reductus* (1).

RELIQUA SATIS PAUCA DESIDERANTUR.

(a) Cod. *Ptolomaeus*. (b) Cod. *plus*.

(1) Lege Ciceronem ad fam. I. 1 sqq. ad Q. fr. II. 2. Et quidem res notissima in romanis annalibus est.

AD CICERONIS ORATIONEM IN VATINIUM

COMMENTARIUS ANTIQUUS INEDITUS.

EDITORIS MONITUM.

Commentarius ad orationem sextianam, etsi ad finem usque non pervenit, tamen proxime ab eo abest namque illa Lentuli commemoratio extremo orationis capite continetur. Iam vero in ultimis, quae supersunt, commentarii verbis desinit adamussim quaternio LXIIII, teste ipsa codicis numerali nota; qui autem sequitur quaternio superstes commentarium ad vatinianam tenens, LXVI est, teste item numerali nota, ergo inter sextianam et vatinianam quaternio unus intercidit, id est LXV, qui partim extremitate sextianae partim initio vatinianae occupatus fuit. Iam supputatis utriusque orationis et commentarii quae desiderantur partibus, videtur mihi quarta fere quaternionis amissi pars assignanda sextianae, tres reliquae orationi vatinianae namque in hac postrema desideramus totum interpretis prohoemium et commentarium ad caput primum partemque secundi.

Quod autem alibi dixi mirari me saepe solitum vices insperatas et fata codicum antiquorum, id in his quoque vatinianae orationis commentariique membranis mihi usuvenit. Namque Mediolani tredecim fere abhinc annis particulam scripti huius edidi, quae folio pare unico, id est quatuor paginis continebatur. Nunc vero Romae constitutus alia tria deprehendi scripti eiusdem parva folia, quae statim comparans cum schedis meis mediolanensibus ad imaginem ambrosiani codicis effectis, cognovi evidentissime folium illud mediolanense quartum esse seu intimum quaternionis LXVI, cuius tria priora folia in vaticano codice mihi occurrebant. Quippe schedae in tertium folium insertae ita utrimque cum romana scriptura cohaeserunt, ut series orationis atque commentarii prorsus expleretur; id quod cuique legenti cap. VIIII. 1. et XII. 3. perspicuum exploratumque fiet.

Porro et formam litterarum ac laterculorum persimilem esse in ambobus his codicibus palimpsestis, qui communem patriam Bobium habent, saepenumero iam et prope ad nauseam recitavi. Quia vero quaternio integer est, et quia in ultima eiusdem pagina explicit reapse oratio in Vatinium cum commentario, hinc fit ut post praedictam initii lacunam, deinceps integram solidamque vaticani interpretis lucubrationem legamus. Sic autem se habet quaternio.

Q. LXVI.	Rom. p.	22.	21‿	24.	23.
		28.	27‿	18.	17.
		26.	25‿	20.	19.
	Mediol. p.	410.	409‿	416.	415.

COMMENTARIUS.

* * *

II. 1. . . . *Quam tu bonis viris displicuisse dicis.*

Q. LXVI. P. 22. . . . *Compro*bavit nulli displicuisse illam defensionem, quam *pro* (a) Cornelio susceperit (1), cum sit non ita multo post consulari honore donatus (2).

2. Omniaque me pudenter vivendo consecutum, quae tu (b) impudenter vaticinando (c) sperare te saepe dixisti.

Ineptissimam Vatinii et paene furiosam *vaticinationem deridet etiam Catullus poeta* (3), *quia per* consulatum iuraverit, quem (d) primum sibi nec auderet optare. Hanc ergo vaticinationem nominat spem, videlicet honoris quasi per dementiam cogitati.

(a) *Pro* deest in cod. (b) Cod. *tuum*. (c) Cod. *vatiginando*. (d) Cod. *q. e*, sed mihi *quem* scribendum fuit.

(1) Seditiosus scilicet tribunus Cornelius fuerat, teste ipso Cicerone apud Lactantium inst. VI. 2. et Hieronymo ad Is. lib. lib. cap. XI.

(2) Cicero scilicet.

(3) Carm. 50: *per consulatum perierat Vatinius*. Ideo quia codex hoc loco manifeste desiderat verba aliquot, idcirco eorum locum supplementum e. mendi.

III. 1. Cum et patriae pepercissem quam (a) servaveram (b).

Multis in locis et in plerisque orationibus prae se fert hanc exilii gloriosam patientiam, quam videri volebat non gravate (c) suscepisse, ne populi dissensio (1) propter se commoveretur.

2. Cuius desiderio forum mutum (d) fuit.

Haec et alia possis aput M. Tullium quasi nimium superbe dicta reprehendere. Quamvis mereatur hoc testimonium tam insignis et nobilis eloquentia, tamen multo rectius fuit moderari huic de semet ipso (e) praedicationi (f); cum alibi (g) dicat " cum omni in re odiosa sit superbia et iactantia, tum ingenii atque eloquentiae multo videri molestissimam (2) „ Non potest autem dici forum | mutum fuisse in eius discessu, ut non ipsius eloquentia videatur in iudiciis omnibus desiderata. P. 21.

IIII. 1. De te autem homines quid sentiant, in honore experti sumus, in salute expectamus.

— — — (h) congeminatum ex contrario secundum utramque personam Vatinii et suam; sibi et consulatum velociter delatum (i), *et salutem redditam* (k); contra vero huic Vatinio et honorem quae-

(a) In cod. desideratur *quam* (b) Cod. *servaveram*. (c) Cod *gravato*. (d) Edd. *maestum*. Sequitur ergo ut interpres subdiderit *maesta curia*. (e) Cod. *ipse*. (f) Cod. *praedicationem*. (g) Cod *alibide* (h) Vacui tres versus cum dimidio. (i) Cod. *dignitatem*. (k) Haec verba supplenda mihi videbantur.

(1) Apte loquitur interpres, nam *dissensio* est *seditio*, teste Cicerone de rep. VI. 1.

(2) Sententia legitur divin. in Verr. cap. XI, sed ea ab interprete nostro paulo liberius recitatur.

sturae post omnes novissimo loco datum, et adhuc damnationis eius mutare fortunam. Reus (a) postulatus erat accusatore ·C· Licinio Calvo (1).

2 Ut aliquando ista, quae sunt inflata, rumpantur.

Ad superbiam quidem et nimium tumorem animi eius referens hoc dixit *ιατως* (b); tamen notare voluit insulsitatem cervicum eius, *quas* inmodicum fuisse corpulentas traditur (2).

V. 1. Habeat hoc praemi (c) tua indignitas (d); adulescentiae turpitudo obscuritate et sordibus obtegatur.

Haec — (e) oratorie (f) perstringere maluit, quam copiose (g) iisdem detexendis inmorari; sive quod nimis laciniosum videbatur, P. 28. || sive quod prohibere (h) non poterat. Asperius tamen in tacito reliquit, quam si copiosius exaggerasset; ut videantur haec omnia dedecora et crimina in personae humilitate latuisse.

(a) Ita cod. Sed tamen ante *reus* excidisse suspicor *nam*, quam vocem exterxit incautus librarius propter terminationem vocabuli praecedentis *fortunam*. (b) Ita evidenter in cod., et quidem per atramentum, non per succum coloratum, secus ac convenit in graecis verbis. Porro hoc vocabulum sumebant pro libito eruditi homines. (c) Ita cod. pro *praemii*. (d) Cod. *dignitas*. (e) Supple verbum gr. (f) Cod. *oratoriae*. (g) Cod. *copiosae*. (h) Cod. *prohabere*.

(1) Idem hic est, quem Cicero ad Q. fr. II. 4. appellat Macrum Licinium. *Vatinium arbitratu nostro concidimus. Quin etiam Paullus noster, quum testis productus esset in Sextium, confirmavit se nomen Vatinii delaturum, si Macer Licinius cunctaretur.*

(2) Recole pro Sextio LXV. 2.

2. In eo magistratu cum tibi aquaria provincia sorte obtigisset.

Quaestor e (a) lege titia (1) provinciam tacitam et quietam hic igitur Vatinius aquariam sortitus erat, id est ut aquae curam sustineret. Insimulat eum sordide et rapaciter Puteolis esse versatum, cum sibi officium ab ipso Tullio consule impositum magis ad fructum avaritiae (b) quam ad fidei et industriae laudem converteret.

3. Ego te quaecumque rogabo, de te ipso rogabo; neque te ex amplissimi viri dignitate, sed ex tuis tenebris extraham.

Consultissime facit locuturus de tribunatu eius, in quo omnia pro Caesaris potestatu Vatinium gessisse manifestum est. Hac — (c) temperat acerbitatem insectationis, ut salvo honore, ut citra offensam viri huius, privatim persona laedatur. Etiam simul decor — (d) locutioni ornamenta quaesita sunt, cum ita dicant.

4. Omniaque (e) mea tela sic in te conicientur (f) ut nemo per tuum | latus, P. 27.
quod soles dicere, saucietur.

(a) Ita cod. non *magis quaestore*. (b) Cod. *avaritiae*. (c) Supple verbum gr. (d) Supple verba duo gr. (e) Cod *quae*. (f) Cod *conicientur*.

(1) Vel haec ignota lex titia est, vel certe caput non adeo compertum legis cognitae titiae *de vectigalibus per quaestorem colligendis*.

Id est sic in te fiet invectio, nequid de Caesaris honore minuatur.

VI. 1. Tu qui te pythagoreum (a) soles dicere.

Hoc ipsum plenissime purgavit atque defendit et non sine laude protulit in ea oratione, quam pro ipso Vatinio scribere adgressus est (1). Fuit autem illis temporibus Nigidius quidam, vir doctrina et eruditione studiorum praestantissimus, ad quem plurimi conveniebant (2). Haec ab obtrectatoribus veluti actio minus probabilis iactitabatur, quamvis ipsi Pythagorae sectatores existimari vellent (3).

2. Auspicia (b) contemseris.

Iam dictum est, servante de caelo Bibulo consule, hunc Vatinium legem tulisse de imperio Caesaris, ut exercitum per (c) Illyricum et Gallias duceret.

3. Primum quaero num senatui causam tuam permittas, quod facit Caesar?

Eadem ratione (d), qua supra, vult insectationem Vatinii non pertinere ad contumeliam Cae-

(a) *Edd pythagoricum*. (b) Cod. *auspicia*. (c) Cod. *et pro per*. (d) Cod. *oratione*.

(1) Notemus locum deperditae Tullii orationis, quam alioqui revera extitisse exploratum est.

(2) De Nigidio testimonia ego collegi in praef. ad Cic. de rep. p. LVI. not.

(3) De obtrectationibus adversus Pythagoreos fieri solitis lege Diodorum siculum in novis supplementis vaticanis a me nuper editis p. 33.

saris. Commiserat autem senatui causam suam ·C· Caesar, id est ut de lege agraria patres iudicarent (1). Ibi (a) enim habitae sunt tres illae (b) orationes contra Domitium et Memmium (2). Male sibi ergo conscium Vatinium redarguit, qui de rebus ab P. 26.
se gestis in tribunatu iudicem senatum habere non audeat.

VII. 1. Ex iis erant, quos cotidie sciebas servare de caelo.

Mentionem horum feceramus et (c) in sestiana defensione (3). Servasse enim de caelo tunc videntur Domitius Calvinus et ·Q· Ancharius et ·C· Fannius (d) nequid (e) cum populo agi *liceret* eo tempore quo (f) de caelo servaretur. Et hoc alibi (g) notissimum feceramus (4).

2. E quibus hos praetextatos (h) sedentis vides.

Domitium scilicet et Ancharium.

3. Te praetextam togam, quam frustra confeceras, vendidisse.

Acerbissime humilitatem personae orator expressit, Vatinium dicendo non impetrato honore, statim post repulsam non deposuisse praetextam sed

(a) Cod. *hi*. (b) Cod. *ille*. (c) Cod. *sed*. (d) Cod. *C. Cha*. Sed scribendum esse ·C· *Fannius*, patet ex citata sextiana p. 147. (e) Cod. *quid*. (f) Cod. *quod*. (g) Cod. *aliiabi*, ut p. 169 tam factum *alibi*. (h) Cod. *praetestatos*.

(1) Recole Svetonii locum a me recitatum p. 134. n. 1.

(2) Confer pro Sestio XVIII. 2.

(3) Loco nuper citato.

(4) In partibus amissis.

vendidisse; quo verbo vel inopiam ostenderet eius qui praetextae togae pretium (a) desideraret; vel ex eo desperationem, quod honorem suffragiis populi obtinere non possit; ac propterea sibi praetextam putaret minime necessariam.

4. Tertium scis ex illo obsesso adque (b) adflicto tribunatu consularem auctoritatem neminem (1) esse adulescentem consecutum.

P. 25. Hac (c) in parte C. Fannium sive Memmium significat. Verum quod ait ex illo | obsesso (d) tribunatu, tempus intellegi vult seditiosissimum, quo (e) cum tribuni (f) pl. obsisterent actionibus P. Vatini et C. Caesaris, pulsati per vim concitatae multitudinis foro cesserant, cum violentiae pares esse non possent.

5. Sedentibus in templo duobus non consulibus sed proditoribus.

Hoc manifestum est de Pisone et Gabinio dici: hi enim Caesari et Bibulo successerunt; quorum anno omnia contra M. Tullium gesserat Clodius.

VIII. 1. Augur fieri in Q. Metelli locum.

Q. Metellus Celer unus e numero augurum non ita pridem vita excesserat; cuius in locum P. Vatinius auguratum petierat. Et hic proscindit

(a) Cod. *precium*. (b) Ita cod. (c) Cod. *hanc*. (d) Cod. *obsesso*. (e) Cod. *quod*. (f) Cod. *tribunus*.

(1) Praeclara lectio *neminem*, pro flagitioso mendo ed. omnium *hominum*, quod adeo male habuit recentiores huius loci interpretes, dum auctoritatem consularem Fannio adulescenti, contra ius romanum, conciliare vellent.

audaciam eius qui fuerit indignus et auguratum consequi et Metello substitui.

VIIII. 1. Et a tabula valeria collegae tui mitti iuberent.

Hi (a) collegae intercesserant ·P· Vatinio furenti ·M· Bibulum in invidiam (b) duci. Quod vero ad tabulam valeriam pertinere videatur, loci nomen sic ferebatur, quemadmodum ad tabulam sestiam, cuius meminit pro Quintio (1); ita et ad tabulam valeriam dicebatur, ubi Valerius Maximus tabulam rerum ab se in Gallia (c) prospere gestarum proposue||rat (2) ostentui vulgo (3).

(a) Cod. *hic*. (b) Immo *in carcerem*; quamquam et *in invidiam* tolerari potest (c) Cod. *Galliam*.

(1) Cap. VI.

(2) In medio verbo *posuerat* incipit pars mediolanensis a me ipso aliquot ante annos edita.

(3) Gaudeant antiquarii romani, gratulentur historiae studiosi. Tabula valeria (quam Cicero nominat etiam ep. ad fam. XIV. 2.) quaenam esset, critici iam inde a Manutio multum quaesiverunt. Idque eo mirabilius est, quod locus Plinii extabat XXXV. sect. 7 (quem nemo e Tullii interpretibus citare videtur) de tabula a ·M· Valerio Maximo, qui consulatum cum Otacilio administravit, Romae proposita. Sic ergo Plinius *picturae dignatio praecipua Romae increvit*, *ut existimo*, *a ·M· Valerio Maximo Messala*, *qui princeps tabulam picturae proelii quo Carthaginienses et Hieronem in Sicilia devicerat*, *proposuit in latere curiae hostiliae anno ab urbe condita CCCCXC*. Ex quo Plinii textu, situm etiam et nomen tabulae valeriae cognoscimus; locum scilicet, in quo illa olim fuerat, et cuius postea nomen manserat. Sed illud diligenter animadvertendum est, quod mirifice apud interpretem vaticanum videtur esse scribendum *in Sicilia* pro *in Gallia*. Valerii enim Maximi res gestae non gallicae sed siculae inclaruerunt, ex qua insula agnomen *Messala*, ob Messa-

2. Consul populi R. moderatissimus, sublato auxilio, exclusis amicis, vi perditorum congesta.

— (a) Magnum cumulum fecit invidiae et a persona quod consulem; et ab eiusdem moribus, quod prohibito amicorum praesidio et per violentiam seditiosae (b) multitudinis opprimere conatus sit eum potissimum qui auspicato et rite omnia fieri gestiebat.

3. Ut consuli domus exilium esse non posset.

Non tantum miserabilem fecit hac necessitate M. Bibulum, verum etiam summa invidia laceravit Vatinium, qui velut damnatam consulis maiestatem, primo in latebras (c) coegerit; deinde occultantem se, ne periculum salutis incideret (1), extrahere domo sua contenderit, ut perditorum manibus addiceret; nec habere consul exilium domi suae tutum posset (2).

(a) Supple verbum gr (b) Cod. *editiosae*. (c) Cod. *latebra*.

nam videlicet liberatam, triumphumque reportavit. Iam vero tabulam quoque sextianam non tam Sextii argentarii credere iam placet, cum interpretum hodiernorum grege, quam Sextii alicuius ducis nobilis qui neque res suas gestas ibi proposuerit ostentui vulgo, sive pictas ut Val. Maximus, sive litteris exaratas; qualem deinde posuit tabulam in triumpho suo Pompeius, a me nuper in Diodori additamentis vaticanis editam lib. XL. fin.

(1) Nota *incidere* cum quarto casu, omissa praep. *in*, quia ex ea componitur.

(2) Scilicet Bibulum, qui metu Caesaris domi se continebat. Vatinius tribunus pertrahere in carcerem conatus est. Dio XXXVIII. 6; Plutarch. et Sveton. in Caes.

4. Eam rem (a) quae auspiciis constituta est.

Notissimum (b) habemus, auspicante Romulo, qui Palatium ceperat, et Remo qui Aventinum, prius quam Roma conderetur, auspicia esse captata; primumque (c) sex vultures Remum vidisse. Dein postea Romulum | duodecem (d): adque (e) ita et Romam conditam (f), et ipsos reges appellatos; illum (g) quod prior auspicium cepisset, Romulum vero quod maius. P. 409.

5. Etiam inter syllana arma vixerunt.

Leges dicit aeliam et fusiam, quae (h) non sinebant prius aliqua de re ad populum ferri quam comitia haberentur ad designandos magistratus. Saepe harum feci mentionem (1). Vixisse autem leges — (i) dixit, quod multo tolerabilius (k) est quam si . . . ne modum . . . . (l) est mortuas. Cum id dictum ab Hortensio elevasset, pro inepto irrisisse Tullius videbatur (2).

(a) Edd. *remp.* sed recte codex non sine aliis auctorum exempl. (b) Cod. *Notissimum*. (c) Cod. *quae*. (d) Ita cod. (e) Ita cod. (f) Cod. *conditas* (g) Cod. *et illud.* (h) Cod. *legibus dicit aelias et fusia quae* (i) Spatium vocabuli. (k) Cod. *tolerabilius* (l) In priore lacuna quinque fere verba, in secunda duo desiderari videntur.

(1) In partibus amissis.

(2) En hortensianum dictum apud Ciceronem ipsum in Verr. lib. V. 18 *antiquae sunt istae leges et mortuae, quemadmodum tu* (Hortensi) *soles dicere, quae vetant*. N.

6. Fueris ne tanta crudelitate, ut delectos viros principes (a) civitatis delere (b) tua rogatione conarere (c)?

De hoc tempore locuti sumus in oratione quae hanc praecedit (1); L. Vettium perditum (d) hominem instinctu (e) Vatini professum esse aput senatum se indicaturum plerosque nobilissimos viros de interficiendo Pompeio inisse coniurationem, idque (f) negotium sibi mandasse. Hunc tamen Vettium in carcerem coniectum, atque ibidem necatum ipsis (g) potissimum auctoribus, qui eum ad P. 416. mendacium subornas||sent (2).

X. 1. C. Curionem perpetuum hostem inproborum (3).

Et hunc L. Vettius nominasse inter ceteros videbatur veluti mandatae (h) in Pompeium caedis auctorem: qui tamen Curio honorifice nunc a Tullio nominatur, cum vehementer et aspere laceratus sit ab

(a) Edd. *et principes*. (b) Edd. *tollere et delere*. Iam tollere non tam fortasse defuit in exemplaribus, quibus utebatur scholiastes, quam ab eo sponte omissum fuit. (c) Edd. *conareris*. (d) Cod. *perditae*. (e) Cod. *instinctum*. (f) Cod. *id neque*. (g) Cod. *ipsi*. (h) Cod. *vel mandatae*.

(1) Nempe pro Sextio, uti nunc editio mea demonstrat; utique olim ante inventum romanum codicem divinaveram. Lege Ciceronem ad Att. II. 24.

(2) Recole pro Sextio LXIII. 3.

(3) Etiam in Verr. act. I. 7. ait Cicero C. Curio, *quem ego hominem honoris potius, quam contumeliae caussa nominatum volo*.

eodem in oratione, qua et ipsum et ·P· Clodium lacessivit (1).

2. Qui duos nefarios patriae proditores legibus exterminarat.

De ·L· Aemilio Paulo (2) dicit, qui consulatum postea cum ·M· Marcello gessit, ante annum quam bellum civile Pompei et Caesaris exardesceret. Hic igitur Paulus accusare instituerat de vi ·L· Catilinam, et ut quidam memoriae tradiderunt, ·C· Cethegum. Sed cum Catilina deficiens ab re ·p·se ad arma contulerat. Cethegus quoque in eadem coniuratione (a) consumtus est.

XI. 1. Spoliaretur beneficio et aequitate legis tuae (3).

(a) Cod. *perseveratione*.

(1) Deperditae huius orationis complura fragmenta ab hoc ipso interprete inlustrata superioribus annis Mediolani ego edidi, quibus alia postea addidit in taurinensi palimpsesto detecta cl. Peyronius. Nuper vero haec omnia orationis fragmenta concinnavit docteque edisseruit v. cl. Carolus Beierus germanus.

(2) Cod. *L. Aemilio Balbo*, sed bene inferius *Paulus*; quare et heic emendavimus *Paulo*, quum ipse se corrigat noster interpres. Recole de Paulo Vatinii accusatore parato p. 170. n. 1.

(3) Hanc legem vatiniam appellat hoc loco Cicero *de alternis consiliis reiciendis*. Quae autem sint *alterna consilia* vix se posse explicare ait Antonius Augustinus ad hanc legem. Verum ex nostro interprete patet, hoc loco nihil aliud indicari nisi *alternorum iudicum reiectionem*. Rem optime, ut mihi videtur, explicat Pighius in annalibus ad annum urbis DCXCIV. (sive ut alii supputant DCXCV) *Legem iudiciariam tulit* (P. Vatinius) *de alternis consiliis reiciendis*, *ut eam appellat*

Legem quidem hanc non inprobabilem videbatur ·P· Vatinius in tribunatu suo perrogasse, ut alternorum iudicum reiectio fieret; sed acute detrahit ei (a) laudem, quam de aequitate (b) legis consequi poterat; eo scilicet quod (c) egerit ut ·C· Antonius, qui collega ·M· Tulli fuerat in consulatu, an-
p. 415. te reus fieret | accusantibus ·Q· Fabio Maximo et ·M· Caelio Rufo (1), quam lex vatinia de reiectione iudicum perferretur; ne posset aequissimo iudicio reus Antonius frui (d): cum praesertim esset illi Vatinius idem adfinitate (e) coniunctus. Filiam (f)

(a) Edidi olim *et*; sed recte emendat cl. N. (b) Cod. *aequitatem*. (c) Cod. *degerit*. (d) Sic emendat egregie cl. N. Etenim codex habet *ut posset aequissimo iudicio reus Antonius ne fieret*. (e) Cod. *adfinitatem*. (f) Ita cod. sine nexus particula *enim* vel *nam*, ut alibi.

Cicero, qua reo actorique dabatur alterna reiectio iudicum. Quam legem cum promulgasset Vatinius, et ·C· Antonium paulo post reum futurum cognovisset, expectavit in ea perferenda donec Antonius reus fieret, legique tum addidit limitationem ut solummodo de iis posset intelligi, quorum nomina post eam latam deferrentur. Reiectionem iudicum alternorum memorat Cicero etiam in orat. *pro Plancio* XV, quae quidem oratio dicta fuit anno urbis DCC. videlicet quinto post Vatinii tribunatum, qua potestate quum fungeretur, tulerat eam legem Vatinius.

(1) ·C· Antonius velut Catilinariae quidem coniurationis socius accusatus est, sed damnatus a iudicibus quod provincias spoliavisset. Vide Dionem XXXVIII 10. Vide etiam Asconium ad orat. *in toga candida*. C· Antonii collegae sui causam sine fructu egit Cicero contra ·M· Caelium Rufum qui (ut ait ipse Cicero in orat. *pro ipso Caelio* XXXI) hunc accusaverat. Dixit in Antonium etiam ·Q· Maximus, ut patet ex Ciceronis in hac oratione cap. XI. et ex interprete nostro.

·M· Antonii (1) fratris eius habuerat in matrimonio.

XII. 1. Illo ipso anno, quo lex lata est de pecuniis repetundis.

Locupletatum interversa pecunia ·p· (2) et spoliatis etiam publicanis Vatinium dicit, ut ex paupertate ad summas divitias perveniret. Non sine quadam *cautela*, ne Caesarem *offenderet* (a), cui acceptissimus erat (3); eo, inquit, anno ditatus est, quo lex de pecuniis repetundis lata est, ab ipso scilicet Caesare; ut videatur et ille inpudenter Vatinio favere contra leges etiam iulias committenti.

2. Cui (b) totiens maledicas, quotiens te illi adfinem esse dicis.

Propter matrimonium videlicet Antoniae (c), quam Vatinius habuit uxorem. Nec ignoramus ·C· Caesari fuisse quandam cum illis adfinitatem. Quippe ·M· Antonius, qui postea triumvir fuit, matre Iulia (d) censebatur ·C· Caesaris sorore (4).

(a) Duo verba *cautela* et *offenderet* supplenda fuerunt in codicis vacuis spatiis. (b) Edd. *cum ei*. (c) Cod. *Antonia*. (d) Cod. *Tullia*.

(1) Nempe Cretici, qui frater fuit ·C· Antonii consulis cum Cicerone.

(2) Explica *populi*, vel *publica*. Vel potius transfer ·*P*· ante Vatinium, cuius praenomen fuisse *Publium* constat ex nostro interprete ad plancianam XVI. 1; ad hanc vatinianam XI; et ex Cicerone ad famil. V. 10 11; et denique ex Dione XXXVIII. 6.

(3) Studium Vatinii in Caesarem patet ex hac oratione, nec non ex interprete ad sext. LIII. 1, et e Svetonio in Iulio Caes. XXII.

(4) En cur Antonius ob oc-

P. 20. **3. Ut in epulo Q. Arrii familiaris mei cum toga pulla (1) || accumberes.**

De hoc et supra dictum est (2), epulum (a) dedisse Q. Arrium, cui epulo solus Vatinius atratus, hoc est cum toga pulla interfuerit; cum solerent adusque tempus balnearum atrati (b) esse, postea vero candidiorem habitum sumere. Sed occurrebat illud, ut aut in iis diceret, ea propter se in tristiore habitu perseverasse: *aut* ne ratae viderentur supplicationes, quas decerni postulaverat C. Pomptinus rebus in Gallia prospere gestis, cum etiam triumfum peteret, quem honorem obtinere non potuit, impedientibus amicis C. Caesaris, qui omnem laudem pacis atque victoriae studebant ad neminem (c) alium, nisi ad Caesarem pertinere (3). Igitur ne Vatinius huic (d) prodesset, idcirco se atratum fuisse, ne supplicationes nomine C. Pomptini ratas habuisse, et festa facere religiosa (e) probasse videretur; occurrit ei (f) vero Tullius, non oportuis-

(a) Cod. *aepulum*. (b) Cod. *adrati*. (c) Cod. *nem*. (d) Cod. *hec*. (e) Cod. *religiosas*. (f) Cod. *edi*.

cisum Caesarem tantas tragoedias fecerit.

(1) Heic desinit pars mediolanensis; quam feliciter continuat pars romana.

(2) In partibus amissis.

(3) Nunc demum cognoscimus veram supplicationum, de quibus heic agit Cicero, causam; de qua frustra hactenus critici laboraverant. Ad C. Pomptinum quod attinet, is legatus Crassi rem bene iam gesserat adversus fugitivos Spartaci socios, teste Frontino strat. II. 4. 7. Tum aliquot post annos, Pisone et Mes-

se etiam illo convivii tempore a ceterorum habitu dissentire, ne coetus epulantium (a) unius veste lugubri (1) contaminaretur.

XIII. 1. Postulatus ne sis lege licinia?

Crimine de sodaliciis Vatinius coeperat accusari, de quo puniendo iis legibus cavebatur (2)].

P. 19. 2. Appellaris ne tribunos (b) ·pl· *ne* causam diceres?

Argumentum conscientiae invenit, quia *noluit* (c) iudicio probare, nihil ab se contra leges esse commissum. Vigilantissime praeterea non collegium tribunorum, sed tantummodo ·P· Clodium dicit ab eo appellatum, quoniam diffideret scilicet auxilio ceterorum, et in uno spem haberet, qui etiam confessis (d) criminibus opitulari soleret.

3. Num quis (e) reus in tribunal sui quaesitoris escenderit (f), eumque vi de-

(a) Cod. *epulantius*. (b) Cod. *tribunus*. (c) Cod. *invenit quam iudicio*. (d) Cod. *cum fessi*. (e) Cod. *quit* (f) Cod. *quaesitoris exciderit*.

sala coss. bellum gallicum seu allobrogicum a ·C· Pomptino praetore confectum scribit Dio XXXVII. 47. 48. Triumphum denique multos post annos duxit; quem honorem diu ab invidis fuisse illi dilatum narrat Dio XXXIX. fin. De Pomptini impendente triumpho loquitur etiam Cicero ad Att. IV. 16, et ad Q. fr. III 4

(1) Scilicet ut ait Paulus sentent. I. 21. fin. *qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, purpura, et alba veste*

(2) Lego argumentum orationis pro Plancio.

turbarit, subsellia (a) dissuparit (b), urnas deiecerit (c)?

Haec facta sunt cum reus esset de vi ·P· Vatinius, accusante ·C· Licinio. Nam cum praetor ·C· Memmius quaesitorem sortito facere vellet, et Vatinius postularet ut ipse accusator suus mutuas reiectiones de quaesitoribus faceret (d); ipsius etenim Vatinii lege quam tulerat in tribunatu non satis aperte neque distincte (e) apparebat, utrum sorte quaesitor esset deligendus, an vero mutua inter adversarios facienda reiectio, conspirati quidam pro ipso Vatinio immissi, tribunal conscenderunt, et sortes quae intra urnam continebantur dispergere adgressi sunt; adque ita effectum est gratiose per ·P· Clodium ut omnia secundum voluntatem P. 18.
suam Vatinius obtineret.

4. Iudices quaestionum.

Eosdem et quaesitores nominabant (f), praepositos scilicet et ipsis iudicibus (1), quorum certus numerus de causa pronuntiare debebat.

(a) Cod. *subelia* (b) Ita cod. ut p. 16. (c) Male edd. *delegerit*. Sed rectissime correpondum *deiecerit* iubet Beltemannus, ut est in codice nostro val. (d) Cod. *quaesitoribus facerent*. (e) Cod. *apertae — distinctae*. (f) Cod. *quaestores nominarent*.

(1) Auctor ad Heren. IV. 35. ut iam observavit Pitiscus: *accusatoris officium est inferre crimina; defensoris diluere et propulsare; testis dicere quae sciérit aut audierit; quaesitoris est unumquemque horum in officio continere*. Ceteroquin quaesitoris auctoritatem in ipsos iudices cognoscimus etiam ex Cic. in Bruto LIV.

XV. 1. Ut legati ex eius ordinis auctoritate legarentur.

— — (a) Nullo iure Vatinium dicit in legationem esse profectum, cum soleat hoc a senatu peti, ut praesides provinciarum possint quos velint amicos suos habere legatos (1). Hunc igitur summa inpudentia non auctoritatem senatus expectasse, sed quodam iure privato tantam licentiam sibi depoposcisse.

2. Ut non nuntios pacis ac belli, non oratores (b), non interpretes (c).

Haec et reliqua usque ad finem copiosissimam habent — (d) varie (e) descripto legationis officio, ut hoc idem munus in omnibus recognoscas.

3. Post idem fecit in duobus prodigiis Clodius.

In consulibus Pisone et Gabinio scilicet. — (f) In invidiam P. Vatinii confertur, quasi huius temeritatis ipse Clodio dederit exemplum.

4. Neminem tribum sergiam perdidisse.

(a) Versiculus gr. cum dimid. vacuus. (b) Male edd. *oratores*. (c) Cod. *interpretetes*. (d) Supple vocabulum gr. (e) Cod. *varie*. (f) Supple vocabulum gr.

(1) Notemus hanc consuetudinem. Merito ergo fuit Furius Pilus qui secum in provinciam inimicos suos iussit legatos ire. Val. Max. III, 7. 5. et Dio Cassius fragm. vales. LXXXV.

P. 17. Haec enim constabat ex Sabinis et Marsis et Paelignis, quae suffragium tamen pro Vatinio tribuli suo non tulit. Et hoc ait Tullius pro gravissimo iudicio habendum, ut ab iis potissimum repulsam meruerit, quorum praevalere suffragio debuisset, nisi iuste omnibus displiceret (1).

5. Cum ego legem de ambitu tulerim.

Hac lege, quae auctoribus M. Cicerone et C. Antonio de ambitu lata est, multo severiore (a) quam fuerat ante Calpurnia, L. etiam Murena causam dixerat; contra quam tamen P. Vatinium fecisse arguit; cuius ipse legibus in tribunatu, quamvis contra auspicia latis, tamen obtemperasse videatur.

XVI. 1. C. Caesarem Aquileiae cum de quibusdam esset mentio facta, dixisse C. Alfium praeteritum permoleste tulisse.

Et hic tribunus pl. actiones C. Caesaris consulis contra M. Bibulum obnixe adiuverat (b), qui repulsam meruit in praeturae (c) petitione (2).

2. Graviterque etiam se ferre praetorem aliquem esse factum qui a suis rationibus dissensisset.

Domitius Calvinus praetor fuerat designatus,

(a) Cod. *severior*. (b) Cod. *obnixae adiuvaret*. (c) Cod. *praetura*.

(1) Lege similem locum pro Planc. VIII 1.

(2) Recole sextianam cap. LIII. 1. 2.

qui cum tribunus pl. esset, ·C· Caesari (a) constantissime repugnaverat (1).

3. Illum respondisse, Vatinium in tri||bunatu gratis nihil fecisse. P. 24.

— (b) Iudicatum ab (c) ipso ·C· Caesare de indignitate ·P· Vatinii, ut eum iustissime repulsam tulisse is etiam pronuntiaverit, qui ei maximam gratiam debuit ob tribunatum videlicet, in quo se Vatinius emancipaverat Caesaris voluntati. Summae igitur aequitatis hanc repulsam facit, quae nec ·C· Caesari (d) displicuerit.

XVII. 1. Ab illa taeterrima furia (e) productus.

A ·P· Clodio. Coarguit Vatinium (f), qui adversus Milonem testimonium diceret, quod habuisse armatos videretur eo tempore quo Cicero restitutus (g) est (2). Sed hoc — (h) graviter in Vatinium retorsit, quod oblitus inprobitatis pristinae Milonem nunc laudaverit nuper suo testimonio lacessitum.

2. Labeculam.

Notabile *deminutivum*. Sic tamen veteres et aetatulam et nubeculam dixerunt. Sed hic consultius per deminutionem dixit, quam dicere maluisset, ut Milonis consummatam et invictam virtutem proferat, quae non possit abiecti hominis obtrectatione maculari.

(a) Cod. *Caesaris*. (b) Versiculus gr. vacuus (c) Cod. *id* (d) Cod. *Caesaris*. (e) Ita edd. At cod. *filia*, mendose, ut arbitror, quamquam et a Cicerone ad Att. I. 14. Furia dicitur *filiola* propter petulantiam Antonii [illegible] etiam. (f) Cod. *cum venio Vatinius* (g) Cod. *restitus*. (h) Versiculus gr. vacuus

(1) Recole item sextianam loc. (2) Recole p. 116. et 122. cit.

3. Cum re (a) ·p· administranda Tito Annio cum ·P· Sestio consiliorum | societas fuerit.

Mire (b) complexus est causam duorum Milonis
P. 23. et Sestii, eam per omnia simillimam fuisse; ut cum Vatinius laudaverit Milonem, nunc inpudenter contra ·P· Sestium testimonium dicat, qui ab rebus gestis collegae (c) sui Milonis nulla in parte dissenserit (d); nec patiatur hoc ratio veritatis id in hoc accusari quod in Milone laudatum sit.

4. Dixeris ne in eum testimonium de vi, quem negaveris (e) reum omnino de vi fieri debuisse?

— (f) Evertit funditus auctoritatem testimonii eius, qui sibi repugnantia dixerit, quod est vitium in teste praecipuum.

EXPLICIT *IN VATINIUM* (1).

INCIPIT (2) — FELICITER.

(a) Edd. *cum in re*. (b) Cod. *mirae*. (c) Cod. *collega*. (d) Cod. *assenserit*. (e) Edd. *negaris*. (f) Versiculus pr. vacuus.

(1) Deest *in Vatinium*, quia coloratus litterarum aurus defluxit.

(2) Non legitur ob praedictam causam titulus orationis quae in codice subsequebatur; idque sane doleo; nam si forte ex ordine litterarum orationes scriptae fuerunt (Recole p. 105. n. 2.) sequi debuit oratio Ciceronis vel *pro Vatinio* vel *pro Vareno*; quam utramque desideramus.

AD ORATIONEM IN ·P· CLODIUM ET CURIONEM

EDITORIS MONITUM.

Orationis tullianae in Clodium et Curionem pauca verba in antiquis editionibus, sed uberrima apud plures auctores extabat memoria. Laudaverunt enim ex ea particulas aliquot Quintilianus, Nonius Marcellus, et Rufinianus, quas suis locis nos exhibebimus. Meminit eius etiam noster interpres ad orationem in Vatinium X. 1. Clodianum autem stuprum, quod occasionem praebuit huic orationi scribendae, sexcentis in locis commemorat Cicero. Vide, si lubet, de provinciis consularibus X, in Pisonem XXXIX, paradoxum IV, et passim pro domo, et de haruspicum responsis, et pro Milone, quae tres orationes magnam lucem affundunt huic nuper editae in Clodium et Curionem. Senecae item epistula XCVII. in eo scelere Clodii insectando paene tota consumitur. Adi etiam Valerium M. VIII. 5. 5. Sed nusquam enucleatius quam in libro I. Ciceronis epistularum ad Atticum res tota evolvitur. Nam epist. XII. ait Cicero: " ·P· Clodium Appii „ ·F· credo te audisse cum veste muliebri deprehensum domi „ ·C· Caesaris, cum sacrificium pro populo fieret, eumque per „ manus servulae servatum et eductum; rem esse insigni infa„ mia „. Tum epist. XIII. " Credo te audisse, cum apud Cae„ sarem pro populo fieret sacrificium, venisse eo muliebri ves„ titu virum, idque sacrificium cum virgines instaurassent, „ mentionem a ·Q· Cornificio in senatu factam: postea rem ex „ senatusconsulto ad pontifices relatam, idque ab iis nefas es„ se decretum. deinde ex senatusconsulto consules rogationem „ promulgasse; uxori Caesarem nuntium remisisse „. Historiam controversiae in senatu actae contexit Cicero epist. XIV. ex qua etiam apparet Curionem stetisse pro Clodio. " Homines ad „ XV. Curioni nullum senatusconsultum facienti assenserunt: „ ex altera parte facile CCCC fuerunt. acta res est. Fufius „ tribunus tum intercessit. Clodius conciones miseras habebat „. Sed descriptionem plenissimam huius causae clodianae habet epistula XVI. cum particulis ipsius orationis Tullii in ·P· Clodium, et Curionem. Quum haec epistula mirabiliter illustret nos-

tra recenter edita orationis fragmenta, imo et ipsum Anonymi item nuper editum commentarium; visum nobis est eam omnino heic paene integram potius praemittere, quam identidem ad eamdem minore cum fructu provocare.

„ Quaeris ex me, quid acciderit de iudicio, quod tam praeter opinionem omnium factum sit, et simul vis scire, quomodo ego minus, quam soleam, proeliatus sim. Respondebo tibi ὕστερον πρότερον, Ὁμηρικῶς. Ego enim, quamdiu senatus auctoritas mihi defendenda fuit, sic acriter et vehementer proeliatus sum, ut clamor concursusque maxima cum mea laude fierent. Quod si tibi umquam sum visus in re publica fortis, certe me in illa caussa admiratus esses. Cum enim ille ad conciones confugisset, in hisque meo nomine ad invidiam uteretur, dii immortales! quas ego pugnas, et quantas strages edidi? quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totam illam manum feci! quomodo sum insectatus levitatem senum, libidinem iuventutis! Saepe, ita me dii iuvent! te non solum auctorem consiliorum meorum, verum etiam spectatorem pugnarum mirificarum desideravi. Postea vero quam Hortensius excogitavit, ut legem de religione Fufius tribunus ·pl· ferret, in qua nihil aliud a consulari rogatione differebat, nisi iudicum genus (in eo autem erant omnia) pugnavitque, ut ita fieret; quod et sibi et aliis persuaserat, nullis illum iudicibus effugere posse; contraxi vela, perspiciens inopiam iudicum; neque dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum, ut non possem praeterire. Itaque, si caussam quaeris absolutionis (ut iam πρὸς τὸ πρότερον revertar) egestas iudicum fuit et turpitudo. Id autem ut accideret, commissum est Hortensii consilio, qui dum veritus est, ne Fufius ei legi intercederet, quae ex ·S·C· ferebatur, non vidit illud, satius esse, illum in infamia relinqui sordibus, quam infirmo iudicio committi. sed ductus odio properavit rem deducere in iudicium, cum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret. Sed iudicium, si quaeris quale fuerit, incredibili exitu; sic, uti nunc ex eventu ab aliis, a me tamen ex ipso initio consilium Hortensii reprehendatur. Nam ut reiectio facta est clamoribus maximis, cum accusator, tanquam censor bonus, homines nequissimos reiiceret, reus, tanquam clemens lanista, frugalissimum

„ quemque secerneret, ut primum iudices consederunt, valde
„ diffidere boni coeperunt. non enim umquam turpior in ludo
„ talario consessus fuit: maculosi senatores, nudi equites,
„ tribuni non tam aerati quam, ut appellantur, aerarii. Pauci
„ tamen boni inerant, quos reiectione fugare ille non potuerat,
„ qui maesti inter sui dissimiles, et maerentes sedebant, et
„ contagione turpitudinis vehementer permovebantur. Hic, ut
„ quaeque res ad consilium primis petitionibus referebatur,
„ incredibilis erat severitas, nulla varietate sententiarum:
„ nihil impetrabat reus, plus accusatori dabatur, quam postu-
„ labat: triumphabat (quid quaeris?) Hortensius se vidisse
„ tantum: nemo erat, qui illum reum ac non miliens condem-
„ natum arbitraretur. Me vero teste producto, credo te ex
„ acclamatione Clodii advocatorum audisse, quae consurrectio
„ iudicum facta sit, ut me circumsteterint, ut aperte iugula
„ sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. Quae mihi res mul-
„ to honorificentior est, quam aut illa, cum iurare tui cives
„ Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt; aut cum ta-
„ bulas Metelli Numidici, cum hae, ut mos est, circumferren-
„ rentur, nostri iudices aspicere noluerunt: multo haec, in-
„ quam, nostra res maior. Itaque iudicum vocibus, cum ego sic
„ ab his, ut salus patriae, defenderer, fractus reus et una pa-
„ troni omnes conciderunt. Ad me autem eadem frequentia
„ postridie convenit, quacum abiens consulatu sum domum re-
„ ductus. Clamare praeclari areopagitae, se non esse venturos,
„ nisi praesidio constituto. Refertur ad consilium: una sola
„ sententia praesidium non desideravit. Defertur res ad sena-
„ tum: gravissime ornatissimeque decernitur, laudantur iu-
„ dices, datur negotium magistratibus. responsurum hominem
„ nemo arbitrabatur. Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι, ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ
„ ἔμπεσε. Nosti Calvum ex Nanneianis illum laudatorem meum,
„ de cuius oratione erga me honorifica ad te scripseram. Bi-
„ duo per unum servum, et eum ex ludo gladiatorio, confe-
„ cit totum negotium: accersivit ad se, promisit, intercessit,
„ dedit. Iamvero (o dii boni! rem perditam!) etiam noctes
„ certarum mulierum atque adulescentulorum nobilium intro-
„ ductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.
„ Ita summo discessu bonorum, pleno foro servorum, XXV iu-
„ dices ita fortes tamen fuerunt, ut, summo proposito periculo

,, *vel perire maluerunt, quam perdere omnia; XXXI. fuerunt,*
,, *quos fames magis, quam fama, commoverit. quorum Catu-*
,, *lus cum vidisset quemdam, quid vos, inquit, praesidium*
,, *a nobis postulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur, time-*
,, *batis? Habes, ut brevissime potui, genus iudicii, et causam*
,, *absolutionis. Quaeris deinceps, qui nunc sit status rei publi-*
,, *cae et qui meus. Rei publicae statum illum, quem tu meo*
,, *consilio, ego divino confirmatum putabam, qui bonorum om-*
,, *nium coniunctione, et auctoritate consulatus mei fixus et fun-*
,, *datus videbatur, nisi quis nos Deus respexerit, elapsum sci-*
,, *to esse de manibus uno hoc iudicio; si iudicium est, trigin-*
,, *ta homines populi R. levissimos ac nequissimos, nummulis*
,, *acceptis, ius et fas omne delere, et, quod omnes non modo*
,, *homines verum etiam pecudes factum esse sciebant, id Tul-*
,, *nam et Plautum et Spongiam et ceteras huiusmodi quisqui-*
,, *lias statuere, numquam esse factum. Sed tamen ut te de re*
,, *publica consoler; non ita, ut speraverunt mali, tanto imposito rei*
,, *publicae vulnere, alacris exultat improbitas in victoria. Nam*
,, *plane ita putaverunt, cum religio, cum pudicitia, cum iudi-*
,, *ciorum fides, cum senatus auctoritas concidisset, fore ut*
,, *aperte victrix nequitia ac libido poenas ab optimo quoque pe-*
,, *teret sui doloris, quem improbissimo cuique inusserat seve-*
,, *ritas consulatus mei. Idem ego ille (non enim mihi videor*
,, *insolenter gloriari, cum de me apud te loquor, in ea prae-*
,, *sertim epistula quam nolo aliis legi) idem, inquam, ego*
,, *recreavi afflictos animos bonorum, unumquemque confirmans*
,, *et excitans; insectandis vero exagitandisque nummariis iudi-*
,, *cibus omnem omnibus studiosis ac fautoribus illius victoriae*
,, *παῤῥησίαν eripui. Pisonem consulem nulla in re consistere um-*
,, *quam sum passus desponsam homini Syriam ademi. senatum*
,, *ad pristinam suam severitatem revocavi atque abiectum ex-*
,, *citavi Clodium praesentem fregi in senatu, cum oratione*
,, *perpetua, plenissima gravitatis, tum altercatione eiusmodi,*
,, *ex qua licet pauca degustes. Nam cetera non possunt habe-*
,, *re eamdem neque vim neque venustatem, remoto illo studio*
,, *contentionis quem ἀγῶνα vos appellatis. Nam, ut idibus Maii*
,, *in senatum convenimus, rogatus ego sententiam, multa di-*
,, *xi de summa rei publicae atque ille locus inductus est a me*
,, *divinitus, ne, una plaga accepta, patres conscripti conci-*
,, *derent, ne deficerent vulnus esse eiusmodi, quod mihi ne-*

„ que dissimulandum neque pertimescendum videretur: ne aut
„ ignorando stultissimi (a) indicaremur. Bis absolutum esse Len-
„ tulum, bis Catilinam: hunc tertium iam esse ab iudicibus in
„ rem publicam immissum. Erras Clodi, non te iudices urbi
„ sed carceri reservarunt neque retinere in civitate, sed exi-
„ lio privare voluerunt. Quamobrem, patres conscripti, erigite
„ animos, retinete vestram dignitatem. Manet illa in re publica
„ bonorum consensio dolor accessit bonis viris, virtus non est
„ imminuta nihil est damni factum novi; sed, quod erat, in-
„ ventum est in unius hominis perditi iudicio plures similes
„ reperti sunt. Sed quid ago? paene orationem in epistulam
„ inclusi. Redeo ad altercationem. Surgit pulchellus puer obi-
„ cit mihi, me ad Baias fuisse. Falsum, sed tamen quid hoc?
„ Simile est, inquam, quasi in operto dicas fuisse. Quid, in-
„ quit, homini arpinati cum aquis calidis? Narra inquam, pa-
„ trono tuo, qui arpinates aquas concupivit; nosti enim ma-
„ rianas (b). Quousque, inquit, hunc regem feremus? Regem ap-
„ pellas, inquam, cum Rex tui mentionem nullam fecerit? Ille
„ autem Regis hereditatem spe devorarat. Domum, inquit, e-
„ misti. Putas, inquam, dicere, iudices emisti? Iuranti, in-
„ quit, tibi non crediderunt. Mihi vero, inquam, XXV. iudi-
„ ces crediderunt XXXI. quoniam nummos ante acceperunt,
„ tibi nil crediderunt. Magnis clamoribus afflictus conticuit et
„ concidit. Noster autem status est hic. Apud bonos iidem su-
„ mus, quos reliquisti; apud sordem urbis et faecem multo
„ melius, quam reliquisti nam et illud nobis non obest, vide-
„ ri nostrum testimonium non valuisse. Missus est sanguis in-
„ vidiae sine dolore: atque etiam hoc magis, quod omnes illi
„ fautores illius flagitii rem manifestam illam redemptam esse
„ ab iudicibus confitentur. „

Haec ad declarandam historiam ac paene cursum huius orationis sufficiant: cuius nos integrum argumentum amplumque antiqui interpretis commentarium deprehendimus, non sine multis et nobilibus fragmentis ipsius deperditae orationis. Scripta est autem haec oratio consulibus Pisone et Messala, idest Ciceronis anno XLVI, urbis DCLXXXXIII.

(a) Locum hiantem Lambinus ex cod. memm. explebat sic aut metuere de ignavissimi, ut cl. Beierus adnotat. Ego in codd. ambrosianis nullum supplementum inveniebam. (b) Ita unus codex apud Ursinum, pro marcianas, ut admonet cl. Beierus. Confer infra cap. IV. §.

INC· IN ·P· CLAUDIUM (a).

ARGUMENTUM

Aput Graecos *huiusmodi genera orationum* ἐπαινοῦντα καὶ ψέγοντα (b) nominantur, continentia ferme laudes et vituperationes. Non enim rei postulantur a Tullio vel ·C· Curio vel ·P· Clodius; sed quoniam habuerant in senatu quandam iurgiosam decertationem, visum Ciceroni est hanc orationem conscribere plenam sine dubio et asperitatis et facetiarum, quibus mores utriusque proscindit, et de singulorum vitiis quam potest acerbissime loquitur (1). Sed enim principium huius offensae fertur a ·P· Clodi incestu (c) descendisse. Nam visus est in domo pontificis maximi ·C· Caesaris eiusdemque praetoris incestum fecisse cum eius uxore Pompeia, eo tem-

(a) Ita cod. hoc loco habet *Claudium*, sed deinceps in aliarum paginarum titulis plerumque *Clodium*. Nimirum scribebant Romani *Clau.*, pronunciabant *Clo.*; qui fere mos est hodiernorum Gallorum. (b) In codice locus sic se habet *aput Graecos . . . nominantur etc.*, spatio vacuo. Huiusmodi spatia vacua haud raro occurrunt in codice, quae plerumque replenda sunt vocibus graecis, quas librarius, qui graece fortasse erat ignarus, omisit. Visum autem nobis est supplere ἐπαινοῦντα καὶ ψέγοντα. Consulatur Aristoteles rhetoric. lib. I. cap. 3., itemque Isocrates panath. edit. Wolfianae per Crispinum p.557. A. Nisi quis maluit supplere ἐπιδεικτικά ex Cicerone in oratore XI, et Fortunatiano rhet. lib. I. sub initio. (c) Cod. evidenter pro *incestu* habet *iratu*.

(1) Consonat Quintilianus inst. III. 7: *editi in competitores* (in consulatus petitione, Antonium et Catilinam), *in ·L· Pisonem, IN CLODIUM ET CURIONEM libri, vituperationem continent; et tamen in senatu loco sunt habiti sententiae.*

pore (a) quo per Vestales virgines et matronas honestissimas in operto Bonae deae sacrificium viris omnibus inaccessum fiebat. Unde elabso tamen Clodio, magna invidia percrebuit et infamia caerimoniarum, ut senatus decernere cogeretur, omni (b) diligentia consulum pervestigandum, siquod esset publicis religionibus inlatum flagitium. Accedebat huc etiam praeiudicium quoddam ·C· Caesaris ipsius pontificis, qui uxorem suam ilico repudiavit. Post quod reus de incesto (c) factus est ·P· Clodius, accusante ·L· Lentulo, defendente ·C· Curione patre. Nam tres illis temporibus Curiones inlustri nomine extiterunt, atque ita in libris (1) adhuc feruntur; Curio avus qui Servium Fulvium incesti reum defendit; et hic ·C· Curio pater, qui ·P· Clodio adfuit; et tertius ille Curio tribunicius, qui bello civili pompeiano in Africa periit: cum *enim* esset partium Caesaris, oppressus est ab equitibus Iubae regis. Sed hactenus de Curionibus dictum sit. Multum diuque habitis concertationibus ante iudicium, ·P· Clodius a turbulenta multitudine, ne causam diceret, non sine impetu seditionis adiutus est: auctore huius conspirationis ·Q· Fufio Caleno tribuno ·pl· (2), cuius mentionem creberrimam Tullius in

(a) Cod. *cum eo tempore* (b) Cod. *omnia.* (c) Ita cod., non *incestu.*

(1) Nempe in eorum orationibus, quae adhuc supererant, cum hic commentarius scribebatur. Plinius hist. VII. 41: *una familia Curionum, in qua tres continua serie oratores extiterunt.*

(2) Asconius ad orat. pro Mil. VI. narrat: *per Fufium* (seu *Fusium*) *illo tempore quo de incestu ·P· Clodii actum est, factum ne a senatu asperius decerneretur.*

filippicis (a) orationibus facit (1), obstante vero paene (b) universo senatu pro sanctimonia religionum adversus crimen incesti. Iudices tamen ad extremum dati sunt. Et primo quidem ab senatu praesidium petiverant, ut de Clodio potentissimo homine liberius iudicaretur. Verum ita res cecidit, ut in eum multi grave testimonium dicerent; quorum in numero Marcus ipse Tullius interrogatus, ait ad se salutatum venisse ipsa die Clodium, qua se ille contenderat Interamnae (c) fuisse (2), millibus passuum ferme LXXXX. ab urbe disiunctum; quo scilicet videri volebat, incesti Romae committendi facultatem non habuisse. Et post haec ab iudicibus XXV. damnatus est. Praevaluit tamen ad eius victoriam maior eorum numerus qui absolverunt: nam XXX. et una pro eo sententiae latae sunt. Inde igitur kapitalis (d) inimicus in ·M· Tullium coepit effer-

(a) Sic *filippicis*. Retineo autem *F* pro *PH*, quia haec scriptio non est infrequens in antiquis latinis codicibus. Vide et gr. Symmachum laud. I in Valentin. sen. cap. IX, laud. II. cap. XXV, laud. in Gratian. cap. VII. (b) Cod. *pene* hoc loco, at alibi fere semper scribitur *paene*. (c) Codex habet corrupte *Interamne*. Contra superius item mendose, *aequitibus*, *caecidit*, pro *equitibus*, *cecidit*. Nimirum diphthongorum ratio valde est in codice perturbata, quod quidem, meo iudicio, demonstrat scribere solitos fuisse Romanos *ae*, sed pronunciare *e*; veluti retro observari est pronunciari solitum *e*. (d) Ita cod. littera graeca *kapitalis*. Sic inferius occurret *kaput*. Cicero ipse in oratore XLVIII scripsit *Karthaginem*. Sic apud veteres non raro occurrunt *kalendae*, *kalumnia*, *karissimus* etc. Vide Quintil. inst. I, 7. Frontonem in exemplis elocutionum voc. K; Marcianum Capellam lib. III. cap. de muliis; et in Putschio Terentianum p. 2400, Valer. Prob. p. 1515, tum denique Cellarium orthogr. edit. Patav. 1726. p. 7.

(1) Vide praesertim octavam, tum etiam decimam, undecimam et duodecimam.

(2) Hoc Clodii mendacium ridet Cicero etiam pro domo xxx. et pro Mil. xvii.

ri: et cum illo anno potestate (a) quaestoria fungeretur, aput populum creberrimis eum contionibus lacessebat: minas quin immo praetendens, ad familiam se plebeiam transiturum (1), ut tribunus ·pl· fieret, denuntiabat. Quibus minacissimis illius vocibus vehementer et acerrimo spiritu hac oratione Cicero respondit, duorum tam ipsius quam Curionis (2).

INCIPIT ORATIO CUM COMMENTARIO.

I. 1. Statueram (b) ·P·C· quoad reus esset ·P· Clodius nihil de illo neque aput vos neque alio ullo in loco dicere.

Facere videtur hoc *in argumentum* (c) gravitatis et modestiae suae; verum summa (d) cum asperitate, quamvis absolutus sit Clodius, tamen incestum vere commisisse adhuc adseverat. Hoc enim testificando, se omni et humanitate et patientia ·P· Clodio pepercisse, sine dubio confirmat veritatem sui testimonii, ut omnia de illo cum fide dixerit, cui per illud tempus reatus parcendum putaverit.

2. Ac furiosis contionibus indixerat.

Opportune (e) et acriter furiosum ·P· Clodium dicit, ut in eum suspicio conveniat incesti, cuius ingenium furore iactetur.

(a) Cod. *testate*. (b) Cod. *staturam*. (c) Spatium est in codice, quod nos replevi. (d) Cod. *summae*. (e) Cod. *opportunae*.

(1) Id reapse praestitit Clodius, cum ut a Fonteio adoptaretur curavit. Vide pro domo XIII-XIV, et de haruspicum resp. XXVII.

(2) Sensus videtur huiusmodi, *hac oratione Cicero respondit orationibus duorum* etc.

3. Quod simul ab eo mihi et rei ·p· denuntiabatur (a).

Et suae dignitati plurimum dedit, et ·P· Clodium vehementius accusavit. Nam gloriae Ciceronis accedit, quod seiungi a re ·p· non potest: invidiae autem ·P· Clodii adstruitur, si odisse videatur in Cicerone rem ·p·

4. Nihil me adere (b) ad alterius periculum.

Satis agit, ut in testimonio non existimetur esse mentitus.

5. Sin esset iudicatum non videri virum venisse, quo iste venisset.

Amaritudo stomachi est in hac sententia, qua perstringit mores ·P·Clodi scilicet inpudicos, ita dicendo: non videri virum venisse quo iste venisset. Quasi hoc pronunciaverint (c) qui eum sententiis suis liberaverunt, non ut incestum sibi probari non potuisse dicerent, sed ut ipsum virum negarent.

6. Ut ille iudicio tamquam e naufragio nudus emersit (1).

Hoc (d) in loco et ipsorum iudicum perstringit in-

(a) Cod. *denuntiabantur*. (b) Ita cod. *adere* pro *addere*. Et sic in fragmentis orationis pro Tullio. (c) Cod. *pronunciaverit*. (d) Ita supplet M *hoc*. Confer infra III. 5.

(1) Locus hic paulo liberius laudatur a Quintiliano inst. VIII 3. sub finem sic: *quo ex iudicio velut ex incendio nudus effugit*. Iam simili locutione adversus Clodium utitur Cicero etiam de haruspicum resp. XVIII: *te iudices emiserunt excussum et exhaustum; suo iudicio absolutum, omnium condemnatum*.

famiam, quorum sententiis fuerat absolutus. Nam partim treccna milia, partim vero, secundum opiniones aliorum, quadringena accepisse dicuntur.

II. 1. "Ac vide, an facile fieri tu potueris, cum is factus non sit, cui tu concessisti (1)". Syriam (2) sibi nos extra ordinem polliceri.

Diximus in argumento, per illud tempus Clodium fuisse quaestorem. Opimas igitur provincias cupiditati suae blandientem dicit in animo habuisse: quasi hoc ab senatu consequi posset, quod ipse rapinarum meditatione gestiret.

2. Creditoribus suis spem ostentare provinciae videretur.

Et defaeneratum (a) hac in parte significat.

3. Augent magnum quendam cumulum aeris alieni.

Quod non posset, nisi omnium provinciarum spoliatione, dissolvi.

4. Ingemuit gravius timidior quidam creditor.

(a) *Nempe faeneribus exhaustum.*

(1) Verba haec laudata a Quintiliano inst. V 10. ex oratione in Clodium et Curionem heic addenda videbantur, quae a codice ambrosiano absunt.

(2) Ipse Clodius Gabinio Syriam deinde regendam dedit, cuius nimirum consulis ope Ciceronem pepulerat in exilium. Vide pro domo XXVI., et de provinciis consul., et pro Sextio, atque in Pisonem passim; denique Plutarchum in Cicerone. Et quidem Clodius negabat quemquam ulli publicae rei extra ordinem esse praeficiendum. Vide Cic. pro domo VIII.

Ne quaesieris eius personam (1), de quo videtur hoc dicere. Nam generatim fingit, ut desperatio pecuniae recuperandae consternaverit creditores eius, metuentes scilicet revertendi tarditatem.

5. Confirmat se comitiis consularibus Romae futurum.

Aculeus est asperitatis. Nam plerisque in locis in perversas ab eodem Clodio criminatus est pecunias candidatorum.

6. Tanto prius ad aerarium venit, ut ibi ne scribam quidem quemquam offenderet.

Aput aerarium sortiri provincias et quaestores solebant et scribae (2), ut pro certo appareret in quam provinciam, vel cum quo praeside proficiscerentur. Ardorem quendam nimiae cupiditatis volens exprimere, festinasse ad aerarium dixit, ut etiam scribarum praeveniret adventum.

III. 1. " Quibus iste „ qui omnia sacrificia nosset " facile ab se deos placari posse arbitrabatur (3) „.

Ut incestum significaret, mediam (a) suspendit

(a) Cod. corrupte *significare medies suspendit elocutionem*. Porro ob

(1) Asconius ad act. I. in Verr. VIII. *horum nomina quidam inepte quaerunt: quasi certum sit quod dicitur, et non de industria fingatur a Tullio ad invidiam adversariorum et sui defensionem.*

(2) Confer in Catil. IV. 7. ibique scholiastam barbarorum a Gronovio editum, qui nunc tamen praesidium suffragiumque adfirmationi suae ab antiquo ambrosiano accipit. N

(3) Hunc locum citat Quintilianus inst. IX. 2. sub finem. Et quidem codex ambrosianus habet tantum verba *qui omnia sacrificia nosset.*

elocutionem; non ut religionem praetenderet, sed ut crimen.

2. Cum se ad plebem transire velle diceret(a), sed misere fretum transire cuperet.

Quoniam patriciis non licebat tribunatum ·pl· accipere, idcirco se Clodius denuntiaverat in plebeiam familiam transiturum, ut adeptus hanc potestatem, de suis inimicis vindicaretur. De freto autem quod ait, illut significat quo Sicilia ab Italia separatur: in qua se provincia sub ·C· Vergilio (1) gratularetur idem futurum esse quaestorem.

3. Hanc loquacem Siciliam non despexit.

Loquacem videtur Siciliam dicere quod plerosque de pecuniis repetundis (b) accusaverat, et (2), ut scimus, ipsum ·C· Verrem.

4. Accesserunt ita pauci, ut eum non ad

loci intelligentiam, adest similis in hac orat. inferius VI. 3: *extremas verborum medietates elegantissime ab oratore suspendi.* Confer eundem nostrum interpretem ad orat. pro Plancio X. 6.

(a) Cod *diceare.* (b) Cod. *repetundiis*

(1) C· Vergilius Siciliam obtinebat praetor etiam cum Cicero in exilium profectus est. Namque ita de suo illo itinere scribit Cicero pro Planc. XL: *Siciliam petivi animo, quae et ipsa erat mihi, sicut domus una, coniuncta: et obtinebatur a ·C· Vergilio, quocum me uno vel maxime cum vetusta amicitia, tum mei fratris collegia, tum respublica sociarat.*

(2) Cod. *accusaverant, sed ut scimus* etc. Cicero lib. II. in Verr. cap. 3. ait in neminem civitates siculas ante Verrem testimonium publice dixisse. Quod ibi confirmat Asconius scribens in commentario: *recte, quia Lepidus legibus tantum interrogatus, necdum etiam coeperat accusari.* Verum causa verrina acta est anno nono ante hanc clodianam. Ergo Cicero eiusque interpres

contionem, sed sponsum diceres advocasse.

Aere alieno gravatum et supra dixerat Clodium. Solebant autem versuram facientes quasi ad spem (a) solutionis futurae sponsores dare. Verum hic volens eius perfidiam denotare, ait: non aliter paucos ad rostra venisse, quam si convocasset eos qui pro se sponderent. Multos enim fefellerat, cum periculo sponsionis adstringeret.

5. Cuius satisdationes semper dicuntur (b) induci.

Satisdationes dicit rescindi sententia praetoris. Et hoc in loco significat viros, qui stulte timerent pro Clodio mutuante pecuniam spondere (c), cum saepenumero experti sint, multos sponsores eius hoc nexu liberatos, cum se (d) circumventos illius fraude docuissent (1).

IV. 1. [*intel*lego (2) quam in absentem (e)

(a) Codex oblitteratus videbatur mihi habere *advem*, eamque putavi vitiosam metathesim pro *vadem*. Sed rectius emendare videtur ill. N. *ad spem*. (b) Ita N. At cod. *indicuntur*. (c) Cod. *spondeant*. (d) Cod. *et*. (e) Cod. tant. *indigente*.

dicunt Siciliam loquacem et accusatricem multorum post causam verrinam.

(1) Puta, si non praedixisset palam ac declarasset; de qua re Gaius III. 123. *Lege cautum est, ut is qui sponsores aut fidepromissores accipiat, praedicat palam et declaret, et de qua re satis accipiat, et quot sponsores aut fidepromissores in eam obligationem accepturus sit: et nisi praedixerit, permittitur sponsoribus et fidepromissoribus intra diem XXX. praeiudicium postulare, quo quaeratur, an ex ea lege praedictum sit. Et si iudicatum fuerit, praedictum non esse, liberantur.*

(2) Ex hoc loco incipiunt fragmenta quaedam huiusmet ora-

esse dicenda.] Primum homo durus, ac priscus, invectus est in eos, qui mense aprili aput Baias essent, [et aquis calidis uterentur.]

Consuetudo erat multis, ineunte verno, ad aquarum, quae sunt in Campania, velut fomenta salubria, convenire. Igitur intulit personam Clodii, quasi priscae severitatis et continentiae viri, cui displiceant et quae non ad delicatam voluptatem, sed ad valetudinis optinendae curam fieri soleant, cum sit (a) ipse omnium libidinum cupiditatibus deditus. Et hinc fiet gradus ad ipsius Ciceronis puteolanas possessiones, in quas devertere ad oblectamentum solebat. Removit ergo inpudentiam reprehendentis a moribus suis, ne vel superbus vel nimium delicatus (b) habeatur.

2. [Quid cum hoc homine nobis tam tristi ac severo? Non possunt hii mores ferre hunc tam austerum et tam vehementem magistrum,] per quem hominibus maioribus natu, ne in suis quidem praediis [inpune] tunc, (c) cum Romae nihil agitur, liceat esse valetudinique servire. [Verumtamen ceteris . . sit ignoscere . . vero (d) . . in illo

(a) Cod. *sint*. (b) Cod. *delictus* (c) Taur. *tum*. (d) In lacunis perierunt quatuor circiter vocabula. Iam verba *sit ignoscere vero* habet quidem cl. Peyronius p. 65. in grandiore scriptura, verum eadem incaute omisit in minore p. 115.

tionis a cl. Peyronio e taurinensi codice edita; quae a me praetermittenda non sunt, etiamsi ambrosianus interpres ad ea non sit commentatus. Taurinensia tamen additamenta, distinctionis gratia, uncis includam.

loco nullo modo. Quid homini, inquid, arpinati cum Bais, agresti ac rustico?]

Congesta et copiosa defensio est in ipsa propositione: ut eorum moribus nihil oporteat exprobari (a), qui certo tempore anni salubres aquas petant; vel quia aetate provecti sint, quae ferme valetudo parum fida est; vel quia in suis praediis demorentur, quod est legitimae honestatis; vel quia eo tempore, quo sint Romae omnia quietissima: nequis hoc ad fugiendum laborem civilium rerum facere videatur: vel quod sit omni modo valetudini serviendum, quae non minus ipsis senatoribus, quam rei ·p· necessaria sit, ut fortius possint obire munia, quae gerenda sunt.

3. [Quo loco] ita fuit caecus, ut facile appareret, vidisse eum quod fas non fuisset(1):

De Appi enim caeci familia genus trahebat. Et praecipitem volens significare atque temerarium, resculpit infamiam illius incesti, quod fecisse in operto Bonae deae videbatur, quo viris ingredi

(a) Ita cod. *exprobari* uti in orat. de aere alieno Milonis II 6, *exprobare*.

(1) Hunc locum illustrat Cicero de harusp. resp. XVIII, qui loquens de eodem hoc stupro Clodii, sic ait: *aut quod oculos, ut opinio illius religionis est, non perdidisti. Quis enim ante te sacra illa vir sciens viderat, ut quisquam poenam, quae sequeretur illud scelus, scire posset? An tibi luminis obesset caecitas plus quam libidinis? Ne id quidem sentis, conniventes illos oculos abavi tui magis optandos fuisse?* Confer etiam de domo XL.

non liceret: quasi poenam criminis sui luere iam coeperit, nihil providendo quod dicat.

4. [Nec enim respexit] illum ipsum patronum libidinis suae [non modo aput Baias esse, verum eas ipsas aquas habere, quae gustu tamen harpinatis fuissent. Sed videte metuendam inimici et hostis bilem et licentiam. Is me dixit aedificare; ubi nihil habeo, ibi fuisse qu . . . enim non . . (a) patentem adversarium, qui id obiciat, quod vel honeste confiteri, vel manifesto redarguere possis?]

·C· Curionem qui de proscribtione Syllana fundum emerat in Campania, qui Marii nuper fuerat et ipsius arpinatis. Quo se exemplo facillime Cicero purgavit, non esse id in se reprachendendum (b), quod municipi suo ·C· Mario consulari numquam fuerit infame (1).

(a) Perierunt in lacuna vix tria vocabula (b) Ita cod. hic et plerumque alibi cum diphth.

(1) Hinc iam commode explicatur Ciceronis locus (superius in monito) cuius sensum nondum interpretes adsecuti fuerant. Ait ibi Cicero Clodium sibi obiecisse delicias: *quid, inquit, homini arpinati cum aquis calidis? narra inquam. patrono tuo, qui arpinates aquas concupivit.* Curio Clodii patronus emerat fundum, qui Marii arpinatis fuerat. Quid mihi arpinati, inquit Cicero, balneas obiicis? obiicio potius patrono tuo Curioni, qui arpinatis hominis fundum et aquas concupivit. Commentario nostro quom carerent interpretes, alii *patronum* Clodii intellexerunt Clodiam sororem, ut Corradus, Iunius, Gronovius. Alii ignotum quemdam, ut Malaspina. Casau-

V. 1. Nam rusticos ei nos videri, minus est mirandum, qui manicatam tunicam (1), [et mitram, et purpureas fascias habere non possumus.] " Tu vero festivus, tu elegans, tu solus urbanus; quem decet muliebris ornatus, quem incessus (a) psaltriae, qui effeminare vultum, attenuare vocem, laevare (b) corpus potes (2). "

Mixta responsio et facetiis urbanitatis et asperitatis virulentia non sine χλευασμῷ (c). Definit enim rusticos et urbanos ita, ut in se ingenium sobriae virtutis, in Clodio indicia foeditatis et dedecora proscribat.

2. [O singulare prodigium! Ad (d) o monstrum! Nonne te huius templi, non urbis, non vitae, non lucis pudet? Tu] qui in-

(a) Cod. *incaestus*. (b) Ita *leve*. cod. taur. p. 66, et deterius ed. p. 115. *lev*. Porro quod cl. Peyronius in scholiis p. 174. dicit *levare* positum pro *minuere*; mihi aliter videtur, nempe pro *levigare*. Neque Nonii testimonium de hac re video. (c) Codex habet: *mixta responsio et facetiis urbanitatis et asperitatis video lenitie non sine*. Tum sequitur spatium. Placent autem mihi cl. Beieri duorum verborum supplementa. (d) Ita cod. taur. pro *at*.

bonus etiam turpicula quaedam in hunc locum invexit, *arpinates aquas* explicans *συνουσίας*.

(1) Huc usque laudatur hic locus partim a Rufiniano de figur. sent. etc. sub initium, partim a Nonio voc. *elegantes*. Sed integriorem nos dedimus ex cod. taurinensi.

(2) Tunicae manicatae exprobrantur viris etiam aeneid. IX. 616: *et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae*. Tum thebaid. VII. 657: *bracchiaque in manicis, et pictae vincula plantae*.

dutus muliebri veste fueris (1), [virilem vocem audes emittere, cuius inportunam libidinem et stuprum cum scelere coniunctum ne subornandi quidem mora retardavit.]

Videtur enim Clodius habitu muliebri sexum mentitus penetrasse domum C. Caesaris, ut incestum sub hac fraude committeret. Id describitur (a), ut omnia liniamenta turpitudinis detegantur.

3. Tu ne cum vincirentur pedes fasciis, cum calautica (b) capiti accomodaretur, cum cum vix manicatam tunicam in lacertos induceres, cum strophio accurate praecingerere (2), in tam longo spatio numquam te Appi Claudi nepotem esse recordatus es? Nonne, etiamsi omnem mentem libido averterat, tamen ex . . .

(a) Spatium unius versus relinquitur in codice. (b) *Calautica*, seu *calantica*, heic et inferius habet codex ambrosianus. Et quidem ita quoque Ulpianus in *digestis* lib. XXXIV. tit. 2. leg. 25. Vide etiam Vossium in *etymol.*, et Vinetum in notis ad Auson. perioch. V. odysseae. Glossarium philoxenianum habet *cacautica*, quod vocabulum ibidem explicatur εἶδος ζωνης. Cod. taurin. *calvatica*.

(1) Clodium ita indutum graphice describit Cicero etiam de harusp. resp. XXI.

(2) Locum laudat Nonius ex oratione in Clodium voc. *calantica* et *strophium*. Codex autem ambrosianus habet tantum verba *cum calautica capiti accommodaretur*, quae paullo immutavit Nonius sic: *cum calanticam capiti accommodares*. Reliqua verba sunt ex cod. taurin.

Ornamenti (a) genus, quo feminae capita velabant hoc nomine (b) ferebatur. Et Afranius meminit in consobrinis ita dicens. CUM MITHRIS, CALAUTICIS (1). Inpudico igitur habitu erubescendi decoris quaedam figura describitur. Atque ita se et in historia temporis huius commemoratio habet. C. Caesaris pontificis maximi praetoris domi sacrificium sollemne pro populo fiebat. Huc vir ornatu muliebri quod introierat, sacrificium instauratum est. Res ad senatum delata est. Patres conscribti decreverunt, *ut* (c) de ea re non aliter quam de incestu quaereretur. Eo crimine reus factus est ·P·CL· Pulcher, delatore ·L· Lentulo, qui consul fuit post cum ·C· Marcello: subscribentibus ·CN· et ·L· Lentulis. Aurelia Caesaris mater testis in iudicium citata est (d). Ea pro testimonio dixit, suo iussu eum esse dimissum. Idem dixit Iulia soror Caesaris. Et tamen post haec absolutus est.

4. Sed credo postquam speculum tibi adlatum est, longe te a pulchris abesse sensisti (2).

(a) Spatium est in codice, quod iure replevimus vocabulo *ornamenti*, quia Ulpianus loco super laudato recenset *calanticam* inter ornamenta muliebria. (b) Scilicet *calantica*. (c) Ita supplet ut ill. N. (d) Cod. *in iudicio ita est*. Fortasse igitur scribendum *Aurelia Caesaris mater testis in iudicio: ita est, ea pro testimonio dixit, suo etc.* Ego enim scripsi *acita*; Beierus *citata*.

(1) In Afranii fragmentis, quae supersunt, laudantur aliquot loci ex *consobrinis*: verum hic erat adhuc ineditus. Codex autem evidenter habet *mithras*, non *mitras*.

(2) Nonius voc. *longum* et voc. *speculum* laudat item hunc locum ex oratione in Clodium et Curionem.

Festivissime simul et nobilitatem generis infamatam, et mores femineos in speculi contemplatione detexit, quo ferme ad explorandam curae suae diligentiam mulieres uti solent. Ergo et inliberalem figuram (1) probro dedit, et maiorum suorum dissimillimum contestatus est. Nam fuit hoc Claudiae familiae cognomen inlustre. Quippe antiquitus ·P· Claudius Appi caeci filius primus ex isto genere Pulcher appellatus est. Hic (a) consul aput Drapanam (b) adversus auspicia Poenis classe conflixit. Ea pugna Romanorum naves perierunt CXX. (2). Ob id factum dies ei dicta perduellionis a Pullio (c) et Fundanio ·tr·pl· Cum comitia eius rei fierent, et centuriae introducerentur, tempestas turbida coor-

(a) Cod. M. (b) Ita codex *Drapanam*, et inferius *confixit*, quod emendavi *conflixit*. (c) Ita cod. a *Pullio*. Sed *Tullium* eo anno unum e tribunis profert Pighius. *Iunius Pullus* erat eodem anno collega Claudii in consulatu.

(1) Inliberali figura praeditum Clodium diserte aiunt heic Cicero et noster interpres, qui idem repetit ad orat. de aere alieno Milonis II. 6. Itaque Clodius ironice dicitur *pulchellus puer* epist. XVI. libri I. ad Attic. (Confer etiam de orat. II. 65.) Fallitur ergo ad eum epistulae locum Paulus Manutius, qui videtur credere Clodium fuisse formosum, ex eo quod Plutarchus in Caesare et Cicerone scribat, ut ipse ait, *facie puellae similem fuisse*. Verum si diligentius loci Plutarchi legantur, patebit, in Cicerone dici Clodium tantum *imberbem* ob adulescentiam; in Caesare autem *imberbem*, et *cultu sumpto puellae ad Pompeiam accessisse Clodium*, *referentem specie adulescentulam*, quia nondum scilicet erat barbatus, et veste se exornarat muliebri.

(2) Vide Polybium ad annum XVI. primi belli punici (lib. I 51-52) qui tamen ait periisse naves Romanorum tantum XCIII. Classem Claudii constitisse navibus CXX. adfirmat

ta est (1). Vitium intercessit (2). Postea ·tr·pl· intercesserunt, ne idem (a) homines in eodem magistratu perduellionis bis eundem accusarent. Itaque actione mutata, iisdem accusantibus, multa inrogata, populus eum damnavit aeris gravis CXX. millibus.

VI. 1. At sum (b), inquit, absolutus. Novo quidem hercle more, cui uni absoluto lites aestimatae sunt.

Victoriam quoque iudicii (c) orator convertit in dedecus (3), inopinata inlata huiusmodi responsione. Lites autem damnatis reis aestimabantur, cum taxatio pecuniae fiebat, quae illis adfigeretur. Quoniam ergo (d) non probatione innocentiae sed corruptis iudicibus fuerat Clodius absolutus, idcirco ait absoluto lites aestimatas: hoc est poena quidem liberatum, sed pecunia quodammodo multatum, quam iudicibus pro absolutione numerasset.

(a) Cod. ita *idem* pro *iidem*, solita crasi, iotacismi vitandi causa. (b) Cod. *eum*. Sed emendant *sum* N. et B. (c) Cod. *iudicii*. (d) Sic e[r]g[o] e emendat N. At cod. *e reo*, nisi forte ego olim mendose legi.

Orosius IV. 10. Alter Eutropius brev. II. qui narrat Claudium ex ducentis et viginti navibus cum triginta fugisse, nonaginta cum pugnatoribus captas, demersas ceteras.

(1) Vide Valerium Max. VIII. 1. 4. tum Ciceronem de divin. I. 16. II. 8. 33.

(2) Alia ea formula apud latinos *servare de caelo*. Sic Cicero philipp. V. 3: *quam legem ait augur Antonius dicet tulisse, non modo tonante Iove, sed prope caelesti clamore prohibente, hanc dubitabis contra auspicia latam confiteri?*

(3) Consonat Seneca epist. XCVII: *Clodius damnationem peius effugit quam meruit.*

2. Quasi ego non contentus sim quod mihi quinque et xx. iudices crediderunt. Qui sequestres abs te locupletes acceperint *etc.*(a)

Notemus verborum medietates elegantissime ab oratore suspendi (1). Nam cum prae se ferret Clodius victoriam iudicii quod liberatus sententiis pluribus videretur, ait Tullius ad confirmandam testimonii sui religionem, XX. et quinque sibi iudices credidisse, illos videlicet qui eum damnaverant. Sed etiam illos, qui pro reo sententiam dixerint, ipsi Clodio nihil credidisse, quando ab senatu auxilium petierint, et aput sequestres idoneos illam deponi pecuniam voluerint, ne frustrarentur ea spe, quam, reo paciscente, praesumserant (2). Et has ergo sententias, quae videbantur Clodio aliquid honestatis adquirere, in vituperationem convertit, ut pars iudicum damnarit incestum, pars vero privatum lucrum praeposuerit religioni. Et hic subest, postulasse iudices ab senatu praesidium, non ut fortiter et libere iudicarent, sed ne illam sibi pecuniam reus absolutus eriperet (3).

3. Divortium pontificis maximi.

Praeferuntur (b) argumenta, quibus incestum P.

(a) Ita scripsi *etc.*, quia reliquam commatis partem videtur delevisse interpres. At N. addebat *tibi*, ut continua connexaque fieret oratio sic: *quasi ego non contentus sim quod mihi quinque et XX. iudices crediderunt, tibi qui sequestres etc.* (b) Ita codex *praeferuntur*.

(1) Recole similem locutionem in hac oratione cap. III. 1.

(2) Confirmat hoc Tullius lib. I ad Attic. epist. XVI. ubi ait *Clodium in tribubus pronuntiare nummos solitum esse et non dare.*

(3) Confirmat Tullius de ha-

Clodii potuerit facillime probari, nisi pecunia intercessisset. Nam ·C· Caesar pontifex diebus illis repudiarat uxorem. Feminae quoque, quae illi sacrificio interfuerant, de interventu virili testimonium dixerant. Servi etiam, cum peterentur in quaestionem, alienati fuerant, et in diversas provincias ab domino missi. Quinque etenim servi, in quos maxime suspicio congruebat, partim missi sunt ad Appium Claudium, qui frater eiusdem ·P· (a) Clodii fuerat (b), et in Graecia tunc agebat; partim ad vilicum Diogenem nomine, qui trans Alpes morabatur. Nec non etiam ancillae in tormenta sunt postulatae, quae propriores (c) ministerio fuerant Pompeiae uxoris Caesaris, quarum fuit e numero Hibera (1) quaedam nomine, cuius in cellam ·P· Clodius confugisse arguebatur. De stupro autem scelerato quod ait, illud videtur incestum significare, cuius infamia circa sororem Clodiam pervolgabatur.

VII. " 1. Integritas tua te purgavit, mihi crede, pudor eripuit, vita ante acta servavit (2) ". Quattuor tibi sententias solas ad perniciem defuisse (3).

(a) Codex pro P. habet de. (b) Ita cod. pro erat. (c) Ita codex propriores, non propiores.

resp. resp. XVII. *suspicor de iudicum illorum manifesto periurio dici, quibus olim erepti essent nummi, nisi a senatu praesidium postulassent.*

(1) Plutarchus in Cicerone huius ancillae nomen prodit *Auram*. Αὔραν τοὔνομα. Verum idem in Caesare Ἅβραν (quae est appellatio ancillarum communis.) — Immo vero in *Hibera* nomine videtur latere *Habra*. N.

(2) Verba haec orationis in P. Clodium a Quintiliano Inst. VIII. 6 servata, mihi in loco hoc collocanda videbantur.

(3) Quoniam Clodium iudices XXV. damnarant, XXXI. ab-

Ne quam habeat Clodius absolutus innocentiae dignitatem, facta comparatione numeri, ostendit prope eandem proportionem fuisse, quae damnarit incestum: nec (a) illi integritas sua, sed cuiusdam perexigui numeri felicitas patrocinata sit.

2. Nam ·L· quidem Cotta.

Hic fuit auctor iudiciariae legis aureliae, qua senatoribus abrogata (b) est summa potestas iudicandi (1), et communicata cum *equitibus* romanis *et tribunis* (c) aerariis, ita ut in iudiciis esset minor numerus senatorum.

3. Ut posthac lege aurelia iudex esse non possit (2).

(a) Ita cod. nec. Sed videtur dicendum ne. (b) Cod. *abrogat est*, quae videtur esse quaedam [illegible] quae tamen in codice Ciceronis de rep. aliter fieret, nempe *abrogata st*. (c) Codex habet tantummodo *communicata cum romanis aerariis*. Ego pro *romanis* scripseram *tribunis*. Veruntamen etiam *equitibus* [illegible] optimi [illegible]. Utique Asconius ait ad divinat. in Verr. III *Aurelius Cotta legem fert, ut senatores et equites romani, ac tribuni aerarii simul iudicent*. Et ad or. I pro Cornel. sub finem *aurelia lege communicata iudicia inter senatores et equestrem ordinem et tribunos aerarios*. Idem docet ad eamdem orationem [illegible] procul [illegible].

solverant, patet eorum summam fuisse LVI., cuius dimidium XXVIII. Quum igitur XXV. damnaverint, quattuor defuerant sententiae ad excedendum dimidium, nempe ad XXIX. quae si adfuissent, Clodii damnatio idest pernicies esset secuta.

(1) Paterculus II. 32.

(2) Tullius [illegible] in fine commentarii dicere videntur, iudices clodianos, si pecunia data sponderetur, iam non posse esse iudices lege aurelia, quia censu omnes careant. Certe idem Tullius lib. I. ad Attic. epist. XVI. eos inopiae causa deridet: *non enim umquam turpior in ludo talario consessus fuit, maculosi senatores, tribuni non tam aerati, quam, ut appellantur, aerarii*; veluti iam scripsimus p. 191. Et quidem Pompeius in secundo con-

Paene quidem verisimile non est, quod prae se tulisse ·P· Clodium dicit, pecuniam se recepturum qua sententias emerat eorum, qui se crimine liberassent. Quid enim esset hoc stultius, cum semet ipsum hac praedicatione damnandum fuisse confiteretur, nisi iudices corrupisset? Sed non abhorret a fide hoc dixisse Clodium eo tamen proposito, quo significaret innocentem se principum vi et inimicorum potentia laborasse: et ea propter pecuniam dedisse iudicibus, ut quoquo modo illorum manibus eriperetur, qui se opprimi vellent. Id ergo hic negat Tullius (1), iudices illos pecuniam quam acceperint reddituros, ne postea in numero iudicum lege aurelia esse non possint. Sive quod se, pecuniam reddendo, faterentur esse corruptos; sive quod amissis trecenis vel quadringenis millibus, quae a reo acceperant, in egestatem revolverentur, ac propterea in iudicum . . . . .

Reliqua desiderantur.

(1) Codex *id ergo hic negat iudices illos Tullius pecuniam etc.*

aulata legem promulgavit, ut ex amplissimo censu et centuriis lecti iudices, aeque tamen ex iisdem tribus ordinibus, iudicarent. Vide Asconium ad pisonianam sub finem.

AD ORATIONEM
DE AERE ALIENO MILONIS

EDITORIS MONITUM.

Orationis tullianae de aere alieno Milonis non modo nul-
lae reliquiae ante nostram principem editionem cognitae erant,
sed ne memoria quidem supererat. Tantum ex argumento As-
conii ad editam milonianam constabat, Milonem ingentes lar-
gitiones fecisse ut consulatum consequeretur. " Dum Milo, inquit,
„ quam primum comitia confici vellet, confideretque cum bonorum
„ studiis qui obsistebant Clodio, tum etiam populi, propter
„ effusas largitiones, impensas quoque ludorum scenicorum ac
„ gladiatorii muneris maximas, in quas tria patrimonia effu-
„ disse eum Cicero significat „. Item Milonis damnati et exu-
lis scribit Asconius ad orat. pro Mil. XXXV. bona venisse se-
muncia propter alieni aeris magnitudinem. Et quidem de bonis
Milonis publicatis, legendus est Cicero ad Attic. VI. 5. et Caelius
in epist. ad famil. VIII. 3. Idem Cicero de offic. II. 17. quo
loco de liberalitate agit, ita ait. " honori summo nuper nostro
„ Miloni fuit, quod gladiatoribus emptis rei p. causa, quae
„ salute nostra continebatur, omnes P. Clodii conatus furores-
„ que compressit. Causa igitur largitionis est, si aut necesse est
„ aut utile „. Item ad famil. II. 6. de Milone qui in consulatus
„ candidatum venerat, ait: " habemus vulgi ac multitudinis stu-
„ dium propter magnificentiam munerum liberalitatemque natu-
„ rae „. Quare haud dubium, quin, quum consulatum peteret,
ingenti aere alieno Milo premeretur. Ceterum occasio et materia
orationis de aere alieno Milonis diserte explicantur in argumento,
quod ei noster interpres praeponit. Nos igitur huius orationis ar-
gumentum, et commentarium in eandem, licet saepe mutilum,
cum interspersis Ciceronis particulis, exhibemus. Patet autem
ex ipso argumento quo tempore dicta sit haec causa, nempe an-
no urbis DCCII. quo item anno et Clodius deinceps occisus est,
et scripta etiam ea defensio Milonis interfectoris quae in editio-
nibus extat.

INCIPIT

DE AERE ALIENO MILONIS

FELICITER.

ARGUMENTUM

In eundem annum consulatum petierunt Annius Milo, et (1) ·Q· Metellus Scipio, et Hypsaeus. Quo anno etiam ·P· Clodius Pulcher inimicus eius in praeturae candidam venerat (2). Idem cum petitioni Milonis adversaretur, et comitia multo et vario ambitus genere turbaret, quo magis Hypsaeus et Scipio consules designarentur, Milo autem repulsam ferret; per hos dies senatus convocatus est: aput quem ·P· Clodius (3) invectionem (a)

(a) Pro *invectionem*, mallet *insectationem* N. Confer p. 2 7. cum n. 1

(1) Desunt prima argumenti verba in codice, relicto spatio. Haec nos supplevimus ex argumento Asconii ad milonianam, in quo eadem narratur consulatus petitio.

(2) Confirmat Asconius in supradicto argumento ad milonianam. *in eundem annum consulatum Milo, Clodius praeturam petebat quam debilem futuram consule Milone intelligebat*

(3) ·P· Clodius videtur aliqua eloquentiae laude floruisse. Nam (praeter eius conciones heic et in oratione superiore a nobis edita, et apud nostrum interpretem ad orat pro Plancio XXXII. 1 commemoratas) narrat Asconius ad orat in toga candida sub initium, ab eo adulescente accusatum Catilinam. Tum idem Asconius ·P· Clodium Pulchrum inter patronos Scauri filii recenset in argumento orationis tullianae pro eodem Scauro. Denique Velle-

sibi non tantum contra Milonem, verum etiam contra ipsum ·M· Tullium, contumeliosam atque asperam depoposcit, ut ambitum moveri ab eo diceret, quoniam multis erga rem ·p· meritis praevaleret: vim moliri etiam per armatos homines criminaretur: ad extremum longe minus quam haberet aeris alieni esse professum (a). Nam sestertium sexagies (1) in aere alieno se habere professus Milo secundum veterem consuetudinem fuerat (2). Cum igitur obnixe (b) contenderet Clodius non oportere *petere* (c), qui magno aere alieno defaeneratus praedae videretur habiturus esse rem publicam, contradixit eius insectationi ·M· Cicero, qui familiaritate praecipua Milonem diligebat ob id maxime meritum, quod restitutionem suae dignitatis ab eodem tribuno ·pl· meminerat adiutam. Quanto (d) autem odio habuerit ·P· Clodium, iam compertum est ex orationibus illius plurimis, quibus eius vitam moresque dilacerat. Ex iurgio itaque, quod inter se moverant, oratio ista composita est, cuius inscriptionis titulum, prius

(a) Cod. *professus*. (b) Cod. *obnixe* (c) *Petere* supplet necessario N. Equidem in schedis meis spatium a vocabulo scribendo propemodum caere video (d) Ita codex quamto. Ita volt Castellius in Pateschio p. 2314; et Casaubonus p. 2285.

ius Paterculus lib. II. 45. scribit *P· Clodius, homo nobilis, disertus, audax, quique dicendi neque faciendi ullum, nisi quem vellet, nosset modum.*

(1) Sestertium sexagies, valet libras gallicas 1,200,000, nempe aureos venetos circiter 100,000. Vide Romé de l'Isle metrolog. p. 147.

(2) Confer Cic. philippic. II. 2. Confer item Suidam voc. [illegible]. Etiam Lysias scripserat orationem de aere alieno, ut ait Athenaeus XIII. 9.

quam commentari adgrediar, explanandum puto: non ab re existimans futurum nostris (a) lectoribus, si orationis titulum non indocte perspexerint. Quippe inscribitur INTERROGATIO DE AERE ALIENO MILONIS. Interrogationis autem non una species erat, sed varia (b): ut alia significaret accusationis denunciationem, qualis illa praescribtio est orationis eius, qua usus fuit in eum .P. Clodius *cum* legibus interrogasset. Legibus enim sic interrogabatur (c), inquirente accusatore an omnia secundum legum praescripta gesserit is, cui crimen intendebatur (1). Erat alia praeterea interrogatio testium, sicut ipse .M. Tullius .P. Vatinium testem interrogavit. Proprie namque interrogatio dicebatur, qua testes redarguebantur. Tertia haec est interrogandi species, ut Sinnio Capitoni (2) videtur, pertinens ad officium et consuetudinem senatoriam. Quando enim aliquis (d) sententiam loco suo iam dixerat, et alius postea interrogatus quaedam videbatur ita locutus, ut refutari posse (e) iustissime viderentur, postula-

(a) Cod. pro *nostris* habet *a m*. (b) Cod. *varie*. (c) Cod. *interrogabatur*. (d) Cod. *aliquid*. (e) Cod. *refutare posset*.

(1) *Quid est* (inquit Asconius ad act. I. in Verr. cap. 2.) *reum fieri, nisi apud praetorem legibus interrogari? Cum enim in ius ventum esset, dicebat accusator apud praetorem reo, aio te Siculos spoliasse. Si tacuisset, lis ei aestimabatur, ut victo; si negasset, petebatur a magistratu dies inquirendorum eius criminum et instituebatur accusatio.* Confer eundem Asconium etiam ad lib. II. in Verr. cap. 3.

(2) Sinnius Capito saepissime in re grammatica citatur apud Festum. Eius epistulas laudat Gellius V. 20. et 21. Et quidem cap. 21. dicit de eo: *Sinnii Capitonis doctissimi viri epistulae sunt uno in libro multae, opinor, positae in templo Pacis*

bat ille qui iam sententiam dixerat, ut sibi liceret interrogare, hoc est illum redarguere, cuius sententia (a) in multis quasi mendax et calumniosa redargui posset. Quoniam ergo dixerat Clodius et minus professum aeris alieni Milonem . . . *Desiderantur saltem paginae duae*

ORATIO CUM COMMENTARIO.

I. 1. . . . . adversarii.

Nunc ad aliud transit: an aliquid Milo per vim facere conetur. Et hoc similiter refutavit, ut omnis ista suspicio et invidia in Clodium retorqueatur. Ita enim *argumenta* (b) excurrent, quibus et Milonem purget et adversarium praegravet.

2. Eiciundus est ex urbe civis auctor et custos salutis, otii, dignitatis, fidei (c).

Copiosissima et vehemens executio, ut supra dixi, reum de vi constituens P. Clodium, cuius res gestae omnes nihil umquam tranquillitatis habuisse videantur, sed statim coeperit *ab adulescentia furere. Iam* (d) exilii sui mentionem quam subtiliter et consulte, non specialiter nec nominatim, sed per hanc generalitatem intulit! Quoniam erat aliquid cum sua laude dicturus, eiciendus (e) est, inquit, ex urbe civis auctor et custos salutis, otii, dignitatis, fidei. Haec quoniam *sibi honorifica* (f) erant (g),

(a) Cod. *sententiam.* (b) Spatium relictum in codice ego ita replevi. (c) Verba *et custos, otii, dignitatis, fidei* non scripsit in contextu tulliano scholiastes, sed ea tamen exhibuit in eo; ex quo transferenda esse ad tullianum locum acute animadvertit cl. N. (d) Haec mihi videbantur supplenda. (e) Ita cod. nunc *eiciendus*, at superius *eiciundus*. (f) Spatium in cod. est, quod videbatur sic explendum. (g) Horum spatium in cod.

quasi de aliquo (a) loqueretur induxit, ne pro insolenti (b) et iactantissimo haberetur.

3. Includendus intra parietes.

Videtur et ·Cn· Pompeio (c) idem Clodius insidias paravisse (1). Itaque oratorie (d) laudem subiecit hoc inferendo:

4. Qui populi ·R· imperium non terrarum regionibus sed caeli partibus terminavit (2).

Hoc enim ita superiectum est, ut et Pompeio blandiretur, et Clodium quasi hostem publicum denotaret, qui virum tam necessarium rei ·p· ipsi eripere conatus sit.

II. 1. Nec vero tum timendum fuit cum cessimus.

Bene elocutus est de exilio suo, quod maluit discessionem vocare quam poenam. Et aliis orationibus (3) similiter coloravit, neque metu neque ulla conscientia criminum se maluisse discedere, sed praecavisse (e) potius, ne ad arma per seditionem veniretur.

2. Eosdem ad caedem civium de Appennino deduxisti (4).

(a) Ita cod. *aliquo*, nisi mavis emendare *alio*. (b) Cod. *insolentia*. (c) Cod. *Pompei*. (d) Cod. *oratoriae*. (e) Cod. *praevacuisse*.

(1) Id prorsus adfirmat Cicero pro Mil. VII.

(2) Idem Cicero in Catil. III. 11. ait Pompeium *fines romani imperii non terrae, sed caeli regionibus terminasse*.

(3) Vide praesertim pro Sextio VII-XXV, ubi de exilio suo, in quod sponte profectum se dicit, copiosissime agit Cicero. Vide etiam pro domo XXXVI, pro Mil. XIV, paradox. IV.

(4) Confirmat id de Clodio Cicero pro Mil. IX *servos a-*

Quasi haec omnia in Catilinae (a) socium dicerentur, ita mentionem attulit Appennini, quem nuper ille cum exercitu obtinuerat.

3. Lapidibus duo (1) consules caeciderunt.

·Cn· Comitium Calvinum et ·M· Valerium Messallam. Nec alia fuit causa cur senatus convocaretur, quam illa praecipua, quod ·P· Clodius inmissa seditiosorum manu comitia turbaverat, quae habebantur de consulibus creandis, cum (b) esset etiam Milo candidatus.

4. Qui multis inspectantibus kaput (c) feriebas, femina plangebas.

Desiderantur saltem paginae duae.

Gestum furiosi hominis . . .

5. . . ber animose confidens.

In Clodium convertitur, *ut* huiusmodi obsequia humilitatis plenissima in eum verius et probabilius conferantur (2), qui abiecta omni dignitate ordinis sui, Pompeium demissis precibus oraverit, ut ab eo in gratiam reciperetur (3).

(a) Ita corrigit M. Codex enim mihi videbatur habere *Catilinam*. (b) Cod. cum. (c) Recole ad argumentum orationis in Clodium et Curionem p. 196. n. d

grestes et barbaros ex Appennino deduxerat.

(1) *Duo* pro *duos*. Porro Clodium in comitiis, lapides iaciendos curasse, testis est Cicero pro Mil. XV.

(2) Ergo Clodius in invectione sua Ciceroni probro dederat, quod Pompeium supplex adisset, ut exilii periculum, si fieri posset, effugeret. Criminationem illam retorquet nunc in Clodium Cicero.

(3) Clodium anno urbis DCXCIII, idest quarto anno ante hanc dictam a Tullio orationem, reconciliatum esse Pompeio, narrat Dio Cassius lib. XXXIX. 29.

6. Non pudet? Sed quid pudeat hominem non modo sine rubore (a), verum omnino sine ore?

Multa cum acerbitate insurrexit, et inpudentiam sive infamem turpitudinem sive deformitatem voltus volens exprobare (1), non tantum sine rubore verum etiam sine ore (b) ·P· Clodium dixit. Nam traditur forma inliberali is fuisse (2).

7. Sic enim homines egentes et turbarum cupidi loquebantur: o virum usuum (c)!

Rumigerantium sermones rettulit, qui cum summum vigorem constantiae Clodio adscribsissent, quod audacius Pompeio repugnaret; post, eundem humili satisfactione depositum contemtui ducerent.

8. Maledicere autem (3), immo vero domo (d) principem civem vi et metu continere (4).

(a) Cod. *pudore*. Sed *rubore* scribendum admonet N. scholiasta ipso auctore, neque enim facile Cicero dixisset *quid pudeat hominem sine pudore*. (b) Cod. *vero autem sine re*. (c) Cod. *ac* evidenter *usuum*. Confer Symmachum ep. I. 2. (d) Sic cod. *domo* pro *domi*, ut Plautus in Amph. II. 2. 7.

(1) Confer orationem in Clod. et Cur. IV. 2.

(2) De Clodii deformitate confer item nuper laudatam orationem V. 4.

(3) Clodium curasse ut in publica concione Pompeio malediceretur narrat Dio XXXIX. 19.

(4) Cicero pro Mil. VII ait: *caruit foro postea Pompeius, caruit senatu, caruit publico; ianua se ac parietibus, non iure legum iudiciorumque texit*. Vide etiam Asconium ad eandem orat. cap. XIV.

. . . Sub eadem figura (a) verbum retraxit per quandam correctionem. Notissimum (b) autem est P. Clodium *insidiatum* (c) esse Pompeio. Id ipsum testificatur et in aliis quidem retro habitis orationibus, et multo plenius ac manifestius pro Milone.

III. 1. Ut quas haberet in vestibulo tabulas refigeret.

Post eiectum Ciceronem, velut criminum eius elogia (1), perscribserat (d) Clodius, et easdem tabulas in vestibulo domus suae fixerat, de quibus nunc loqui videtur: easque contendit, quoniam falsae sint et calumniosae, pro nihilo esse ducendas, nec ullam sibi ex iis invidiam re (e) pertimescendam, qui et in senatusconsultum (f) nihil mentitus sit, et restitutionem meruerit.

(a) Codex sic: . . . *in sub eadem figurat* . relictis spatiis. (b) Cod. *notissimum*, quod mendum pro *notissimum* occurrit mihi alias quater aut quinquies in hoc commentario. (c) Vocabulum *insidiatum* prorsus videbatur huic loco inserendum. Sed enim paulo ante (I. 3.) dixit noster interpres *videtur et Cn. Pompeio idem Clodius insidias paravisse*, quod heic (si non recte locum explemus) ait esse notissimum. Ut ergo interpres sibi constet, quidam perdoctus amicus meus censebat τὸ *videtur* positum superiore loco pro *constat* vel *apparet*. Sane etiam ad orationem in Clod. et Cur. tum in argumento tum in commentario V. 3. in re satis explorata utitur noster interpres vocabulo *videri*. Et quidem in sententiis italicum τὸ *videtur* proferendae sententiae idonea causa erat. Vide Frontonem de fer. als. ed. rom. p. 221, cum scholio meo. (d) Cod. *eelogia proscribserat*; sed littera r videtur expuncta. (e) Ita cod. (f) Cod. *senatusconsultus*. Plane censeo corrigendum, *qui et senatusconsultum nullam mentitus sit*. Hoc patet ex ipso Cicerone, qui in orat. pro domo XIX. refellens eam legem qua proiect plus fuerat a Clodio, ait "quid, si ne verbo bis scripta est ista proscriptio, ut se ipsa dissolvat? est enim quod

(1) *Elogium* est *causa exheredationis scripta*. Vide pro Cluent. XLVIII, Quintil. inst. VII. 4. 40. et declam. II

2. Etenim tria, ut opinor, haec in Milonis personam questus es, de aere alieno, *de* vi, de ambitu (1). Duo praeteristi: nihil de religionibus violatis, nihil de incestus stupris questus es.

Facta supra *divisione*(a) per eas species, quibus insectatus Milonem Clodius fuerat, subdit orator etiam duo haec posteriora, quae (b) in ipsum procul dubio adversarium *convenirebant* . . .

Desiderantur paginae saltem duae.

3. . . . lium nomina.

Est enim quocumque venit et reorum crimen et iudicum.

Quod pertinet ad reos, illud est: inutiliter loquens adfert illis periculum damnationis. Quod autem refertur ad iudices, hic intellegere debemus magnam illis invidiam simul et infamiam comparari ab litigatoribus, *si* corrupti pecunia extimarentur: quoniam hoc falso iactaverit Clodius pretium sententiarum iudicibus esse tribuendum, cum tamen eandem pecuniam ipse intercepturus acciperet.

„ *M. Tullius falsum senatusconsultum retulerit.* Si igitur retulit falsum
„ senatusconsultum, iam est rogatio; si non retulit, nulla est. Satis
„ ne tibi videtur a senatu iudicatum, me non modo non exstinctorem esse
„ auctoritatem eius ordinis, sed etiam unum post orbem conditum dili-
„ gentissime senatui paruisse?„

(a) Cod. *facto supra* . . . *per eas etc.* . spatio intercedente.

(b) Ita videtur habere cod. *quae*, ut corrigebat N.

(1) Revera et ipse Pompeius post necem Clodii factus consul statim Milonis causa duas leges promulgavit *de vi* et *de ambitu*. (Vide Asconium in argumento milonianae.) Et de his capitibus Milo accusatus est. Vide ibidem Asconium.

4. Tuamque praeturam non tuo more differas.

Hoc in narratione milonianae defensionis (1) plenius ostendit, Clodium petitorem fuisse praeturae: cumque animadverteret comitia non sic procedere, ut kal. ianuariis posset inire praeturam, maluisse desinere a petitione. Hoc ergo Tullius arripuit, omnibus esse miraculo, quod non differat etiam praesenti anno petitionem, quod iam semel fecerit. Solebant autem impediri comitia per dissensionem magistratuum.

IV. 1. Nec suffragia dabis quibus ostentas.

Comminatur et (a) denuntiat se actionibus eius adversarium futurum nec in legationem cum Pompeio discessurum. Laturus autem de suffragio libertinorum P. Clodius legem videbatur, ut et istorum in censum (b) aequaliter perveniret.

2. Nec vero illam nefariam libertatem.

Suffragii scilicet libertinorum, *cuius* legis mentio fit in oratione quae habita est pro Milone (2): " atque per*nicie* (c) nostrorum omnium. " Non audeo totum dicere. Videte quid

(a) Codex *comminatur se et denuntiat actionibus eius* etc. (b) Quoniam verba *istorum in censum* (imo etiam *perveniret*) dubiae lectionis sunt, ill. N. malebat scribere *suo ordo*, de reliquis tacebat. (c) In codice legebam *per . . . . de nostrorum* etc. relicto spatio duorum ferme vocabulorum, quod sic explendum, et sic locum interpungendum coniecturaliter putabat N.

(1) Cap. IX.

(2) Sequentia Ciceronis verba sumpta esse ex parte deperdita orationis pro Milone, commisus est demonstrare nuper vir cl. A. Peyronius in editione sua praedictae orationis milonianae p. 227. sq.

„ ea vitii (a) lex habitura fuerit, cuius peri-„ culosa etiam reprehensio est. „ Opinio erat legem . . praetura . . seru . . te . . (b) liarum.

3. Quis non meminerit pueritiam tuam?

Interrogatio asperitatis invidiaeque plenissima, cum describtione personae, qua mores eius inluminat, quem non magis timeri oporteat, quam despici tot vitiorum foeditatibus inquinatum. Cetera hic explananda non sunt, quae satis in praecedentibus diximus.

4. Iterum a piratis redemtum (1). Quo enim nomine appellem eos, qui te pretio accepto liberaverunt?

[illegible]

Significat iudices eos qui accepta pecunia reum de incesto absolverant Clodium, ut et ipsi piratae . . . V. t. . . . turae.

Nisi vero liniamentis (c) hominis nomen

(a) Cod. *ine.* (b) Quatuor versiculos hae lacunae in codice occupant. (c) Sec corr. N. Elenan codex habet *liniamenta*

(1) Narrat Dio lib. XXXV. 27. ad urbis annum DCLXXXVII. Clodium, quum praefectus esset classi in Cilicia a Marcio eius sororis viro, captum a piratis fuisse. Vide eundem Dionem lib. quoque XXXVIII. 30. Q. autem Marcius Rex ille est, cuius mentionem fecit Cicero in oratione adversus Clodium. Recole superius p. 193. Bene captivitatem Clodio obiicit Tullius etiam de harusp. resp. XX, quo in loco, prorsus ut heic, ab eius pueritiae vitiis ad hanc probrosam captivitatem progreditur: *qui post patris mortem primam illam aetatulam suam ad scurrarum locupletum libidines detulit quorum intemperantia expleta, in domesticis est germanitatis stupris volutatus deinde iam robustus provinciae se ac rei militari dedit, atque ibi piratarum contumelias perpessus, etiam Cilicum libidines barbarorumque satiavit.*

et figuris positum, non naturis putas.

Definit (a), hominis proprietatem non liniamentis corporum, sed animorum qualitatibus aestimandam.

2. Tum habuisti quasdam formidines (1), *quae* (b) quasi cornua quaedam exciderunt impleta (2).

Quae ·P· Clodio ad ferae alicuius et beluae similitudinem adscribsit (c). Etiam hoc in exitu posuit cornua illi, quae habuisse quondam videbatur, nunc esse dilapsa: ut nimirum sensus ille sit, magis iam contemni Clodium quam timeri.

3. Non enim viderunt, quos ipsi exturbarant, eos in civitatem restitutos (3).

·C· Gracchi et Saturnini exempla intulerat, quorum alter in Adventino (d) interfectus est, alter Capitolio deductus cum Glaucia praetore iugulatus. Post quorum necem restitutos in civitatem significat ·P· Popilium qui Graccho cesserat, et ·Q· Me-

(a) Cod. *definite* Sed recte *definit* B (b) Supplevi *quae*. (c) Cod. *qua* ·P· *Clodium ad fere alicuius et beluae similitudinem adscribsit*. (d) Codex *in Advente*. Et quidem etiam Dionysius halic antiq. rom. lib. I 79. et 85. habet, secundum quosdam codices, Ἀβέντιον pro Αὐεντῖνον.

(1) Sic Fronto ep. ab. ed. rom. 212. activo sensu Cerbero cani adscribit *trinas dentium formidines*. Videsis quae ibidem in scholio dixi.

(2) Cervi similitudine utitur Cicero, cui soli omnium animalium cornua excidunt, quae unum ex omnibus plena habet. N.

(3) Hunc locum Ciceronis cuius tantum particulam servavit noster interpres, puto fuisse simillimum loco de harusp. resp. XX. ubi item sermo est de Gracchis et Saturnino et is locus ibi consequitur proxime alterum locum similem item fragmento quod paulo ante exhibuimus de Clodio a piratis capto.

tellum Numidicum, qui ut violentiam ·L· Apulei subterfugeret, exolaverat. Gloriatur ergo suo nomine, quod vivente inimico suo Clodio restitutus sit.

4. Qui armis cessissem (a) vel tuis urbanis (b) vel, ut opinio tum erat, alienis (1).

Acerbitas est querellae (c) . . . invidiam . . . iamdiu . . . Milo . . ana . . . memoria (d) . . infirmior fides reconciliatae gratiae. Sed hic oratorie valde, nequis existimaret quasi bonum virum iudicatum a Pompeio *eum*, cum quo (e) exercere desierit simultates (2); invigilavit Tullius, ut eum virum cautissimum diceret, qui non magis de fide Clodii et innocentia, quae nulla sit, quam de providentia habeat securitatem vitae, cum eius insidiis decipi possit.

Explicit oratio (3).

(a) Cod. *caesanism*. (b) Codex videbatur habere *armanis*. (c) Cod. *quaerellae*. (d) Latercolus propemodum versus in his lacunis demersus est. — Quae autem sequuntur, ea respiciunt deperdita eo loco verba Ciceronis, quibus Pompeium virum cautissimum appellaverat. M. (e) Cod. *quasi bono viro iudicasse Pompeium cum quo etc.*

(1) Caesarem, ut reor, indicat Tullius, qui, ut narrat Plutarchus in Cicerone, Clodium corroboravit in Cicerone expellendo.

(2) Acta est haec causa *de aere alieno Milonis* (ut dixi in praevio monito) eo ipso anno quo Clodius deinde occisus est. Iam vero Pompeium eo tempore non prorsus fuisse animo alieno a Clodio, patet ex Asconii argumento Milonianae praeposito ubi dicitur Cicero potuisse offensionem inimicae multitudinis declinare, redimere etiam Cn. Pompeii animum, si paululum de studio defendendi Milonis remisisset. Et Pompeius ne olim quidem adversus Clodium adiuverat Ciceronem, quum hunc ille tribunus in exilium compelleret. Vide Plutarchum in Cicerone.

(3) Certum est hic explicare orationem *de aere alieno Milonis*. Nam in eadem pagina statim subiiciuntur verba PRO ·A· LICINIO ARCHIA INCIPIT FELICITER.

AD ORATIONEM DE REGE ALEXANDRINO

EDITORIS MONITUM.

Ptolemaeus Auletes Aegypti rex, quum sibi timeret a suis Romam aufugit, ibique effusis largitionibus agere coepit, ut sub imperii romani tutela in regnum reduceretur. De re actum est in senatu, ibique etiam Cicero sententiam dixit, ut ex epistulis pluribus (libri I. ad famil.) ad Lentulum Ciliciae proconsulem cognoscere licet. Lentulo enim Cicero in senatu contendebat, ut Ptolemaei regis reductio decerneretur, quod patet etiam ex epist. 2. lib. II. ad Q. fratrem. Idque prorsus videtur fuisse argumentum huius orationis Tullianae de rege alexandrino, cuius apud Aquilam voc. antisagoge, et Capellam lib. V. cap. de sententiarum figuris unica et brevis haec particula extabat: DIFFICILIS RATIO BELLI GERENDI; AT PLENA FIDEI, PLENA PIETATIS. Et quidem Aquila et Capella dicunt hanc orationem de rege Ptolemaeo. At Fortunatianus, qui bis eam nominat lib. II. in partitione et in hypophoris, de rege alexandrino nuncupat, ut etiam codex ambrosianus. Hanc ipsam orationem respiciebat, ut puto, Strabo lib. VII. cap. I. §. 13. τῆς Αἰγύπτου τὰς προσόδους ἔν τινι λόγῳ Κικέρων φράζει, φήσας κατ' ἐνιαυτὸν τῷ τῆς Κλεοπάτρας πατρὶ τῷ Αὐλητῇ προσφέρεσθαι φόρον ταλάντων μυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων. "Aegypti reditus Cicero in quadam oratione declarat: ait enim Auletae Cleopatrae patri quotannis talenta duodecim milia quingenta pendi consuevisse." Huius ego orationis complures ineditas particulas, multo commentario item inedito infusas, ex ambrosiano codice in lucem protuli. Constat autem ex Dione lib. XXXIX. 12. et seqq., tum ex Cicerone ad famil. I. 1., hanc causam alexandrinam actam esse anno urbis DCXCVIII, Cn. Cornelio Lentulo Marcellino et L. Marcio Philippo consulibus (vel certe praecedente anno): ad quam causam bene cognoscendam multum intererit conferre eiusdem Tullii orationem pro Rabirio Postumo.

DE REGE ALEXANDRINO

FRAGMENTA

ORATIONIS CUM COMMENTARIO.

I. 1. . . . . privatis erubescendum.

Ut rapiat, ut latrocinetur.

Vehementibus et invidiosis verbis utitur. Non dixit, ut exposcat hereditatem, ut sibi vindicet; sed quo vel maxime pudor consterneretur audientium, ut rapiat, inquit, et (a) latrocinetur. Quae sine dubio non iuris verba sed sceleris ab huiusmodi cupiditate deterreant.

2. Si hercle in nostris rebus tam acres (b) ad pecunias, tam adtenti, tam avari soleremus esse (1).

Dicere quidem generaliter videtur, etiamsi in privatis pecuniis avari homines essent, in publicis tamen disceptationibus non oportere tantam cupiditatem pecuniae profiteri: sed procul dubio nihil aliut agit, quam ut M. Crassi mores denotet, de quo

(a) Ita cod. et, at superius ut. (b) Cod. ad res. Emendat autem egregio acres ill. N.

(1) Cicero ad Q. fratrem II. 2. ait *cum esset in senatu contentio, Lentulusne an Pompeius reduceret* (regem alexandrinum) *obtinere causam Lentulus videbatur. Quid futurum sit latrocinio tribunorum, non divino. Creditores regis aperte pecunias suppeditant contra Lentulum.* Quod autem Cicero avaritiam heic vituperat, intellige sententiam illorum, qui Aegyptum non regi restituere sed in provinciam romanam redigere suadebant.

praeter historiam (1) praeterque exitum mortis eius, in quam (a) praeceps quodammodo ruit, cum ad diripiendas Parthiae urbes opulentissimas Eufratem (b) transisset; etiam ipse Tullius auctor est libro tertio de officiis (2), cuius verba inferam, quo magis quid de moribus eius iudicarit, appareat. Sic enim mihi textum recordor. " Itaque si vir bonus „ habeat hanc vim ut si digitos (c) concrepuerit, „ possit in locupletum testamenta nomen eius irrepere, hac vi non utatur, ne si exploratum „ quidem habeat, id omnino neminem umquam „ suspicaturum „. Deinde subicit: " At dares „ hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione „ heres posset scriptus esse, qui revera non esset „ heres, in foro, mihi crede, saltaret „.

II. 1. Sed tamen quae sunt nostra iudicia.

Temptaverat Crassus adseverare, non semel de hac Aegypti hereditate (d), sed frequentissime praeiudicatum. Ac primo quidem, illo tempore, quo pecunia repetita esse ab Tyro, et (3) advecta

(a) Cod. *in qua*. (b) Ita cod. sine adspirata. (c) Ita cod. *digitos*, at editiones *digitis*. (d) *severitate*. Sed recipio cl. N. emendationem *hereditate*; itemque eamdem distinctionem contextus tulliani a verbis interpretis.

(1) Confer Plutarchum in Crasso, Dionem lib. XL. 12. et seqq. Et Crassum quidem de causa Ptolemaei dixisse in senatu sententiam, patet ex Cicerone ad famil. I. 1: *Crassus tres legatos decernit*

(2) Cap. XIX.

(3) Cod. *apteres*, *sed*, corruptissime. At hunc locum mirifice declarat ipse Tullius orat. II. adversus Rullum cap. XVI, ubi agit de regis Alexandri, qui mortuus est exul Tyri, testamento, quo populum romanum regni heredem scripserat. *Video qui*

Romam videbatur, seposita iam nuper ab Alexa (a) rege. Occurrendum est igitur, ut haec refutentur. Et in ipsa propositione (1) insigniter factum (b) est, quod his verbis ingredi coeperit:

2. Debent esse modestissima (c); quoniam

(a) Cicero hunc appellat *Alexam* eum regem qui Tyri exul mortuus est, quemque in agraria oratione secunda appellavit *Alexandrum*. At Petavius de doctr. temp. X. 58. observat Alexandrum quoque primum dictum esse *Alexam* ab Epiphanio, chronico alex., Cedreno aliisque. Sed de nomine *Alexas* praeclara est animadversio cl. Garatonii ad orationem tullianam pro Balbo cap. XXII, cuius locum in calce excerptum secundarum ad plancianam purgandum mendo continet. Is postquam ibi pro *Heracliensium legionem*, ex mss. restituit *heracliensem Alexam*, sic pergit: nomen Ἀλεξᾶς (*sive ut in libertinorum titulis apud Bentleium epist. ad Millium p. 82.*) Alexa *diminutum ex Alexandro est atque contractum, ut Alexis quoque apud Virgilium, Donato in eius vita cap. V. indicante. Id in Aegypto maxime usitatum diminutionis genus dialecto alexandrinae a Sturzio tribuitur p. 135. Itaque Alexander ille laodicensis, de quo Plutarchus in Antonio cap. LXVII et LXXIII, quum esset multum in Aegypto versatus*, Ἀλεξᾶς *quoque nominabatur*. (b) Cod. *facta est*, quae lectio est similis illi psalmisticae *haec mihi facta est*. (c) Intellige *iudicia*, et refer ad superiora *sed tamen quae sunt nostra iudicia*. Sententiae enim interposuit commentationem suam interpres. M.

testamentum factum esse confirmet: auctoritatem senatus extare hereditatis aditae sentio tum quando Alexandro mortuo legatos Tyrum misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. Haec Lucium Philippum saepe in senatu confirmasse memoria teneo. Eum qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere, neque regio animo esse, inter omnes fere video convenire. Dicitur contra nullum esse testamentum: non oportere populum romanum omnium regnorum appetentem videri.

(1) Fortasse ad hanc distributionem respexit Fortunatianus cum lib. II. cap. *de partitione* scripsit: *omnis partitio qualis est? aut nostra, quae et* προηγουμένη διαίρεσις *dicitur, aut adversarii, quae* ἀναγκαία διαίρεσις *nominatur, aut communis, quae* μικτὴ *potest dici, ut* Cicero de rege alexandrino.

quidem est hoc summi imperii nosmet ipsos de nostris rebus iudicare (1).

Nam vult orator intellegi, paene inpudenter senatum de causa sua iudicare voluisse, cum sit naturale, ut unusquisque non possit aequitatem tueri, de lucro suo potissimum cogitans, quod plerumque cogitatur (a) etiam cum inprobitate deposcere.

3. Qui ex hereditate tanta unum solum nomen (2) agnoverimus.

Cito rapuit pro se argumentum, iudicasse quodammodo . . .

III. 1. . . . Ut bellum gerendum esse censeret, qui mentionem pecuniae fecerat (3).

Sic (b) est iusta causa belli, sicuti Crassus commemoravit cum Iugurtha fuisse (4).

Notissimum est Micipsa rege Numidiae mortuo, trifariam inter Atherbalem et Hiempsalem et Iugur-

(a) Ita cod. *cogitatur* (b) F. mallet *ut*

(1) Nempe num testamentum Alexandri regis, quo is populum romanum scripserat regni heredem, ratum habendum sit, nec ne.

(2) Nomen hoc loco est *caput rationum*. Dicit Cicero: ex hereditate integri regni eam unam pecuniam accepimus, quae de thesauro Alexandri mortui Romam Tyro advecta est. Regnum quippe Romani permiserant iis, qui se eius heredes naturales dicebant.

(3) Suspicor hoc etiam dictum adversus Crassum cupidissimum hominem.

(4) Aliud Crassi dictum in hac causa alexandrina profert Cicero pro Caelio VII *M. Crassus quum de adventu regis Ptolemaei quereretur, dixit "utinam ne in nemore Pelio"!*

tham regnum esse divisum; quos tamen duos idem Iugurtha partim vi, partim vero insidiis interfecit. Haec illi fuit causa praecipua bellum gerendi adversus populum ·R· Qui tamen post multos imperatores graviter adflictos, ad extremum ·C· Mario imperatore superatus est.

2. Non patiar hanc exaudiri vocem huius imperii: ego te nisi das aliquid, hostem; siquid dederis, regem et socium et amicum iudicabo (1).

Ad tuendam rationem pudoris exsequitur non decere populum ·R· has potestates regias nundinari: ut obiecta quadam senatui facie turpitudinis, id vel maxime faciendum esse persuadeat, quod sit congruens honestati.

IIII. 1. Cum ille rex sit interfectus (2), hunc puerum in Syria fuisse.

(1) Haud scio an ad hunc orationis locum Fortunatianus respexerit cum in hypophoris scripsit: *in hypophoris quae cavenda sunt? ne plene et copiose ponantur. quod tamen aliquando facimus duabus ex causis, aut irridendi adversarii gratia si hoc augeat, de quo nulla quaestio est, ut pro Cornelio maiestatis; aut si discrepans aliquid ostendatur, ut de rege alexandrino.* Quippe hypophora est adversarii oratio. His autem orationis verbis Cicero adversarios suos in causa alexandrina loquentes inducit.

(2) Alexander II. Aegypto rex datus a Sylla, statim duxit uxorem Berenicem, uti narrant Appianus bell. civ. I. 102., et Porphyrius apud Euseb. chron. lib. I. ed. Mediol. p. 119. 120. Haec erat eius soror patruelis, quia filia Ptolemaei Lathyri, teste Pausania in Attic. cap. IX. Ipse autem Alexander II. filius Alexandri I. fratris Lathyri. Hanc sororem et uxorem occidit Alexander II. ut, prae-

Haec sumuntur de locis coniecturalibus, qui sunt primi videlicet in huius status divisione a voluntate et facultate. Nam quod peritiam (a) facit meliorem voluntatis, est non potuisse Ptolemaeum kapitalibus odiis dissidere, quem puerilis infirmitas ab huiusmodi obstinatione revocaret. Facultatis est autem quod ait in Syria fuisse, ut absens non habuerit moram (b) illius interficiendi, quem dicebatur interemisse.

2. Atque illud etiam constare video regem illum cum reginam sororem suam, caram acceptamque populo, manibus suis trucidasset, interfectum esse impetu multitudinis.

(a) Cod. *peritiae*. (b) Vocabulum *moram* dubitanter in codice lego. Nam dicendum *copiam*?

ter citatos auctores duos, confirmat hoc loco Cicero: et quidem recentem a nuptiis; nam ipse quoque Alexander decimo nono die, ex quo regnum ei sibi copulatâ fuerat, a populo alexandrino concitato interemptus in gymnasio est. Cicer. Appian. Porphyr. Legendus est etiam Strabo lib. XVII. cap. 1. §. 11. Successit illo qui deinde ab Alexandrinis pulsus, Tyri exul obiit, postquam regni heredem populum rom. scripserat; quamquam ei reapse, concedentibus Romanis, successit Ptolemaeus Auleta. Tres ergo *Alexandros*, sive *Alexas*, reges habemus. *Primus* est, de quo nemo dubitat, Ptolemaei Lathyri frater. *Secundus* ille qui Alexandriae ob parricidium uxoris in gymnasio interemptus est, quem sane *Alexandrum* dicunt Appianus atque Porphyrius. *Tertius* qui exul Tyri obiit, quem heic appellat diserte *Alexam* Cicero. Alexandrum *tertium* multi scriptores non agnoscunt sed tantummodo *secundum*. Sed eos vide satis accurate distinctos apud Petavium de doctr. temp. lib. X 48, duce P. Manutio, et apud Forsterum comment. acad. Got-

Congestis valde praeparationibus fidem facit, ut hanc caedem a populo (a) magis alexandrino factam probaret, non Ptolemaeo iubente commissam. Notemus enim gradatim fieri argumenta, quae praegravent suspicionem ad populares impetus pertinentem. Nam coepit ad hunc modum, atque illud etiam constare video: ut de veritate non sit ambigendum, si constet aput omnes. Dein subdidit: cum reginam sororem suam: ut atrocitas parricidii, et multo maior in exitio reginae omnibus fuerit horrori. Post haec adiecit eandem caram . . .

Reliqua desiderantur.

(a) Cod. *a populo R magis alexandrino.* Sed litera *R* addita est imprudenter a librario ob consuetudinem scribendi de populo romano.

tting. ad an. 1780 part. philolog. p. 136. Et quidem quum Appianus, Porphyrius, et nunc Cicero, dicant illum Alexandrum Berenices maritum et parricidam (qui fuit II hoc nomine) occisum die XIX. post initum regnum; constet autem aliunde Alexandrum, qui ultimus hoc nomine appellatus est, mortuum esse Tyri in exilio; superest ut ille occisus, sit Alexander II, hic exul III. At nuperus scriptor Eckhelius doctr. num. vet. T. IV. p. 21, quum duos tantum Alexandros reges memoret, ait Alexandrum II. Berenice post XIX. a matrimonio dies occisa, solum regni habenas diu retinuisse: quod plane contra fidem praedictorum auctorum est. Cum Eckhelii sententia conspirat cl. Vicecomes (iconogr. gr. T. III. p. 600) ita ut neget occisum Alexandriae Alexandrum, et in exilium pulsum adfirmet, repugnantibus non Appiano solum atque Porphyrio, sed coaetaneo auctore Cicerone in his fragmentis a me anno 1814. editis; quorum tamen ipse non meminit cum anno 1818. haec eadem super re disputabam ad Eusebii chronicon. p. 124; nedum cl. Champollionius Figeacus in insigni opere annal. Lagid. qui Eckhelium et Vicecomitem sequi videtur, negans Alexandriae occisum Alexandrum illum; quam sententiam contra Ciceronis coaetanei auctoritatem iam nemo tueri poterit.

PRO ·A· LICINIO ARCHIA

INCIPIT FELICITER. (1)

ARGUMENTUM

A. *Licinius Archias* (2) se studiis poëticis dedidit, et adprime, ut videbatur, excelluit in hoc genere litterarum. Amicitia igitur etiam viris inlustribus familiariter copulatus est, ut ipse ·M·Tullius in orationis huius narratione (3) *confirmat. Interim satis longo intervallo cum esset cum ·L· Lucullo in Siciliam* (4) *profectus, et cum ex ea provincia cum eodem ·L· Lucullo regrederetur*, Heracleam venit, quae tunc erat civitas foederata,

(1) Ad orationem pro Archia nulli extabant antiqui commentarii. Hunc autem ego integrum eruditum elegantemque ex ambrosiano codice edidi.

(2) Spatium vacuum in codice, quod replevi nominibus ipsius poetae.

(3) Quae sequuntur in codice ita sunt oblitterata, ut legi nequeant usque ad *debetur*, quod ego feci *deretur*, ut fieri posset *regrederetur*. Reparavi autem lacunam verbis ipsius narrationis tullianae cap. IV. Neque multum amisimus in loci oblitteratione, quae non plus spatii in codice occupat, quam ego verbis tullianis explevi.

(4) Pro *Siciliam* nonnulli scripserunt *Ciliciam*, quod mendum ope codicum et historiae sustulit olim Fulvius Ursinus. Verum et ipse peccavit hoc loco cum addidit, *Heracleam* (de qua mox Tullius in narratione) intelligendam esse illam quae in Sicilia erat: quem sumimi critici errorem Alexius Mazochius egregie coarguit in commentario ad tabulas heracleenses p. 113, quo loco contendit plane cogitandum esse de Heraclea italica Lucaniae.

et adscribtus est in ordinem Heracliensium (a) civis. Tunc Silanus (b) et Carbo cos. legem tulerunt, ut omnes qui essent ex foederatis populis civitatem romanam consequerentur: si modo illo tempore quo lex lata esset, domicilium in Italia haberent, et intra diem sexangesimum (c) professi aput praetorem fuissent. Quae cum Licinio Archiae ad obtinendum ius civitatis romanae argumenta deessent, quoniam neque tabulis Heracliensium probare poterat adscribtum se in ordinem civium; quippe tabularium (d) civitatis illius exarserat bello sociali, nec bona sua in censum detulerat; reus factus *est* lege papia, quae lata fuerat ad eos coercendos, qui temere et inlicite civitatem romanam usurpassent. Fit ergo quasi coniecturalis (e), an adscribtus (f) sit in ordinem (g) Heracliensium, et an fecerit omnia quae is facere debuerit, qui esset e numero foederatorum. Et deficitur quidem multis probationibus; testimonio tamen Heraclien-

(a) Alii scribendum censent *Heracleensium*, alii *Heracliensium*. Ego in palimpsesto ambrosiano bis vidi scriptum *Heracleensium* cum una littera *e*, ter *Heracliensium*, atque hanc constanter amplectendam lectionem putavi. (b) Recte *Silanus*, non *Silvanus*, uti sic in mss. legi monet Gruterus ad hanc orat. cap. IV, et sic ego quoque legebam in nonnullis saltem codd. ambrosianis v. g. A. 141. B. 124. T. 20. Certe Carbonem et Silanum coss. Marii aetate tradit Patereulus II 12. – Ex XXII codicibus a Lagomarsinio collatis, XXI habent *Sillanum* vel *Syllanum*; reliquus codex habuisse *Silvanum* credendus est. Fortasse igitur *Silanus* consul suffectus cum Carbone II cos., Cinna occiso, fuit. Quamquam vero comitia, aliquamdiu certe, emensitiis religionibus impedita fuisse non ignoramus, ita ut Carbo solus consulatum gereret, fieri tamen potest ut sub anni finem consul procrearetur *Silanus*, legemque cum collega tulerit. N. (c) Ita cod. *sexangesimum*, quam scriptionem non semel me videre memini. (d) Cod. *quippe tabulariorum*. (e) Nisi mavis *coniectura lis*, quod minus placet. ( ) Cod. *adscribitum*. (g) Cod. *in ordine*.

sium, et vel maxime, quibus tota occupatur oratio, poeticae facultatis et doctrinae iucundissimae gratia nititur. Est etiam, omissa coniectura, disceptatio (a) per ipsam qualitatem personae, *ut* civis romanus debeat adoptari, etiamsi in praeteritum non sit adsociatus (b).

COMMENTARIUS

II. 1. (1) Cum res agitetur (c) aput praetorem ·P·R· rectissimum (d) virum.

Hanc enim causam lege papia de civitate romana aput Quintum (e) Ciceronem dixit Archias huius (f) ·M· Tulli fratrem. (2) Quapropter (g) utitur *deprecatione*, ne minus civiliter loqui existimetur, recedens videlicet aliquantum a forensi genere dicendi. Quod ipsum ne pro inepto accipiatur, iam praeloquitur, a modo praesentis causae non abhorrere, et personae vel maxime, pro qua dicendum esset, convenire.

(a) Cod. *disceptione*. (b) Cod. *adsocius*. (c) Codex *agitatur*. — Fortasse igitur scribendum, ut in edd., *agatur*. N. (d) Edd. et codd. *rectissimum*. N (e) Cod. *quam*. (f) Ita N. At cod. *cuius*. (g) Cod. *quia propter*.

(1) Superiores ineditas Tullii orationes in capita ipse dispescui, deinceps in orationibus editis vulgatam distinctionem retinebo: quare et a capite II. heic initium ducitur.

(2) Nunc demum ex nostro interprete apparet, Marcum apud ipsum fratrem praetorem hanc orationem dixisse. quo fit ut iam intelligamus quorsum pertineat ea confidens clausula huius orationis: *quae locutus sum, ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accepta; ab eo, qui iudicium exercet, certe scio.*

2. Hoc denique praetore exercente iudicium.

Non vacat quod mentionem facit praetoris ipsius, id est fratris sui Q. Ciceronis, qui iudicio praeerat. Opportunissimum quippe ait de laudibus poetae boni aput eum dicere qui studiis huiusmodi delectetur. Fuit enim Q. Tullius non solum epici, verum etiam tragici carminis scribtor (1).

III. 1. Itaque unum et Tarentini et Regini (a) et Neapolitani civitate ceterisque praemiis donarunt.

Utiliter praeparavit ad causam, iam pridem hunc Archiam poeticae facilitatis (b) gratia celebrem (2) a plurimis Italiae nobilissimis populis in numerum civium cooptatum. Quod nimirum argumento esse debeat, etiam Heracliensibus nuper adscribtum, robustiorem iam fama, et ingenii (c) dignitate maio-

(a) Ita cod. *Regini.* Sic legebam sine adsp. in antiquissimo vaticano palimpsesto, et alibi v. gr. apud Iulium Paridem. (b) Ita cod. *facilitatis*, ut Iulius Paris a me nuper editus. At in argumento huiusmodi commentarii, *facultatis*. (c) Cod. *ingente*. Corrigit *ingenii* N.

(1) Q. Ciceronis extant versus epici viginti *de signis caelestibus, quo quodque tempore illustre sit.* Adde etiam, si placet, epigramma *de mulierum levitate*, quod ei quoque Hummelius in editione norimbergensi operum Quinti Ciceronis dedit. Tragoediarum autem eiusdem Quinti mentio fit in epistulis Marci ad eum ipsum, nempe lib. III. 6. 9.

(2) Archiae *facilitatem* et *felicitatem* poeticam laudat Quintil. Inst. X. 7.

rem (a). Fuerunt autem urbes (b) istae, de quibus loquitur, *a* quibusdam graecis (c) tribubus conditae.

2. Quorum alter (d) res ad scribendum maximas, alter (e) cum res gestas, tum etiam studium atque auris adhibere posset.

·C· Marium Iugurthinum, qui ad consulatum septimum provectus est, non ignoramus a (f) doctrinae studiis alienum, et sola rei militaris scientia floruisse; Quintum vero Catulum non mediocriter litteris liberalibus informatum. Sed eleganter utrique Archiam placere potuisse in hac parte narrationis ostendit, quia praestiterat (g) ·C· Marius eas res, quae satis uberem materiam scribentibus darent; Catulus autem et rebus gerendis floruerat, et habilis auditor erat (h).

3. Erat temporibus illis iucundus ·Q· Metello illi Numidico.

Qui de Iugurtha triumphavit.

4. Et eius Pio filio.

Hic Metellum *exulantem* cum Pompilio . . . e confec . . . . .

(a) Cod. maiore quod utique [illegible] patent menda laboraret. Meminit enim quid Quintilianus de *M* finali a veteribus saepe subtracta scribat inst. IX. 4: *Et illa censoris Catonis dic hanc, M littera in E mollita, quae in veteribus libris reperta, mutare imperiti solent et dum librariorum insectari volunt inscitiam, suam confitentur.* (b) Cod. *urbe* (c) Cod. *graecis* (d) Cod. *altero* (e) Cod. *alterum* (f) Cod. *e* pro *in*. (g) Codex more suo corruptissime: *utique Archiam esse potuisse in hanc* [illegible] *narrationis ostendit qui p* [illegible] [illegible] (h) Cod. *audit*[illegible] pro *auditor erat*.

5. Audiebatur a ·M· Aemilio.

·M· Aemilium Scaurum hac in parte significat et ipsum multae eruditionis, ut historia de illo habet (1).

6. Cum Quinto Catulo (a) patre et filio.

Ambo cinnana dominatione *proscripti* (b) sunt (2).

7. A ·L· Crasso colebatur.

Ea aetate hic etiam cum maxime in studiis eloquentiae floruit (3).

8. Lucullos (c) vero.

Significat *Marcum* et Lucium, quorum alter de Macedonia, alter de bello mithridatico, triumfarunt (4).

9. Et Drusum.

(a) Cod. *Catulo*, ut legitur interdum *Caius* pro *Caius*. Sed tamen priore pagina *Catulum*. (b) Ita expleo vocabulum N (c) Cod. *Lucullus*

(1) Codex *de illis haberet*. Ait autem de Scauro Cicero in Bruto XXXIX *huius et orationes sunt, et tres ad ·L· Fufidium libri scripti de vita ipsius acta, sane utiles, quos nemo legit.* Obiter etiam moneo extitisse librum logistoricum Varronis inscriptum *Scaurus*.

(2) ·Q· Catulus pater princeps fuit syllanae factionis, ut ait Asconius ad lib. I. in Verr. cap. LX. Mario victore ipse se vita privavit. Vide Appianum bell. civ. I. 74. ·Q· Catulus filius Lepidum acta Syllae rescindere conantem, bellumque patriae inferentem, armis repulit. Vide epitomem lib. XC. Livii, et Appianum bell. civ. I. 107. De hoc Sallustius fragm. hist. lib. III. 8. in oratione Macri Licinii ait, *Sulla mortuo, qui scelestum imposuerat servitium, finem mali credebatis; ortus est longe saevior Catulus.*

(3) De ·L· Crasso oratore plurima scribit Cicero in libris de orat. et in Bruto.

(4) ·M· Luculli triumphum de Macedonia memorat Cicero in Pison. XIX. Lucii triumphum de mithridatico bello describit Plutarchus in Lucullo.

Hic nobilissimus tribunus ·pl· fuit defensor senatus contra plebem: qui postea intra secreta domus suae interfectus est.

10. Et Octavios.

Alter eius Octavi filius, quem post bellum civile nuper collegam suum ·L· Cinna victor occidit; alter vero ·CN· Octavius, ·M· Octavio patre, qui consulatum cum Scribonio Curione gessit.

11. Et Catonem et totam Hortensiorum domum.

Patrem Catonis significat eius, qui se post civile bellum Uticae interfecit. ·*L*· Hortensio (a) autem *filius fuit* ·Q· Hortensius qui temporibus ·M· Tulli, quamvis aetate provectior, *non* (b) tamen famosior, oratoris nomen obtinuit. Densitas igitur haec exemplorum, quae ad personas nobiles refertur (c), multum praesenti negotio patrocinatur, ut Archias tot amicis et tam inlustribus nixus perquam facile *ad* honorem civitatis romanae potuerit pervenire.

IV. Hic tu tabulas desideres Heracliensium, quas interisse scimus omnes.

Id quod derivat in aliam causam, qua effectum

(a) Cod. sic: *Hortensio* . . . *autem* ·*Q*· *Hortensius* etc. relicto spatio. Sed supplendum fuit, ut fecimus. Patrem autem oratoris fuisse *Lucium*, testatur Cicero lib. III in Verrem XVI. (b) Tò *non*, abest a codice, sed mihi videbatur supplendum: nam Tullius revera, quamvis iunior, Hortensio famosior evasit. — At cl. Niebuhrio non videbatur inserendum *non*, quia vere *famosus* erat Hortensius, cum propter corrupta iudicia, tum propter luxum nimiasque delicias. (c) Cod. *que ad personas nobilitas fertur*.

sit ne exhiberi verae possent, id est propter incendium, quod evenerat bello sociali.

V. 1. Gabinii (a) quamdiu incolumis fuit.

Aulus Gabinius damnatus fuerat de pecuniis repetundis, quod acceptis decem millibus talentum ab rege Ptolemaeo, duxisse romanum exercitum in Aegyptum diceretur (1).

2. Census nostros requiris.

Etiam hoc argumento deficiebatur Archias: nec poterat is probare, cum ceteris civibus romanis aput praecedentium temporum censores bona sua professum. Et hoc coloratur absentiae adlectione (b), quod cum constet illis censoribus Romae non fuisse (c), ac propterea censum non detulisse.

(a) Hominis huius nomen in plerisque orationis codicibus *Gabinius* est. atque Fulvius Ursinus *Gavium* fuisse existimabat. nunc codex ambros. atque hic ipse scholiastae error receptam scripturam plane firmant. N. (b) Codex sic *adlectione*, nec male. — At N. maluit *adlegatione*. (c) Cod. *fuisset*

(1) Aulus Gabinius anno urbis DCIC. Ptolemaeum in Aegyptum cum exercitu reduxit, eoque crimine damnatus est. Iam haec oratio vulgo creditur dicta anno urbis DCLXXXXIII. Igitur vel tempora perturbat noster interpres atque de alio Gabinio loquitur Cicero, ut censebat quidam amicus meus, vel haec oratio aliquanto serius a Cicerone dicta est: cui sententiae obstare videntur ea quae ex huius orationis cap. V dicit Fabricius in Ciceronis vita ad annum urbis DCLXXXXII. (seu potius DCLXXXXIII.) Pisone et Messala coss.

Amico tuo, cuius sententiam attulisti, omnino adsentior, errare scholiastam de Gabinio censenti. Quintus enim Cicero qui hoc iudicium exercuit, praetor erat anno DCXCIII. Auli autem Gabinii calamitas accidit anno DCC. Denique collegium illud praetorum, e quorum numero Gabinius ille erat, de quo hic sermo fit, eo anno quo Silanus et Carbo legem de civitate tulerunt, in magistratu fuerat. N.

3. Cum ·L· Lucullo aput exercitum fuisse.

In Asia scilicet tempore belli mithridatici.

4. Et testamentum saepe fecit nostris legibus.

A partibus ad totum. Rebus gestis quam plurimis Archiam signa edidisse civis ·R· quae non poterat habere peregrinus.

VI. Quantum denique aleae quantum pilae (a).

Sunt enim haec, ut vulgo comperimus, genera ludendi.

VIII. Quis animo tam agresti et duro fuit, ut Rosci morte non moveretur (b)?

Quintum Roscium Gallum dicit illis temporibus inlustrem comici operis actorem (c), quem familiarissime Cicero dilexit, qui non *ita* (d) pridem vita excesserat.

IX. Ille (e) Marius idem (f) eximie (g) ·L· Clodium (1) dilexit.

(a) Cod. pro hoc textu habet *quia eleque pila*, corruptissime; sed in hac corruptione latitare elegantem lectionem *aleeole*, quam codex optimus Pithoei exhibuit, censuit N. (b) Cod. *moreretur* (c) Cod. *auctorem*. (d) Cod. *qui non . . n pridem* relicto spatiolo. Varium est sic supplendum. (e) Cod. *illi* (f) Videtur corrigendum *item*, ut editiones habent. (g) Cod. *eximiae*

(1) Codex aperte *L. Clodium.* Et quidem *Clodius* (sed cum praenomine *Servius*) recensetur a Suetonio inter illustres grammaticos cap. II, gener Quinti Aelii item grammatici. Sed vulgata lectio Ciceronis habet *L. Plotium* aut *Plautium.* Lucium ad-

Hic primus Romae studia latina docuisse *fertur*.

X. 1. Ergo illum qui haec fecerat rudinum hominem.

Natione (a) rudinus fuit ·Q· Ennius, quem superior Africanus dilectum familiarissime, etiam communicato sepulchri honore dicitur in maiorum suorum numerum redegisse. Sepulchrum (b) fuisse traditum extra portam Capenam, mille fere (c) passibus ab urbe seiunctum (1).

2. Quid noster hic Magnus?

De ·Cn· Pompeio dici manifestum. Et opportune (d), quoniam supra mentionem fecerat macedonis Alexandri, cui hoc idem cognomentum fuit, de Pompeio dicturus, adiecit hic noster.

3. Epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus.

Ab exemplo adiudicando, non sine differentia tamen personarum, haec argumentatio impletur; L· Syllam praeter ceteros Archiae daturum civitatem romanam fuisse poetae nobilissimo, quoniam malos plerosque existimaverit honorandos. Alternos igitur

(a) Cod. *rudinae*. (b) Cod. *pulchrum* (c) Cod. *ferme*. (d) Cod. *opertunae*.

tem Plotium primum Romae docuisse latine, se puero, testatur Cicero in fragm. epist. ad Titinium apud eundem Svetonium de claris rhet. cap. II. Porro codex ambrosianus est mendosissimus

(1) Revera anno demum post Ch. N MDCCLXXX. decimo kal. iunias, Scipionum sepulchrum in vinea Saxia detectum fuit non longe a vetere porta Capena, idque nunc insigne monumentum, multis eruditorum hominum curis illustratum, in vaticano museo adservatur.

versus dicit (a) elegiacos, metris scilicet dissentientibus varios. Primus autem videtur elegiacum carmen scribsisse Kallinos (b). Adicit Aristoteles praeterea hoc genus poetas Antimachum colofonium: (c), Archilocum parium, Mimnermum colofonium, quorum numero additur etiam Solon atheniensium legum scribtor nobilissimus.

4. Ex his rebus quas vendebat iussit enim (d) pretium tribui, sed ea condicione, nequid postea scriberet.

Non potuit expressius vitia poetae declarare, quam dicendo datum illi non praemium laudis, sed mercedem silentii.

5. Etiam Cordubae natis poetis pingue quiddam sonantibus.

De versiculis nec egregio cultu, nec amoena varietate, nec eminentibus figuris, carmen instructum.

XI. 1. Decimus quidem Brutus (1).

(a) Cod. *dici*, et supra *alternos*. (b) Cod. mendose *Allinos*. Emendavi autem *Kallinos*, graeca littera servata, pro *Callinus*. Et quidem huius poetae nomen scribi corruptum etiam apud Pausaniam (Boeotic. IX.) et apud Nicandri scholiastam, sicut monuit cum Scholto Vossius inst. poetic. III 11. De Callino autem elegiae auctore, aut certe in ea excellente, videsis Strabonem XIII. 4. 8. 8, et Procli chrestomathiam apud Photium cod. CCXXXIX. p. 983: item in Putschio Marium Victorinum p. 2555; nec non Terentianum Maurum, qui p. 2420 ita scribit: *pentametrum dubitant quis primus finxerit auctor, – quidam non dubitant dicere Callinoum.* (c) Ita cod. *f* pro *ph*. (d) Sic cod. *enim*. Tum *pretium* cum diphthongo, quod et alias plerumque vidi in antiquis codd. nec non *praecor*, *praeces*, *deprachendo*. Cl. N. maluit scribere: *iussit et praemium tribui sub* etc.

(1) Velleius Paterculus II. 5. ait: *ante tempus excisae Numantiae praeclara in Hispania militia D. Bruti fuit, qui,*

Hic Brutus Gallaecus fuit cognomento ob res in Hispania non minus strenue quam feliciter gestas. Eius etiam nomini *dicatus Attii* (a) poetae tragici exstat liber, cuius (b) plurimos versus, quos saturnios (1) appellaverunt, vestibulo templi Martis superscribsit Brutus (2).

2. Hunc ad perficiendum adhortavi (c).

Hoc verbum adhortavi significat cohortatus sum. Adoravit autem orare et petere significat.

(a) Spatium in codice non patitur nisi quinque ferme litteras. Ego olim suppleveram *dicatus*. Deinde cl. N. addidit *Attii*; quod eruditum additamentum esse nondum censeo. Reapse extant apud Cic. divin. I. 22. saturnii versus aliqui ex poemate ex Attio, quod inscribitur *Brutus*. (b) Cod. quo. At N. mavult retinere *quo*. (c) Cod. *adoravi* hic et postea. Sed utrumque corrigendum *adhortavi* adnotat cl. N., quia scilicet tredecim codices Lagomarsiniani habent *hortavi*, idemque ex aliis affertur, immo ipsum illud *adhortavi*, quod iam sine ulla dubitatione Ciceroni reddendum est. Conf. Perizonium VIII. 4.

penetratis omnibus Hispaniae gentibus, ingenti et hominum urbiumque potitus numero, aditis quae vix audita erant, Gallaeci *cognomen meruit*. Porro pro *A. Bruti* legendum esse *Decimi Bruti*, vehementer adfirmant Paterculi interpretes, quorum sententiam codex etiam noster veram esse demonstrat.

(1) Quinam sit versus saturnius declarat Asconius ad act. I. in Verr. cap. X. *antiquum Naevii est — fato Metelli Romae fiunt consules. — Cui tunc Metellus consul iratus versu responderat senario hypercatalecto, qui et saturnius dicitur — dabunt malum Metelli Naevio poëtae.*

Horatius item lib. II. ep. 1. v. 157. ait *sic horridus ille — defluxit numerus saturnius.* Et voc. *Saturno* Festus *versus antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, saturnii appellantur, quibus et a Naevio bellum punicum scriptum est, et a multis aliis plura composita sunt.*

(2) Commemorat hoc templum Martis, a Bruto Callaico (ut ipse scribit) conditum Plinius XXXVI. cap. V. §. 7

XII. Qui vos qui vestros imperatores, qui ·P·R· res gestas semper ornavit.

Epilogus valde conveniens personae rei, quo devotionem Licinii Archiae commendat in rebus ·P·R· (a) omnesque ingenii vires occupatas.

EXPLICIT ORATIO

FELICITER.

(a) Cod. in rebus tram

AD ORATIONEM

PRO ·P· SYLLA (a)

COMMENTARIUS. (1)

III. 1. . . . . videatur adsciscere; ait se non periculum communicare sed laudem, nec ut plures periclitentur, sed ut multi aequaliter glorientur.

2. In Autronium testimonium dixisti, inquit, Syllam defendis. Et (b) relicum.

(a) Cellarius orthograph. (ed. Patav. 1739. p. 7) ait: *Sulla, viri nomen, quod graeci Σύλλας scribunt, latinum est, ideoque ubique fere u servatur.* Codex tamen antiquissimus ambrosianus semper habet *Sylla*

(b) Cod. *ed*

(1) Ne ad orationem quidem *pro Sylla* extabat ullus vetus commentarius, prius quam ego hunc eiusdem anonymi auctoris ex ambrosiano codice divulgarem.

Acutissimum torquet *argumentum* (a) prope ad vim dialecticorum, ut adversarii propositio utrimque conclusa teneatur. Dixisti, inquit, in Autronium testimonium, et quodammodo nunc deficis a constantia tua, qui ·P· Syllae patrocinaris. Huic ita factae propositioni (b) opponitur, ut animadvertis, acuta responsio. Si minus integre, inquid (c), testimonium dixi; nec defensioni meae, quam nunc adgredior inesse debet auctoritas: sin vero fides constitit mihi testimonium dicenti, cur non ab eadem fide etiam defensionis huius aequitas descendat? Et hic iam se animis iudicum latenter insinuat, ut praesens defensio in testimonii vicem cedat.

3. Videor enim iam non solum studium ad defendendum (d) causas, verum etiam opinionis aliquid et auctoritatis adferre.

Cavet (e) valde ne odium quoddam nimiae huius adseverationis (f) incurrat. Facit enim periculum inpudentiae, qui cum patronus sit, velit testis videri.

IV. 1. Duae coniurationes abs te, Torquate, constituuntur.

Coniuratio diversi generis infertur geminata propositione: et fit a ·M· Tullio consultissima et non incuriosis lectoribus admiranda discretio, ut solum

(a) Spatium in codice relictum explevi hoc vocabulo. (b) Codex *huic ita facta propositione*. (c) Ita cod *inquid* (d) Cod. *defendendum* — Libri omnes *defendendas*, in iisdemque deest supra *iam*. Sed ambrosiana lectio retinenda N. (e) Spatium aut lacunam codicis explevi verbo *cavet*. (f) Codex *adseverationes*.

tempus ipse defendat coniurationis eius, quae se consule deprachensa sit; illud vero superius Hortensio patrocinante fateatur dilucide peroratum. Ita nec fit ulla iactura defensionis, quod illud superius tempus omittat, quoniam defendit Hortensius: et cum hoc sibi potissimum velut privatim et peculiariter vindicet ad diluendum, magis existimetur testimonio niti quam probatione, defendens ea scilicet quibus ipse consul interfuit.

2. Ergo istius coniurationis crimen defensum ab eo est qui interfuit.

Non contentus sibi uni vindicare testis auctoritatem, etiam in illo praecedentis coniurationis tempore, quoniam se non potest, vel ipsum testem constituit Hortensium. Sic contra iniuriam temporis utriusque non defensiones duorum, sed testimonia, videntur opponi.

3. Non modo animo (a) nihil comperi, sed ad auris meas istius suspicionis fama non (b) pervenit.

Obnixe negando de illa superiore coniuratione nihil se comperisse, hoc persuadere contitur, omnia sibi in consulatu suo fuisse manifesta.

V. 1. Multa cum essem consul de summis rei-p. periculis audivi, multa quaesivi, multa cognovi: nullus umquam de Sylla nuntius ad me, nullum indicium, nullae litterae pervenerunt, nulla suspicio.

(a) Libri editi et codd. *enim* pro *animo*. N (b) Cod. *famam pervenit*.

Haec vero non patroni magis quam testis oratio est. Quibus enim verbis, praeter quam his, uti posset qui testimonium rogaretur? Mire (a) *sibi* optinens *ut fides adhibeatur*, quasi expectandum iam non sit ut probet, quoniam credi debeat reip. conservatori.

2. Sed ego nondum utor hac (b) voce ad hunc defendendum.

Moderate et consulte facit, quo magis mereatur obtinere (c) testis auctoritatem, quam sibi ipse non vindicet.

3. Quae enim fuit Autronii causa? quae Syllae est?

Dissimilitudinem duorum P. Syllae et Autronii facta comparatione prosequitur, ne huius praedamnatio sit illa sententia, quae in Autronium dicta est necessario. Igitur ostendit numquam similes fuisse, ut per hoc facilius Syllam persuadeat innocentem.

4. Illum Allobroges maximarum rerum verissimi indices.

Oratoria suptilitate adserit hic et confitetur Allobrogum fidem, quos verissimos indices dicit, a quibus Syllam nominatum non esse constabat.

5. Hic contra ita quievit, ut eo tempore omni Neapoli fuerit.

(a) Cod. *mirae* *optinens* *quasi* etc. relicto spatio, ubi ut versus loco haeret. (b) Verba *utor hac* desunt in codice, quae supplevi ex editis. (c) Nota hic *obtinere*, at superius *optinens*. Saepe enim in codice scripto eiusdem vocabuli varia est

Quoniam videri poterat P. Sylla damnatus conscientia (a) detecti criminis sui ab oculis omnium secessisse, et urbem Romam reliquisse, trahit orator ad verecundiae argumentum, dicens, ea propter sub oculis esse civium noluisse, quod erubesceret in aliquo vitae suae *articulo* honorem defloratum dignitatemque mutilatam. Nec moverit nos quod ita loquatur de Sylla Cicero, quasi damnatus crimine ambitus habuerit Romae demorandi facultatem. Habuit enim secundum legem calpurniam Nam superioribus *temporibus* damnati lege cornelia (1) hoc genus poenae ferebant, ut magistratuum (b) petitione per decem annos abstinerent. Aliquanto postea severior lex calpurnia (2) et pecunia multavit (c), et in perpetuum honoribus iussit carere damnatos (3). Habebant tamen licen-

(a) Cod. *conscientiam*. (b) Cod. *magistratum*. (c) Cod. perspicue *multa fuit*. Sed recepi emendationem *multavit* cl. Gronovii in suis animadversionibus ad hunc scholiastam p. 138.

(1) Haec lex dicitur *baebia cornelia*, quia lata est a P. Cornelio Cethego et M. Baebio Tamphilo, qui consulatum gesserunt anno urbis DLXXIII. Eius legis meminit Livius XL. 19. sed poenam reticuit, quam noster interpres expressit.

(2) De hac lege ad orat. I. pro Cornel. scribit Asconius *tulerat eam ante biennium* (nempe anno urbis DCLXXXVII.) *C. Calpurnius Piso consul, in qua, praeter alias poenas pecuniaria quoque poena erat adiecta*. Legem hanc calpurniam memorat idem Asconius etiam ad orat. in toga candida.

(3) Consonat plane Dio XXXVI. 21. poenas ab hac lege inflictas recensens μήτ' ἄρχειν μήτε βουλεύειν σφῶν μηδένα, ἀλλὰ καὶ χρήματα προσοφλισκάνειν *ut neque magistratum gerere neque senatoribus esse liceret, et pecuniaria insuper poena irrogaretur.*

tiam Romae morandi. Postea, iam damnatis Sylla et Autronio, poenam de ambitu graviorem consules C. Antonius et Cicero sanserunt (a), ut praeter haec veteribus legibus constituta, etiam exilio multarentur (1).

6. Et locus est ipse non tam ad inflammandos calamitosorum animos, quam ad consolandos accommodatus.

Dicit neapolitanam civitatem procul fuisse ab omni contagio illius coniurationis; ac propterea delectam P. Syllae, ut ibi non sceleratus lateret, sed miser conquiesceret.

VI. Veniebat ad me, et saepe veniebat, Autronius.

Salubriter instituit huic parti; multis et inpensis precibus auxilium defensionis, commemoratis amicitiae veteris officiis, Autronium postulasse, multosque alios ad hoc impetrandum pro se deprecatores adhibuisse, nec tamen extorsisse ut patronus et defensor adsisteret: ne hoc dicere adversarius posset; idcirco Autronium non defendisti, quod

(a) Ita cod.

(1) Suam legem *de ambitu* commemorat Tullius pro Murena III. et XXXII, pro Sextio LXIV, in Vatin. XV. Eadem memoratur etiam a nostro interprete ad orat. pro Plancio XXXIV 1. et a Dione XXXVII 29. ad annum urbis DCXCI. his verbis ἔδοξε τῇ βουλῇ δέκα ἐτῶν φυγῇ, τοῦ Κικέρωνος ἐς τὰ μάλιστα ἐνάγοντος, τοῖς ἐπιτιμίοις τοῖς ἐπὶ τῷ δεκασμῷ τεταγμένοις προσνομοθετῆσαι: *statutum est a senatu, Cicerone* (consule) *praesertim auctore, ut ambitus crimen, praeter constitutas iam multas, decennali insuper exilio plecteretur.*

non satis egerit, ut a te defenderetur. Sed si hoc impensissime deprecatus est, nec impetravit, videri iam potest idcirco ad defendendum Syllam venire, quod de eius innocentia certus sit.

VII. 1. Quod tandem, Torquate, regnum? Consulatus credo mei, in quo ego imperavi nihil.

Cumulaturus invidiam Torquatus in personam M. Tullii, et hoc dixerat: quodam illum spiritu velut regiae potestatis exposcere, ut Sylla innocens iudicetur. Itaque (a). . . . statim. . . . . *addit* consulatum suum talia edidisse moderationis et continentiae et virtutis exempla, ut non ipse rex, sed aliis regnum affectantibus esset inimicus. Qua executione simul et invidia liberat auctoritatem suam, et impetrabilius facit quod ad Syllae victoriam (b) locuturus est.

2. An tu (c) in tanto imperio tantaque potestate non dices me fuisse regem, nunc privatum regnare dicis?

A maiore ad minus. Ut quod nunc privatus in defendendo reo innocentissimo faciat, non sit regiae superbiae sed fidei religiosae, qua non putet innocentes esse damnandos. Nec cadat suspicio regiae cupiditatis in privatum senatorem, quae non ceciderit (d) in consulem.

3. Si falsum dixerim, te in eosdem (e)

(a) In his spatiis duorum fermo versiculorum evanuerunt litterae. (b) Codex *ad Syllam victoriae* (c) Sic cod. *tu* At in edd. et aliquot codd. *tum* (d) Cod. *cecciderit* (e) Edd. deterius *eos*

dixisse; si (a) verum, non esse hoc regnare, cum verum iuratus dicas, probare.

In altero *accusatio adversarii* est, in altero *sui defensio* (b). Aut invidiae mecum particeps, inquit, videberis, siquid (c) in eo regaliter feci, quod in sceleratos homines testimonium dixi, quoniam et te in eosdem dixisse manifestum est; aut si fides et religio incorrupta in illis omnibus testimoniis fuit, non potest rex videri qui testimonio adserit veritatem. In parte igitur percussit Torquati verecundiam, in parte diluit regalis animi proprietatem.

4. Uter tandem rex est, is ne cui innocentes homines non resistunt, an is qui calamitosos non deserit?

Praemiserat enim Torquati propositionem valde insolentissimam, et liberae civitatis odio dignam: nisi tu defendisses P. Syllam, nemo defenderet. Cui statim in forma concessiva occurrit (d). Ut, inquit, alios concedam patrocinium denegaturos fuisse, in quem iustius derivabitur animi regalis cupiditas, in me qui protego innocentes, an in te qui subveniendum non putas innocentibus? Non tantum ergo se liberavit, sed Torquatum multo acerbius proscidit.

(a) Edd. melius *sin.* N. (b) Cod. sic *in altero* ... *est in altero sui* etc. quae spatia replenda videbantur, ut fecimus. Porro noster interpres satis bene declarat hunc locum, qui recentiores editores non parum torsit. (c) Cod. *siquit*. (d) Cod. *in formam concessiva currit*.

5. At hic etiam facetus esse voluisti, cum Tarquinium et Numam et me tertium peregrinum regem esse dixisti.

Novitatem Ciceronis multi quidem per illa tempora contumeliis agitare voluerunt (a), ut Catilina et Clodius (1), et ipse, quamvis collega fuerit, ·C· Antonius (2). *Nam quia* virtutibus obtrectare non poterant, eius humilitatem natalium maledica insectatione carpebant. Notissimum est autem fuisse Ciceronem natione vulscum Arpino municipio, unde illi quaedam peregrinitatis ab invisoribus concinnabatur infamia. Nec in praesentis causae iudicio Torquatus pepercerat, facta mentione regum peregrinorum Tarquinii et Numae. Fuerat enim Popilius Curibus sabinis ortus: Tarquinius vero Priscus Demarathi (b) corinthi (c) filius, qui fugiens dominationem Cypseli, in Italiam se Tarquinios contulerat, ibique liberos procreaverat. Animadvertamus tamen quantis aculeis asperitatis tallionem ·M· Tullius referat hic Torquato, quem partim despi-

(a) Cod. *voluerint*. (b) Cod. *Demarthi* (c) Ita cod. cum unica *r*.

(1) Magnam de sua nobilitate opinionem et superbiam Claudiae familiae insitam testatur Tacitus annal. I. 4: *Tiberium Neronem, maturum annis, spectatum bellis; sed vetere atque insita Claudiae familiae superbia.* Eandem in Appio Pulchro ·P· Clodii fratre exagitat Cicero ad famil. III. 7.

(2) De Catilina et Antonio confirmat Asconius ad orat. in toga candida sub finem *huic orationi Ciceronis et Catilina et Antonius contumeliose responderunt, quod solum poterant, invecti in novitatem eius.*

ciendo plus abicit et humillimum facit, partim maiore insectatur invidia, quod in exemplis maiorum illius hereat (a) invidia tyrannidis (1).

6. Hoc dico, inquid (b), te esse e municipio. Fateor: et addo etiam ex eo municipio, unde iterum iam salus huic urbi imperioque missa est.

Magna cum gloria subdidit consensionem, amplectens municipii sui arpinatis egregiam nobilitatem; unde et ·C· Marius extiterit bellorum maximorum strenuissimus victor; et ipse, cuius consulatus ad opprimendam Catilinae coniurationem salutaris inluxerit.

7. Nemo istuc ·M· Catoni seni, nemo Tiberio Coruncanio, nemo Manio (c) Curio.

·M· Cato ille censorius et ·Tib· Coruncanius (d) fuerunt e municipio tusculano. Manius porro Curius qui de Samnitibus triumphavit, Sabinis oriundus videtur (2), ubi etiam foculo adsidens aurum, quod

(a) Sic cod. *hereat* sine diphthongo. (b) Ita cod. *inquid*. (c) Cod. *Mario*, at inferius *Manius*, quod verum Curii praenomen hic usurpat Plutarchus in Pyrrho; et diserte adstruunt interpretes Aur. Victoris ad caput XXXIII de viris ill. Porro hoc Curii Dentati praenomen non in nostro tantum codice, sed in aliis multis veterum scriptis aut corruptum aut varium est. Vide ad Aur. Victoris locum citatum. (d) Cod. ·*Tib*· *Coruncanius*

(1) Intellige Manlium Capitolinum.

(2) De Curio e Sabinis oriundo manifestus scholiastae error est, siquidem constat hanc gentem demum post Curii victoriam in civitatem esse receptam. N.

sibi hostes optulerunt, repudiavit; confessus votum sibi esse praecipuum, non ut ipse opibus adflueret, sed ut pecuniosis hostibus imperaret (1).

VIII. 1. Est enim ipse materno genere municipalis.

Quo sin totum destruere non potuit, ex parte destruxit. Nam familiae Manliae veteris egregia nobilitas eminebat, sed maternum genus humilitare (2) conatus est: quasi non sit illi ad originem parentis utriusque dignitas vetustatis aequalis.

2. Honestissimi generis, sed tamen asculani.

Asculum civitas est in Piceno, unde etiam principia belli socialis arsêrunt (3).

3. Nisi forte regium tibi videtur ita vivere. Et relicum.

Decore et hoc cum sublimitate maximae (a) laudis impletur: ea ostendens inesse moribus suis, quae non congruentia sed contraria sint regiae cupiditati.

IX. 1. Ego tantis a me beneficiis in re·p· positis, si nullum aliud mihi praemium ab senatu populoque ·R· nisi hones-

(a) Cod. *maxime*

(1) Idem de Curio narrant Cicero de senect. XVI, Valerius Max. IV. 3. 5, Aurelius Victor de viris ill. XXXIII

(2) Nota vocabulum *humilitare*.

(3) Rem narrat Appianus bell. civ. I 38

tum otium postularem, quis *non* (a) concederet?

Gloriose in hunc locum decurrit orator laudibus suis plurimis demeritis erga rem publicam tribuens, quod tantis iam perfunctus periculis honeste posset ab omni labore requiescere, nisi animus nullo posset otio consenescere. Et hic, quantum mea opinio est, imitatus est ·C· Gracchum (1). Sic enim et ille DE LEGIBUS PROMULGATIS (2), ut ipsius etiam verborum faciam mentionem.

SI VELLEM, inquit, APUT VOS VERBA FACERE, ET A VOBIS POSTULARE, CUM GENERE SUMMO ORTUS ESSEM, ET CUM FRATREM PROPTER VOS AMISISSEM, NEC QUISQUAM DE ·P· AFRICANI ET TIBERI GRACCHI FAMILIA, NISI EGO ET PUER RESTAREMUS (3), UT PATEREMINI HOC TEMPORE ME QUIESCERE, NE A STIRPE GENUS NOSTRUM INTERIRET, ET UTI ALIQUA PROPAGO GENERIS NOSTRI RELIQUA ESSET; HAUD *SCIO* (b) AN LUBENTIBUS A VOBIS IMPETRASSEM.

(a) Sic edd. Sed τὸ non abest a codice. Et clausula quidem fragmenti gracchani favet codicis lectioni. (b) *Scio* ipse supplevi.

(1) Huius oratoris laudes magnifice persequitur Cicero in Bruto XXXIII.; itemque Dio fragm. peiresc. XC, et Plutarchus in Gracchis. Tum ·C· Gracchum pleniorem uberioremque Catone sene dicit auctor dialogi de caussis corruptae eloquentiae XVIII, a quo tamen dissentit Gellius X. 3. Ingeniosissimus et eloquentissimus Romanorum dicitur a Cicerone pro Fonteio XIII; item laudatur de harusp. resp. XIX.

(2) Orationem Gracchi *de legibus promulgatis* memorat Gellius IX. 14. et X. 3, aliquot eius fragmentis prolatis. Citat eandem orationem etiam Festus voc. *ostentum*. Haec tamen particula, quod sciam, adhuc erat inedita.

(3) Tiberius Sempronius Grac-

2. Etenim in qua civitate rem tantam gesserim memini, in qua urbe verser intellego. Plenum forum est eorum hominum, quos ego a vestris cervicibus depuli, iudices, a meis non removi.

Figura (a) quidem in orationibus plurimis frequentata Ciceroni, qua velut divino quodam mentis instinctu imminentem sibi providebat invidiam, et ex ea periculum quod evenit. Verum mihi altius consideranti hanc omnem quam localiter intulit *figuram* (b) occurrit vehemens, et ad causam ·P· Syllae salubriter pertinens virtus. Nam cum in praesenti exsecutione testetur, extinctis iam plurimis hostibus patriae, superesse tamen innumerabiles qui sibi nocere votis ardentibus cupiant, hoc sine dubio relinquit iudicum tacitis cogitationibus, numquam se ad defendendum Syllam processurum fu-

(a) Spatium in codice, quod replevi verbo *figura*. (b) Iterum spatium, quod replevi ut supra

chus de Cornelia ·P· Africani maioris filia duodecim suscepit liberos; sed tanta soboles mature cum patre vita functa est, excepta filia, quam Scipio Africanus minor uxorem duxit, et filiis duobus Tiberio et Caio. Occiso in tribunatu Tiberio, solus e masculis superfuit frater Caius cum Tiberii filiolo, de quo Gellius II. 13. in fine. (Sed tamen Valerius Max. IX. 7. 2. tres ait fuisse Tib. Gracchi filios.) Atque hunc puerum fortasse heic commemorat Caius. Ceterum Plutarchus in Gracchis narrat, ipsi etiam Caio fuisse filiolum, quem nimirum uxor Licinia manu tenebat, cum viro occurrit ad eam dimicationem prodeunti, in qua miserrime periit.

isse, si eum vel tenui aliquo argumento sensisse cum hostibus rei ·p· suspicaretur, cui minuendus esset illius coniurationis numerus, ne plures in posterum sibi reservaret (a) inimicos.

X. Quod cum is tribunos (b) ·pl· facit, qui unus videtur ex illis ad lugendos coniuratos relictus, nemini mirum est. Difficile est enim tacere cum doleas.

Insectatur invidia maiore Torquatum: et cum sit ab illo ipse reprehensus, quasi mutato proposito voluntatis, qui Catilinae oppresserit coniurationem, reis tamen eiusdem criminis patrocinetur; versa quodammodo vice ipsum Torquatum quasi defensorem coniurationis insimulat, et dicit imitari eum tribunum ·pl· qui moleste poenas hominum publicorum (1) ferat. Significat videlicet ·L· Calpurnium Bestiam (2), sive (nam et hoc suspicari possumus) ·Q· Metellum Nepotem (3). Post quod exemplum

(a) Codex *reseret*. (b) Archaismus pro *tribunus*. Sic pro Scauro *solitodo* pro *solitudo*

(1) Nempe reorum crimine maiestatis. Confer digest. lib. XLVIII. tit. 1. leg. 1.

(2) ·L· Calpurnius Bestia recensetur a Sallustio inter coniuratos cum Catilina. Huic Bestiae tribuno ·pl· mandatum erat a Lentulo item coniurato, ut Romae concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis. Vide Sallust. bell. Catil. XVII. et XLIV.

(3) ·Q· item Metellum Nepotem de coniuratorum poena conquestum refert Dio XXXVII. 42. Immo idem Metellus tribunus Ciceronem consulatu abeuntem concionem habere prohibuit, atque ei tantum ut iuraret vetere more permisit. Vide Plutarchum in Cicerone et Dionem lib. cit. cap. 38, tum Asconium ad orat. in Pison. III. Contra Metelli concionem, qui Cicero-

in fine sententiam posuit, quod genus in tullianis orationibus rarum est. Difficile est, inquit, tacere cum doleas: dolor enim quibusdam tormentis animi laborantis effusus, ad impatientiam vocis erumpit.

XI. Qui filium suum vita privavit, ut in ceteros (a) firmaret imperium.

De familia Torquati mutuatur exemplum, quo validius ad consensum adigeretur, puniendos a re p. fuisse hostes intra moenia deprehensos, cum per contextum sui generis recordetur (b) extitisse qui filium capite puniret. Et hoc in loco Manlium significat qui cum P. Decio functus est consulatum. *Hic* ex virtute cognomen Torquati habuit, quod uno de Gallis hostibus interfecto, torquem sibi velut spolium superati hostis induerat. Ab hoc comperimus filium non ob aliquod criminosum, sed gloriosum et militare facinus, interemptum; quod contra patris imperium cum hoste, quamvis feliciter, dimicasset (1).

XII. Atque etiam illud addam, nequi (c)

(a) Edd. *in ceteris* (b) Cod. *recordatur* (c) *Nequi* pro *nequis* evidenter habet noster codex. Sic paulo infra XIII. 4. *aliqui* pro *aliquis* semel Cicero et semel interpres. Itidem ad orat. pro Plancio XXVIII. 2. *aliqui* pro *aliquis* scribit interpres. Quare haud scio quo iure Forcellinus ad voc. *aliquis*, locorum omnium, qui pro hac sententia adferuntur, incertam lectionem pronuntiaret.

nem apud populum maledictis proscideret, extant ipsius Tullii fragmenta orationis, quae videsis in editionibus.

(1) Confer Livium VIII. 7.

forte incipiat inprobus subito te amare, Torquate.

Ista dicit insidiosa quadam benignitate perstringens adversarium.

XIII. 1. Ab (a) Allobrogibus nominatum Syllam esse dicis. Quis negat? Sed lege indicium, et vide quemadmodum nominatus sit.

Facta ab indicio Allobrogum et (b) . . inlata propositio, ne (c) sensio (1) in contrarium vergeret, vigilantissime (d) . . ipsius indicii modum tractare adgressus est, et ostendere (e) quaesisse Gallos de ·L· Cassio Longino quemadmodum Sylla esset animatus. Et hoc eos fecisse, non quo de eius moribus et proposito voluntatis aliquid audissent, sed quod facta mentione ·P· Autronii, quem consortem fuisse praecedentis illius de ambitu damnationis audierant, existimassent aliquid etiam de coniuratione quaerendum. Deinde vincenter (2) subicit responsum Cassi illud unum respondentis, nihil se de ·P· Sylla scire pro certo. Ibidemque statim, quod nos a pari dicimus, defensionem complectitur, dicens huiusmodi responsum Cassi (f) pro eo habendum atque si

(a) Recte in codice additur praepositio *ab*, quae deest in editionibus. (b) Spatium unius brevis vocabuli. (c) Nisi mavis legere *propositione sensio*, aut putare omissum alterum *ne*, ita ut esset *propositione ne sensio*. Cl. Niebuhrius suspicabatur corrigendum esse *propositione, sensim in contrarium vergens*. (d) Spatium duorum vocab. (e) Cod. *et ostendens*. (f) Codex *cassum*.

(1) Nota nomen *sensio* pro *sententia*, ut in Isidori glossario.

(2) Nota adverbium *vincenter*.

negasset ·P· Syllam sceleris huius esse participem: quoniam is qui de omnibus instructissimus fuerit, de hoc ideo nihil scripserit (a), quod Sylla innocens esset.

2. Si respondisset idem sentire et secum facere Syllam.

Ad formam concessivam revocans argumentationem, etiamsi (b) quaerentibus Gallis respondisset ·L· Cassius ·P· Syllam huius initi (c) contra rem ·p· sceleris esse participem, valere non debuisse pro crimine; quod facile crederetur illum, quo spem robustiorem Gallis daret, de nobilissimo viro non dubitasse mentiri. Quae *concessio* (d) multum proficiet ad illud quod negaverat Cassius se comperisse quid animi Sylla haberet, ut tale genus responsionis absolute purgaverit innocentiam.

3. Nisi forte verisimile est ·P· Syllae nomen in memoria Cassio non fuisse.

Verisimilia contrahit argumenta per qualitatem personae, quam gentis nobilitas inlustrabat, ut etiam non quaerenti Cassio potuerit efferre (e), si tamen aliquid ille se dixerit comperisse.

4. Sed ego in quaestionibus et indiciis (f) non hoc quaerendum arbitror num purgetur aliqui, sed num arguatur.

(a) Ita cod. *scripserit*, sed ex praecedentibus videtur corrigendum *scr-erit*. (b) Codex *etiam*. (c) Cod. *initi*. Confer pro Plancio IX. 1. (d) In codice vel spatium unius vocabuli est vel oblitteratio. Supplevi *concessio* ex praecedentibus. (e) Corrigit *offerre* N. (f) Sic *indiciis* hic et infra, non vero *iudiciis*; quam nostram lectionem alii etiam codd. confirmant.

Et perquam exercita respondendi facultate propositioni accusatoris occurrit, non illud expectandum in indiciis an defensus sit aliqui (a), sed an nominatus; quoniam videri possit etiam stulta defensio id quod non accusetur, velle purgare.

XIV. 1. Exclusus hac criminatione Torquatus rursus in me inruit, me accusat: ait me aliter ac dictum sit, in tabulas publicas rettulisse. O dii inmortales! Et relicum.

Iuxta (b) dignitatem personae in excessum locus totus effunditur cum indignatione vehementi. Fit enim coniectura incidens an P. Syllae nomen subtraxerit Cicero, et id egerit ne in tabulas publicas referretur. Non debuit ergo humiliter et timide hanc defensionem, sed cum impetu flagrantissimae indignationis inplere, quasi monstri simile sit, in tanto consule aliquid potuisse fraudis existere. Hae sunt defensiones quae in personis inlustribus quendam spiritum laudis imitantur.

2. Instituti senatores qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa perscriberent.. At quos viros? non solum summa fide, sed etiam quos sciebam memoria scientia celeritate scribendi facillime quae dicerentur persequi posse.

(a) Cod. *aliquid*, sed deleta ab ipso amanuense littera *d*. Quare remanet *aliqui* pro *aliquis*, ut paulo ante. (b) Cod. *iusta*.

Ad diluendam quaestionem, quae, ut diximus, incidens nata est, an falsum consul in tabulas publicas rettulerit, inferuntur haec exempla validissima, quod ad scribendum omne, quod iudices pronuntiarent, idoneos admoverit senatores. Et vigilanter duo illis praecipua, et quae ad strumentum fidei necessaria sunt, adscribit, animi integritatem et velocitatem scribendi, ut fides non deceperit veri*tatem* . . .

. . . conversus.

XXXII. O miserum infelicem illum diem!

Oratorie deplorat etiam illud tempus, quo damnatus est ambitus crimine (1), ut in eo desinat invidiosus esse, in quo miserandus existimetur.

XXXIII. Vos reiectione interposita, nihil suspicantibus nobis, repentini in nos iudices consedistis, ab accusatoribus delecti ad spem acerbitatis. Et relicum.

Sensus quidem multae obscuritatis est, cuius intellectus sic aperietur. Per illud tempus cum esset alius praeter Syllam reus, qui causam de vi lege plautia (2) diceret, omni labore conisus est L. Torquatus, ut ante iudicum reiectio (3) fieret

(1) De Sylla crimine ambitus damnato vide Asconium ad orat. I. pro Cornelio, et in toga candida.

(2) De hac lege sic Iulianus digest. lib. XLI. tit. 3. leg. 33. ff. 2. *Lex plautia et iulia ea demum vetuit longa possessione capi, quae vi possessa fuissent; non etiam ex quibus vi quis deiectus fuisset.*

(3) De iudicum reiectione loquitur Asconius ad act. I. in verr. VI; iterum in Verr. de praet. urb. II, et in argumento milonianae.

ad eam cognitionem, quae de illo quoque futura erat, qui huiusmodi reatu petebatur. Et hoc nimirum eo consilio et ea calliditate peregit, ut melioribus et iustioribus ad illam causam iudicibus electis, qui superessent inmitiores et asperi iudices, quique ab illorum numero fuissent reiecti, de P. Sylla iudicarent, pro naturae suae videlicet asperitate hunc vel innocentem damnaturi. De reo metuens orator in orationis exitu praecavet (1) et invigilat, ut iudicibus, quorum asperitatem metuit, incutiat verecundiam prius quam ad ferendas sententias eant: ut metuentes invidiam nimiae duritiae, si reum poenae addixerint, iam pro illo sentire cogantur. Et ne hoc ipso tamen animos eorum laederet, communicavit fortunam temporis sui et consulatus, in quo et ipse contraxerat quasi nimis acerbae severitatis invidiam (2): dicitque in commune omnibus consulendum, ut severitatem nimiam, quam temporis necessitate susceperint, praesenti humanitate mitificent.

Explicit oratio.

(1) Cod. *praecedet.*

(2) Invidiam et pericula, in quae incurrerat ob severum iudicium de coniuratis exercitum, commemoravit ipse Cicero superius in hac oratione IX. 2.

AD SEQUENTIA SCHOLIA

EDITORIS MONITUM.

Hactenus Ciceronis orationes veteresque ad eas commentarios ex palimpsestis vaticanis ambrosianisque edidi. Deinceps scholia quaedam attexere iuvat, quae in antiquissimo post palimpsestos ambrosiano Ciceronis codice mihi se obtulerunt. Is codex adeo vetus est, ut saeculo post CH. N. circiter decimo scriptus esse videatur, librosque de officiis, catilinarias quatuor orationes, tum pro Marcello, pro Ligario, pro Deiotaro continet. Et priora quidem opera adnotationes nullae comitantur: verum quarta catilinaria et tres orationes reliquae habent scholia quaedam margini adlita, quorum tum scriptura textui coaetanea est, tum latinitas sic ferme pura videtur, ut ea saeculis barbaris tribui non possit. Extat utique in Tullii editionibus vetus quidam interpres harum quatuor orationum; verum is non solum diversus a nostro est, sed etiam adeo latinitate durus et elocutione subrusticus, ut prorsus cum nostro conferendus non sit.

IN ·L· CATILINAM IIII.

·I. 1. Non campus auspiciis consularibus consecratus.

Cum omnis magistratus auspicato crearentur, tum maxime consules certorum auspiciorum ritu designabantur (1).

2. Non denique haec sedes honoris sella curulis.

Omnes magistratus, quicumque patricii essent,

(1) Confer Ciceronem de divin. II. 18.

curules (a) dicebantur, ut consul et pars patriciorum. Aediles etiam, qui de plebeis non erant, curules. Nam alii itidem plebei erant. Sella igitur dicebatur curulis, quia carrulis (b) magistratus in curia nitebantur.

II. Non ·Tib· Gracchus.

Tiberius Gracchus tribunus plebi sediciosissimus studio repetendi tribunatum multa commisit audacter, eoque poenas luit. Sed licet alia maiora commiserit, delegit orator quod levius erat, ut esset quo coniuratorum spes videretur audacior.

V. 1. Hoc auctore et cognitore huiusce sententiae.

Cognitor, idest defensor et quasi procurator et patronus eius, quam laudo, sententiae. Cognitor autem procurator erat, qui aderat praesenti.

2. Abesse nonneminem.

Quosdam significat adsentatores coniuratorum. Erant autem Clodius, Piso et Gabinius, qui in senatum venire noluerant, nequod in coniuratos supplicium depromere cogerentur: quos scilicet adsentatores Catilinae fuisse compertum est (1).

(a) Cod. *camiles* manifesto mendo. Tum etiam reliqua pars huius scholii in codice est perturbatior. Ceterum de hac re vide Gellium III. 18, Festum, et denique Isidorum etymol. XX. 11. et de differentiis verborum, qui sententiam scholiastae nostri confirmant. (b) Cod. *carolis*.

(1) De his tribus hominibus Catilinae studiosis legesis de aere al. Mil. II. 2; pro domo XXIV; Ascon. ad milonianam cap. XXI. Sed de Clodio contradicit Plutarchus in Cicerone cap. XXIX.

3. At vero Caesar intelligit legem semproniam.

Quia semptentiam tulerat Gracchus, ut nequis in civem romanum capitalem sententiam diceret (1).

(1) Confer pro Rabirio perd. reo IV; in Verr. V. 63; in Catil. I. 11.

PRO ·M· MARCELLO. (1)

I. 1. Non timore aliquo.

Non quo, inquit, aliquid metuerem aut de clementia tua diffiderem, sed quod amici casum dolerem mei; simul et verecundia retinerer, quod ex consortis mei poena consimilia mereri iudicarer.

2. In nostro veteri curriculo.

Curriculum dicitur spacium per quod aguntur currus, aptus scilicet cursui locus. Sed metaphorice forense quoque officium curriculum dixit, quasi locum aptum probandis atque exercendis ingeniis. Est autem hic sensus: cum in eloquentiae, inquit, curriculo, id est in foro, imitatore uterer ·M· Marcello, elanguit studium honesti certaminis, aemulatione sublata.

(1) Wolfium hanc quoque orationem Ciceroni eripere molitum, dixi p. 38; quam auctori suo confirmant haec etiam scholia; praeter quam quod eam in tullianis libris legebant Asconius ad divin. VI, Lactantius inst. cap. XI, Nonius voc. *imitatio*, Priscianus lib. III. 3. VI. 15. XVIII. 2. et alibi, qui loci ab ipso recente adversario observati sunt.

V. Non ille hostes induxit in curiam.

Cum eos, inquit ·G· Caesar qui contra se pro Pompeio arma ceperant in senatum introduxit, hostis non fuisse iudicavit. Non enim hostem iudicat *quem donat* publici communitate consilii.

VI. 1. Non enim iam causae sunt inter se, sed victoriae comparandae.

Quae fuerit, inquit, in civili bello vel quibus partibus causa dimicandi praelatior, nescio. Illud scio, tuam victoriam Pompei victoriae praeponendam. Tu enim in victoria clemens fuisti, qua ille cruentius uteretur.

2. Opinione officii stulta fortasse, certe non inproba.

Forte, inquit, stulta fuerit illa opinio, officiosum se quemlibet credere, si non desereret amicum; inproba autem esse non potuit. Et vide qua moderatione temperaverit culpam, ut siquid etiam delicti habuit, non maliciae fuerit sed erroris. Ipsam tamen stulticiam, quae etiamsi certa sit, non habet culpam, dubiam ponit, iungendo fortasse: purgationem vero certissimam; nam fortasse fuit stultus, certe non inprobus.

X. 1. Arma ab aliis posita.

Quos dignos scilicet Caesar sua clementia iudicavit. Condempnat enim propositum suum, qui voluntate arma deponit.

2. Ab (a) aliis erepta sunt.

In quos scilicet Caesar animadvertit: quibus, etiam fractis et comminutis opibus, inerat tamen pertinacia resistendi.

(a) Praepositionem *ab* tollendam censuerunt critici ex hoc loco Ciceronis, sed enim eam codices ambrosiani miro consensu retinent.

PRO ·Q· LIGARIO.

IV. At istud ne apud eum quidem dictatorem.

Syllam significat, qui tantae crudelitatis fuit, ut in marianae partis viros, accusatores commoveret, ad delationem primus invitaret (1); qui perpetuus dictator non alio modo, quam hodie Caesar est, fuit (2).

VII. Tuberonis sors.

Cum enim ageretur ab senatu quis esset mittendus in Africam ad tutandas Pompei partis, placuit rem sortito gerere. Ergo plurima in urnam coniecta sunt nomina, quae inter Tuberonis etiam fuit, cuique proficisci in Africam sorte venit.

(1) Vide Appianum bell. civ. lib. I. 95.

(2) Oratio pro Ligario habita est post bellum Caesaris africanum, quo tempore Caesar iam tertiam dictaturam gerebat. Sed mirum est (observante Schutzio) quod sic loquitur hoc loco interpres, ut vivente adhuc ·C· Caesare concinnasse haec scholia videatur. (Quis id tamen sibi persuadeat? M.)

VIII. In qua erat rex potentissimus.

Iubam significat Mauritaniae regem, qui Pompei amicissimus, Caesari vero invisus fuit.

XII. Similem illi gloriae laudem quam saepissime quaerere.

Acceptam scilicet populo vel amabilem. Te plausibililem omnibus quam maxime diligentibus plebem.

PRO REGE DEIOTARO

I. Ad accusandum dominum.

Deiotarus enim trahens apud Caesarem suspicionem (a), quod ob dolorem amissi regni alieno animo esset effectus, purgandi sui gratia legatos miserat Romam Hieram et Blesamium et Astigonum (b), quibus servum suum Phidippicum medicum adiunxerat: quem a pedibus legatorum ad criminandum regem Castor nepos idemque accusator abduxit.

III. Adflictum illum quibusdam incommodis.

Bene minuit iniuriam regni amissionis, cuius cum Caesar parte multaverat (1): quo extenuando quod passus erat, adimeret in Caesarem iusti causam do-

(a) Ita Symmachus orat. pro patre cap. IX *trahere invidiam*. (b) Ita cod. *Astigonum* in scholio, et inferius cap. XV. *Artigonus* in textu.

(1) Id testatur Cicero de divinatione I. 15. II. 37.

loris, ex qua insidiae potuerant (a) oboriri.

IV. Ornamenta tu ipse plurima et maxima.

Non est, inquit, mirandum tantum auctoritatis habuisse Pompeium, qui cum divinis praecelleret ornamentis, etiam tuis *instructus fuit*. Vult autem intelligi, quod eum Caesar ob tot exempla virtutis delegerit generum. Ornamenta igitur in Pompeium conlata, filia Caesaris intelligenda est.

VII. Qualis rex Attalus (1) in P. Africanum fuit.

Rex Attalus populo romano artissima fuit societate coniunctus, usque adeo ut eum quoque regni sui heredem fecerit. Idem igitur obpugnanti Numantiam Scipioni non tantum a quibus fulciretur belli necessitas in Hispaniam misit, verum etiam dona pretiosa: quae sumpsit gratulans Africanus. Regis Deiotari *tantam* in Caesarem liberalitatem, *quantam* in Africanum Attali, fuisse confirmat.

IX. 1. Secutum bellum est africanum. Graves de te rumores.

Rumor enim repente ortus falsissimus fuit, Cae-

(a) Cod. *poterant*.

(1) Ursinus hoc in loco Ciceronis malebat τῷ *Attalus* substituere *Antiochus*, a quo munera missa ad Scipionem narrat liviana epitome lib. LVII. Sed tamen et textus codicis nostri satis antiqui, et scholiastes, confirmant lectionem *Attalus*, nec non reliqui omnes ambrosiani codices. Sic legebat *Attalus* etiam Petrarcha var. ep. XX.

sarem in Africa circumiectu Maurorum cum omnibus copiis occidisse. Qua spe ad suscitandas Pompei partis erectus Caecilius (a) videbatur.

2. Admiranda frugalitas.

Sordidus enim, laudis egenus; in rege frugalitatem esse mirandam.

X. Suasor fuissem armorum non ponendorum sed abiciendorum.

Integris, inquit, rebus pacem Pompeio suasi, *et* arma debere deponi. Post farsalicum (b) autem proelium *arma abicienda* non deponenda Pompeio concederem (c). Dicit ergo: omnium nostrum infractis et comminutis animis, solus Castor constantiam retinebat.

(a) Notemus tam textum codicis quam interpretem confirmare huius loci lectionem *Caecilius* pro falsa *Caelius*, quam merito P. Manutius expunxit. Et quidem apud nostrum codicem etiam in praecedentibus pro *Caelius* est *Caecilius*, quod idem Manutius malebat. Ex reliquis ambrosianis codicibus in uno est ubique *Caecilius*, in quatuor ubique *Caelius*, in duobus, capite octavo *Caelius*, capite nono *Caecilius*. (b) Ita sine adspirata. (c) Cod. videtur habere *quartas Pompei concederem non deponenda etiam. Dixi ergo* etc.

AD ORATIONEM
PRO SCAURO

EDITORIS MONITUM.

In editionibus brevissima excerpta extabant orationis tullianae pro Scauro, *alia cum Asconii commentario argumentoque, alia ex auctoribus diversis collecta: donec mihi in ambrosianae bibliothecae palimpsesto ante hos annos partes eius orationis nobiles deprehensae sunt, quas Mediolani bis vulgavi. Deinde vir cl. Amedeus Peyronius alias item insignes in taurinensi palimpsesto detexit, quas cum ambrosianis copulatas Tubingae edidit. Scholia quoque ad hanc orationem aliquot, partim quadratis partim rudioribus litteris scripta, ambrosianus palimpsestus mihi suppeditavit, quae haud scio an ab eodem auctore profecta sint, cuius ampliores commentarios ad alias Ciceronis orationes imprimendos curavi. Nunc quum mihi proposuerim illas omnes Ciceronis reliquias volumine meo complecti, quas primum haec aetas nostra in lucem protulit, scaurianae orationis fragmenta ita disponam, ut mediolanenses ac taurinenses partes suis quamque titulis inscribam, Asconii vero excerpta et commentarium, citatosque ab aliis auctoribus locos sub singulorum auctorum nominibus ponam. Scholia vetera denique subtexam a me in ambrosiano, ut dixi, palimpsesto lecta. Quae quum ita se habeant, longe tamen adhuc abest, ut scaurianam causam universam, aut eius partem maximam, recuperaverimus; quam fuisse ornatissimam, ait ipse Cicero ad Att. IV. 16; defensam autem totius civitatis romanae concursu, narrat auctor dialogi de causis corruptae eloquentiae cap. XXXIX. Quaenam vero fuerint huius orationis partes praecipuae, commode nobis narrat Martianus Capella lib. V. cap. de genere demonstrativo his verbis. "Multiplex vero ex pluribus quaestionibus causa consistit, ut repetundarum omnes Verrinae: et pro Scauro de Bostaris nece, de Arinis uxore, et decimis tribus exquiritur."*

AD ORATIONEM PRO ·M· AEMILIO SCAURO

ARGUMENTUM ·Q· ASCONII PEDIANI.

Hanc quoque orationem eisdem consulibus dixit, quibus pro Vatinio, ·L· Domitio Aenobarbo et Appio Claudio Pulchro coss. Summus iudicii dies fuit ad IIII. nonas septembris. M· enim Scaurus ·M· Scauri filius, qui princeps senatus fuit, vitricum habuit Syllam, quo victore et munifico in socios victoriae, ita abstinens fuit, ut nihil neque donari sibi voluerit, neque ab hasta emerit. Aedilitatem summa magnificentia gessit, adeo ut in eius impensas opes suas absumserit, magnumque aes alienum contraxerit. Ex praetura provinciam Sardiniam obtinuit: in qua neque satis abstinenter se gessisse existimatus est, et valde arroganter: quod genus morum in eo paternum videbatur, quom cetera industria nequaquam esset par. Oraverat (a) tamen aliquando inter patronos causarum: sed postquam ex provincia redierat, dixerat pro ·C· Catone, isque erat absolutus ad III. nonas quintil. Inde cum ad consulatus petitionem ad III. kal. quintil. Romam redisset, querentibus de eo Sardis, a ·P· Valerio Triario (b) adulescente parato ad dicendum et notae indus-

(a) Codices duo ambrosiani et editio paris. an. 1520. habent *erat* pro *oraverat*. Ita manu scriptum vidi etiam in aldina editione. Sed tamen *oraverat* videtur melior lectio. (b) Triarius (sed Caius non ·P· Valerius) in primis gravis et doctus adulescens inducitur a Cicerone loquens in libris de finibus.

triae (filio eius qui in Sardinia contra ·M· Lepidum arma tulerat, et post in Asia Pontoque legatus ·L· Luculli fuerat, quom is bellum contra Mithridatem gereret) postulatus apud ·M· Catonem praetorem repetundarum, ut in actis scriptum est, postridie (a) nonas quintil. post diem tertium, quam ·C· Cato erat absolutus. Subscripserunt Triario in Scaurum ·L· Marius ·L· F·, ·M· et ·Q· Pacuvii fratres cognomine Claudii, qui inquisitionem in Sardiniam itemque in Corsicam insulas dies tricenos acceperunt, neque profecti sunt ad inquirendum: cuius rei hanc causam reddebant, quod interea comitia consularia futura erant: timere ergo se, ne Scaurus ea pecunia, quam ab sociis abstulisset, emeret consulatum; et, sicut pater eius fecisset, ante quam de eo iudicari posset, magistratum iniret, ac rursus ante alias provincias spoliaret, quam rationem prioris administrationis redderet. Scaurus summam fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in Cn· Pompeii Magni reponebat. Habebat enim filium, liberorum Cn· Pompeii fratrem: nam tertiam (b) Scaevolae filiam, dimissam a Pompeio in matrimonium duxerat. M· Catonem autem, qui id iudicium, ut diximus, exercebat, metuebat admodum propter ami-

(a) Recentiores Asconii editiones deprehendi a codicibus nec non a prisci editionibus vehementer deflexisse, uti hoc loco *postridie* in novis editionibus, at *pridie* in antiquis editionibus et codicibus. — Hoc tamen dicendum est *postridie* quoniam Cato absolutus fuerat tertio nonas quintiles. Peyr.
(b) In recentioribus editionibus vidi *Tertiam* nomen proprium, sed scribendum est *tertiam* cum duobus codd. ambrosianis et editionibus antiquis. Nomen enim huic filiae Scaevolae fuit *Mucia*, uti mox dicitur, et praeterea apud Plutarchum in *Pompeio* cap. XLII, nec non apud Ciceronem ad Attic. I, 12, Dionem Cassium XLVIII, 16 LI. 2, Hieronymum contra Iovinian. I, 48.

citiam, quae erat illi cum Triario: nam Flaminia Triarii mater, et ipse Triarius, sororem Catonis Serviliam, quae mater ·M· Bruti fuit, familiariter diligebat: ea porro apud Catonem maternam obtinebat auctoritatem. Sed in eo iudicio neque Pompeius propensum adiutorium praebuit (videbatur enim apud animum eius non minus offensionis contraxisse, quod iudicium eius in Mutiam, crimine impudicitiae ab eo dimissam, levius fecisse existimaretur, quom eam ipse probasset; quam gratiae acquisisse necessitudinis iure, quod ex ea uterque liberos haberet) neque Cato ab aequitate ea, quae et vitam eius et magistratum illum decebat, quoquam deflexit. Post diem autem quartum, quam postulatus erat Scaurus, Faustus Sylla, tum quaestor, filius Syllae Felicis, frater ex eadem matre Scauri, quod servus (a) eius vulneratus, prosiluit ex lectica, et questus est, prope interemptum esse se a competitoribus Scauri, et ambulare cum trecentis armatis; seque, si necesse esset, vim vi repulsurum. Defenderunt Scaurum sex patroni, quom ad id tempus raro quisquam pluribus quam quatuor uteretur: at post bella civilia ante legem iuliam ad duodenos patronos est perventum. Fuerunt autem hi ·P· Clodius Pulcher, ·M· Marcellus, ·M· Calidius, ·M· Cicero, ·M· Messala Niger, ·Q· Hortensius. Ipse quoque Scaurus dixit pro se, ac magnopere iudices movit et squalore et lacrimis et aedilitatis effusae (b) memoria, ac favore populari, ac praecipue paternae auctoritatis recordatione.

(a) In editionibus deerat τὸ *quod*: quare et sensus obscuritate laborabat. Nunc ope codicis ambrosiani (T. 91 part. sup.) sanari locus videtur. At cl. Heinrich. corrigebat *servus eius vulneratus* (b) Ita corr. Heinrich. Edd. et codd. *effusa*

ORATIONIS
PRO ·M· AEMILIO SCAURO

PARTES.

I. Maxime fuit optandum ·M· Scauro, iudices, ut nullo suscepto cuiusquam odio, sine offensione ac molestia (1). . . . EX AUGUSTINO.

Subiit (2) etiam populi iudicium inquirente Cn· Domitio tribuno ·pl· (*). EX ASCONIO.
Asconius initio expositionis circa versum a primo XL.

(*) Cn· Domitius, qui consul fuit cum Cassio, cum esset tribunus ·pl· iratus Scauro, quod cum

---

(1) In opere cui titulus *Principia rhetoricae*, quod vulgo s. Augustino tribuitur, de exordiis disserens auctor sic loquitur: *Sed ut limpidius hoc genus principiandi deprehendatur, dabo exemplum quod habuit ·M· Tullius cum pro ·M· Scauro loqueretur. Erat enim controversia amphidoxos, quippe qui niteretur dignitate personae ·M· Scauri, premeretur turpitudine criminis de pecuniis repetundis Utrumque in principiis statim ita confudit orator, ut et turpitudinem criminis dignitate personae contegeret, neque tamen largiter nimium neque exultanter, sed ita, ut exprimat nonnullam etiam metus suspicionem: " maxime fuit optandum „ etc.* ut supra. Accipimus igitur ab hoc rhetore prima orationis scaurianae verba: quorum similia alio loco habet Cicero pro Caec. cap. IX *maxime fuit optandum Caecinae, ut nihil controversiae haberet.*

(2) Hoc et sequentia fragmenta tria, ab Asconio in suo com-

Reus est factus a ·Q· Servilio Caepione (*) lege servilia, quom iudicia penes equestrem ordinem essent, et ·P· Rutilio damnato, nemo tam innocens videretur, ut non timeret illa. *Idem ibidem.*

---

in augurum collegium non cooptaverat, diem ei dixit ad populum et multam inrogavit, quod eius operâ sacra multa populi romani deminuta esse diceret. Crimini dabat, sacra publica populi romani deum penatium, quae Lavinii fierent, opera eius minus recte casteque fieri. Quo crimine absolutus est Scaurùs quidem, sed ita ut a tribus tribubus damnaretur, a XXXVII. (a) absolveretur, et in eis pauca puncta inter damnationem et absolutionem interessent. ASCONIUS.

(*) ·Q· Servilius Caepio Scaurum, ob legationis asiaticae invidiam et adversus leges pecuniarum captarum, reum fecit repetundarum lege,

---

(a) In recentioribus editionibus legitur XXXII. Sed uterque codex ambrosianus cum antiquis editionibus habet XXXVII. Et quidem extra sollemnem numerum τῶν XXXV. aliquam praeterea tribum extitisse exploratum videtur · repugnante tamen cl. Marino in fr. arval. et inscr. alb.

mentario servata, primus ego heic colloco, in ipsorum videlicet sede certissima. Etenim quum fragmenta sextum septimum octavumque ab eodem Asconio recitata, ponenda sine dubio fuerint ante primum fragmentum taurinense, ut infra dicetur, constat omnino quatuor haec praecedentia apud Asconium, aeque esse praevertenda; nec non etiam quintum asconianum, de quo mox suo loco verba faciam.

Ab eodem etiam lege varia custos ille rei publicae proditionis est in crimen vocatus: vexatus a ·Q· Vario tribuno ·pl· est non multo ante. (*) *Idem ibidem.*

---

quam tulit Servilius, claudia gracchia. Scaurus tanta fuit continentia et animi magnitudine, ut Caepionem contrarium detulerit; et breviore die inquisitionis accepta, effecerit ut ille prior causam diceret; ·M· quoque Drusum tribunum ·pl· cohortatus sit, ut iudicia commutaret.

(*) Italico bello exorto, cum ob sociis negatam civitatem nobilitas in invidia esset, ·Q· Varius tribunus ·pl· legem tulit, ut quaereretur de iis, quorum opera consiliove socii contra populum romanum arma sumpsissent. Tum ·Q· Caepio, vetus inimicus Scauri, sperans invenisse se occasionem opprimendi eius, egit ut ·Q· Varius tribunus ·pl· belli concitati crimine adesse apud se Scaurum iuberet anno LXXII. Ille per viatorem accersitus, cum iam ex morbo male solveretur, dissuadentibus amicis, ne se in illa valetudine et aetate invidiae populi obiceret; innixus nobilissimis iuvenibus processit in forum: deinde accepto respondendi loco, dixit: ·Q· Varius hispanus ·M· Scaurum principem senatus socios in arma ait convocasse; ·M· Scaurus princeps senatus negat: testis nemo est: utri vos, Quirites, convenit credere? qua voce ita omnium commutavit animos, ut ab ipso etiam tribuno dimitteretur. ASCONIUS.

Non enim tantum admiratus sum ego illum virum, sicut omnes, sed etiam praecipue dilexi. Primus enim me flagrantem studio laudis in spem impulit, posse virtutem sine praesidio fortunae, quo contendissem, labore et constantia pervenire. (*) *Idem ubi Cicero dicit iterum de patre Scauri.*

EX DIVERSIS.

II. Bostarem (1) igitur quendam norensem fugientem e Sardinia Scauri adventum. *Severianus rhet. cap. de prop. advers.*

(*) Possit aliquis quaerere, cur hoc dixerit Cicero, quom Scaurus patricius fuerit: quae generis claritas etiam inertes homines ad summos honores provexit. Verum Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra eum aetatibus iacuerit domus eius fortuna. Nam neque pater, neque avus, neque etiam proavus, ut puto, propter tenues opes, et nullam vitae industriam, honores adepti sunt. Itaque Scauro aeque ac novo homini laborandum fuit. ASCONIUS.

---

(1) Hunc sequentesque locos tres ego primus heic colloco, quia pertinent ad Bostarem, cuius et mentio fit in consequente contextu, et mors memoratur. Immo vero sic teneo indicatum a Capella orationis ordinem, qui (ut supra diximus p. 277. fin.) ait actum fuisse in hac oratione 1. de Bostaris nece; 2. de Ariis uxore; 3. de decimis.

In contradictionibus totum crimen exponitur; ut Cicero pro Scauro contra Bostarem facit, velut orationem diversae partis imitatus. *Quintilianus inst. V. cap. 13. de refutatione.*

Cicero pro Scauro circa mortem Bostaris in matrem avertit crimen. *Idem VII. 2.*

Si, mehercule, iudices, pro ·L· Tubulo (*) dicerem, quem unum ex omni memoria sceleratissimum et audacissimum fuisse accepimus (1), tamen non timerem, venenum hospiti aut convivae, si diceretur, caenanti ab illo datum, cui (a) neque heres neque iratus fuisset. *Asconius.*

Prius illum sepultum (2), quam huic caenam sublatam. *Severianus loco supradicto.*

(*) L. hic Tubulus praetorius fuit aetate patrum Ciceronis. Is propter multa flagitia, quom de exilio accersitus esset, ne in carcere necaretur, venenum bibit. ASCONIUS.

(a) Alter codex ambr. pro *cui* habet *quom*.

(1) Tubuli scelera saepe commemorat Cicero, nempe de fin. II. 16. IV. 28. V. 22. de N. D. I. 23. III. 30.

(2) Ut existimem loqui heic oratorem de Bostaris nece, facit praecedens Quintiliani auctoritas; tum etiam Capella iam citatus; denique Severianus, qui primo de Bostare exemplo prolato, ait: *et infra addit* (Cicero) *etiam, augendi criminis causa, prius illum sepultum* etc.

Cum dare nollet Aris, clam ex Sardinia est fugere conatus (1). *Priscianus lib. VI. 5.*

EX ASCONIO. III. Sic (2), inquam, se, iudices, res habet; neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est. (a) Illa audivimus, hoc vero meminimus ac paene vidimus, eiusdem stirpis et nominis P. Crassum, ne in manus incideret inimicorum, se ipsum interemisse (*). Ac neque (*) illius Crassi factum

(*) Hic Crassus fuit pater Crassi eius, qui aemulus potentiae Cn. Pompeii fuit. Periit autem in dominatione L. Cinnae, cum ille et alios principes optimatum, et collegam suum Cn. Octavium occidit. ASCONIUS.

(*) Haec verba, quibus Cicero nunc utitur, AC

(a) Huc usque verba tulliana huius loci praetermittuntur ab utroque codice ambrosiano. Ea tamen occurrunt nobis inferius apud eundem Asconium.

(1) Ita in Krebhi ed. At in putschiana ed. *coactus*. Iam hoc quoque fragmentum heic interponendum mihi videbatur, quia discessus Arinis e Sardinia mox infra narratur.

(2) Verba a *sic* usque ad *imitare* cl. Peyronius transtulit huc ex Asconio, quia cum primi taurinensis fragmenti sententia conspirant. Bene id factum. Sed tamen cur idem vir clarissimus reliquit deinde in commentarii serie, atque ad calcem orationis reiecit priora fragmenta ab eodem Asconio recitata? quae omnino, pro suscepto ordinandae orationis consilio, praeponenda ab ipso erant, ut nunc ego feci.

superioris, iisdem honoribus usus, qui fortissimus in bellis fuisset, M. Aquilius (1) potuit imitari. *Asconius circa tertiam partem a primo.* (2)

NEQUE, eam videntur habere naturam, ut semel poni non soleant: quia NEQUE est coniunctio disiunctiva, et semper postulat ut rursus inferatur, ut quom dicimus: neque hoc, neque illud. Quo autem casu acciderit quave ratione, ut hoc loco Cicero hoc verbo ita usus sit, praesertim quom adiecerit illam appositionem, et nomen intulerit postea alterum, neque perspicere potui, et attendendum esse valde puto. Moveor enim merita viri auctoritate: neque ignoro, aliquando hoc verbum NEQUE vel semel poni, ut in eadem hac oratione ante ipse Cicero posuit: " sic, inquam, se, iudices, res habet, neque hoc a me novum dis-

---

(1) De M. Aquilii fatis narrationes varias cl. Peyronius recitat ex Diodoro fragm. lib. XXXVII; Paterculo II. 18; Appiano bell. mithr. XXI, Athenaeo V. 50; Valerio Max. IX. 13.1; Cicerone pro lege manil. V. Recte autem animadvertit Sigonius (ut observat idem vir. cl.) huc respexisse Quintilianum inst. IV. 1. cum ait Ciceronem pro Scauro repetundarum reo usum esse exemplis. Idem Peyr.

(2) Nempe a *primo versu*. Non est autem heic intelligenda tertia pars quasi extrema totius orationis, sed potius secundum aliam quandam divisionem. Nam et haec verba remotissima ab extrema oratione sunt, et Asconius tertium post hoc fragmentum ait se sumere post duas partes orationis; et quod magis interest, disputationem de Arinis uxore (quae hoc loco fit) ait Capella fuisse in secunda orationis parte.

EX CODICE TAURINENSI.

. . . tis suae rerumque gestarum senectutis dedecore foedavit (1). " (2) Quid vero? Alterum Crassum (*) temporibus isdem, „ num aut clarissimi viri Iulii, aut summo

putatur, sed quaesitum ab aliis est „. Sed hoc loco et sine praepositione illius verbi videmus esse positum, et tamen post secundum aliquid inferri (a). Nam cum dixerit " neque hoc a me novum disputatur „ infert " sed quaesitum ab aliis est „. ASCONIUS.

(*) Hic alter Crassus idem est de quo supra diximus. Alterum autem eum appellat, quia ante mentionem fecit P. Crassi, qui fuit pontifex maximus, et bello Aristonici in Asia dedit operam ut occideretur. Iulios autem cum dicit, duos Caesares fratres Caium et Lucium significat; ex quibus Lucius et praetor et consul fuit. Caius aedilitius quidem occisus est, sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio eius cum Sulpitio tribuno fuerit. Nam et sperabat et id agebat Caesar, ut omissa praetura, consul fieret; cui quom

(a) Ab altero codice ambrosiano tota abest haec particula orationis; *sed hoc loco* etc. In altero vero sic: *sed hoc loco ut sine praepositione illius verbi videamus esse positum, et tamen quo sit secundum* etc.

(1) Existimat cl. Peyr. sermonem adhuc esse de Aquilio, qui ut ait Valerius IX. 13. 1. *quum gloriose extingui posset, Mithridati maluit turpiter servire.*

(2) Fragmentum uncis inclusum recitat etiam Asconius.

ingenio (a) praeditus M. Antonius potuit imitari (1)? „ Quid? In omnibus monumentis Graeciae, quae sunt verbis ornatiora quam rebus, quis invenitur, quom ab Aiace fabulisque discesseris, qui tamen ipse ignominiae dolore, ut ait poeta, victor (2) insolens se victum non potuit pati, praeter atheniensem Themistoclem (b), qui se ipse morte multavit? At Graeculi quidem multa fingunt; apud quos etiam Cleombrotum (c) ambraciotam ferunt se ex altissimo praecipitasse muro, non quo (d) acerbitatis accepisset aliquid, sed ut video scriptum

---

primis temporibus iure Sulpitius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et ad arma processit. Idem inter primos temporis sui oratores, et tragicus poeta bonus admodum habitus est: huius sunt enim tragoediae, quae inscribuntur Iulii. Et hi autem Iulii et Antonius ab satellitibus Marii sunt occisi; cum Crassus, ut supra diximus, eundem casum sua manu praevenisset. ASCONIUS.

(a) Ita legebat Asconius. At codex tantum. *imperio*. (b) Cod. *M. Themistoclem*. (c) Cod. *Theombrotum ambraciotam*. (d) Ita cod. quam lectionem retineo; sine ulla causa substituit *quod* cl. editor.

(1) M. Antonii, et Iuliorum fratrum, et P. Crassi mortes narrat Appianus bell. civ. I. 72. Item Cicero de orat. III. 3. Peyr.

(2) Eorum hoc intelligendum probabiliter existimabat Peyr.

t

apud Graecos, cum summi philosophi Platonis graviter et ornate scriptum librum de morte legisset (a), in quo, ut opinor, Socrates illo ipso die, quo erat ei moriundum, permulta disputat, hanc esse mortem quam nos vitam putaremus, quom corpori animus tamquam carcere saeptus teneretur; vitam autem esse eam, qum idem animus vinclis corporis liberatus in eum se locum, unde esset ortus, retulisset.

IIII. Num igitur ista tua Sarda (1) Pythagoram aut Platonem norat aut legerat? Qui tamen ipsi mortem ita laudant, ut fugere vitam vetent, atque id contra foedus fieri dicant legemque naturae. Aliam quidem causam mortis voluntariae nullam profecto iustam reperietis (2). Atque hoc ille vidit. Nam legit quodam loco, vita illam mulierem spoliari, quam pudicitia, maluisse. Sed refugit statim; nec de pudicitia plura dixit; veritus, credo, ne quem inridendi nobis

(a) Cod. *legisset* P.

(1) Arinis uxor. P.

(2) Huc spectare videtur Capella lib. V. cap. quaest. rhet aut fin. aut inf. *An aliud in Scauriana succurrit, cum interposita disputatione tractatur ex quibus causis mors eveniat repentina?*

daret et iocandi locum: constat enim illam cum deformitate summa fuisse, tum etiam senectute. Quare quae potest, quamvis salsa ista Sarda fuerit, ulla libidinis aut amoris esse suspicio?

V. Ac ne existimes, Triarí, quod adferam in dicendo me fingere ipsum, et non a reo causam cognoscere, explicabo tibi quae fuerint opiniones in Sardinia de istius mulieris morte; nam fuerunt duae; quo etiam facilius . . . .

. . . Te dixi libidinosam atque inprobam matrem infami ac noto adulterio iamdiu diligebat is, cum hanc suam uxorem anum et locupletem et molestam timeret; neque eam habere in matrimonio propter foeditatem, neque dimittere propter dotem volebat. Itaque compecto (1) cum matre Bostaris consilium cepit, ut uterque Romam veniret: ibi se aliquam rationem inventurum, quemadmodum illam uxorem duceret, confirmavit. EX CODICE MEDIOLANENSI.

VI. Hic opinio fuit, ut dixi, duplex. Una non abhorrens a statu naturaque rerum;

(1) Notemus adverbium *compecto* a *compeciscor*, quo verbo utitur Plautus pseud I. 5. 129. Sed ibidem v. 126. *de compacto*.

“ Arinis uxorem paelicatus (a) dolore concitatam (1) „ cum audisset Arinem cum illa sua metus et fugae simulatione (2) Romam se contulisse, ut cum antea consuetudo inter eos fuisset, tum etiam nuptiis iungerentur, arsisse dolore muliebri, et mori, quam id perpeti, maluisse. Altera non minus verisimilis, et, ut opinor, in Sardinia magis etiam credita, Arinem istum testem atque hospitem, Triari, tuum proficiscentem Romam negotium dedisse liberto, ut illi aniculae non ille quidem vim adferret (neque enim erat rectum (3) patronae) “ sed collum digitulis duobus oblideret (4) „ resticula cingeret, ut illa perisse suspendio putaretur. “ Quae quidem suspicio valuit et- „ iam plus ob hanc causam, quod cum age- „ rent parentalia Norenses (5) „ omnes, qui

(a) Priscianus *pellicatus*.

(1) Verba quinque haec citat e Scauriana Priscianus lib. VI. 5; duo priora etiam VII. 8.

(2) Dixit in superiore fragmento cap. II. Cicero Arinem post negatum (Scauro frumentum) conatum (vel coactum) fuisse e Sardinia fugere. Nunc addit, hunc colorem suae fugae obtendisse, quum revera aliud spectaret.

(3) Hoc est lege licitum, legitimum, ut centies in pandectis. Locatur autem orator vel in re tragica. Cramerus.

(4) Verba haec laudantur (sed cum varietate) a Porphyrione ad Horat. sat. lib. II. 1. 56.

(5) Flagitiose editio tubingen-

suo more ex oppido exissent, tum illa est a liberto suspendisse se dicta: discessus autem solitodo (a) ei, qui patronam suffocabat, fuit quaerenda; illi, quae volebat mori, non fuit. Confirmata vero (b) suspicio est, quod, anu mortua, libertus statim, tamquam opere confecto, Romam est profectus; Aris autem, simul ac libertus de morte uxoris nunciavit, continuo Romae matrem illam Bostaris duxit uxorem.

VII. Em (c) quibus familiis quam foedis quam contaminatis, quam turpibus datis hanc familiam, iudices! Em quibus testibus commoti, de quo homine, de quo genere, de quo nomine sententias feratis! Obliviscendum vobis putatis matrum in liberos (1), virorum in uxores scelera? Cer–

(a) Ita cod. (b) Ita cod. teste me ac Peyr. in texto litteris maiorib. Perperam vero editio eius litteris minorib. *autem*. (c) Ita cod. sine adspiratione.

sis *Norcenses*. Recitat haec verba e Scauriana etiam Severianus cap. de coniectura. Nora autem urbe Sardiniae notissima oriundus fortasse fuit s. Ignatius theophorus, qui antiochenum episcopatum tertius post Petrum tenuit.

(1) Ergo Bostares matris scelere necatus fuit, ut ipsa Arini aeque parricidae deinde nuberet; veluti Catilina filium interemit, ut novam uxorem duceret; aut sicut illa nefaria Cluentii mater ob suam libidinem tot horrendis criminibus semet contaminavit. Videtur autem Bostari venenum in caena fuisse propinatum adeo efficax, ut ante mensam sublatam sepultus fuerit. Conf. cap. II.

nitis crudelitate mixtas libidines; videtis inmanis duorum maximorum criminum auctores, quibus criminibus haec tota aput ignaros aut invidos famata (1) causa est; omni facinore et flagitio deformatos habetis (2).

VIII. Num igitur in his criminibus resit (a) etiam aliqua suspicio? Non perpurgata sunt? Non refutata? Non fracta? Qui igitur id factum est? Quia dedisti mihi, Triari, quod diluerem, in quo argumentarer, de quo disputarem. Quia genus eiusmodi fuit criminum, quod non totum penderet ex teste, sed quod ponderaret iudex ipse per se (*). Neque vero, iudices, quicquam aliut in ignoto teste (*) facere debemus, nisi ut argumento, coniectura,

---

(*) Cecidit locus communis duplex, unus argumentis esse credendum, alter testibus non credendum. SCHOL. AMBROS.

(*) Quia si notus testis est, argumentatione non opus sit. SCHOL. AMBROS.

(a) Ita cod. Et notemus verbum *resum*. Videbatur autem cl. Heinrichio scribendum *residet etiam*. Atque ego, siquid mutandum est, scribam potius *residet iam*, unica scilicet *t* in *d* mutata.

(1) Notemus vocabulum.

(2) Tractus hic Ciceronis inter eloquentissimos aut certe vehementissimos collocandus est.

suspicione, rerum ipsarum vim naturamque quaeramus. Etenim testis non modo afer (1), aut sardus sane, si ita se isti malunt nominari, sed quivis etiam elegantior ac religiosior, inpelli, deterreri, fingi, flecti potest; dominus est ipse voluntatis suae; in quo est inpunita mentiendi licentia. Argumentum vero quod quidem est (a) proprium rei (neque enim ullum aliut argumentum vere vocari potest) rerum vox est, naturae vestigium, veritatis nota: id qualecumque est, maneat inmutabile necesse est: non enim fingitur ab oratore, sed sumitur. Quare in eo genere accusationis si vincerer, succumberem et cederem; vincerer omni re, vincerer causa, vincerer veritate. Agmen tu mihi inducas Sardorum (*) et catervas (2), et me non cri-

(*) Ex multitudine tollit fidem. SCHOL. AMBROS.

(a) Ego olim edidi *quo quid est*. Perperam vero a me factum id est cl. Peyr. Ipse edit *quoque deest*; quae mihi vicissim amici mei lectio improbabilis videtur, ut etiam eiusdem interpretatio, itemque interpunctio *rerum, vox est naturae vestigium* (pro *rerum vox, naturae vestigium*.) Par pari referimus, et invicem nobis videmur deerrare. Nunc vero retractatae schedae habent *quo quide* cum lineola supra *e*, ut sit *quidem*. Nunc ergo scribo *quod quidem*, ut iam placuisse video cl. Heinrichio.

(1) De Sardorum africana origine dicet infra Cicero.

(2) Lege licebat CXX hominibus denuntiare testimonium: totidem vero usum esse Triarium, innuit Valerius M. VIII.

minibus urgere, sed Afrorum fremitu (*) terrere conere; non potero equidem disputare, sed ad horum fidem et mansuetudinem con*fugiam ad* us. . . u(a) . . . populi romani aequitatem, qui hanc familiam in hac urbe principem (1) voluit esse; deorum immortalium numen implorare potero, qui semper extiterunt huic generi nominique fautores.

VIIII. Poposcit, imperavit, eripuit, coegit (2). Si docet tabulis, quoniam habet seriem

---

(*) Ab[sur]dus enim . . . o dici ne . . . et bene: fremitu enim verba fundunt. SCHOL. AMBROS.

(a) Duo circiter vocabula non leguntur.

1. 10. En verba Valerii quae huic causae lumen adiiciunt. *M. Aemilius Scaurus repetundarum reus adeo perditam et comploratam defensionem in iudicium attulit, ut cum accusator diceret, lege sibi centum atque viginti hominibus denuntiare testimonium licere, seque non recusare quominus absolveretur, si totidem nominasset, quibus in provincia nihil abstulisset; tam bona conditione uti non potuerit. Tamen propter vetustissimam nobilitatem, et recentem memoriam patris, absolutus est.*

(1) M. Scaurus pater princeps senatus fuit, teste Asconio in argumento, et Cicerone pro Sextio XVII: *ad principem et senatus et civitatis M. Scaurum.* Scauri filii infinitam magnificentiam in aedilitate describit Plinius. XXXVI, sect. 24. et innuit Asconius in argumento et commentario ad Scaurianam.

(2) Nempe dare frumentum. Confer capite II. fragmentum ex Prisciano.

quandam et ordinem contracti negoti confectio ipsa tabularum, attendam (a) acriter, et quid in (b) defendendo mihi agendum sit, videbo. Si denique nitere testibus, non dico bonis viris ac probatis, noti sint modo, quemadmodum mihi cum quoque sit confligendum, considerabo. Sin unus color, una vox, una natio (c) st omnium testium; si quod ii, dicunt non modo nullis argumentis, sed ne litterarum quidem aliquo genere aut publicarum aut privatarum, quod tamen ipsum fingi potest, confirmare conantur; quo me vertam, iudices, aut quid agam? Cum singulis disputem? Quid? (d) Non habuisti quod dares? Habuisse se dicet (e). Quis id sciet? Quis

(a) Ait cl. Peyr. se legisse in taurinensi codice *attendam*, me edidisse *contendam*. Illud potius dixisset, syllabam *at* valde obscuratam in ambrosiano fuisse, ideoque me legisse tantummodo *tendam* idque litteris inclinatis (dubitationis significandae causa) supplevisse *contendam*. (b) Hinc usque ad *quemadmodum* vix legebatur aut ne vix quidem codex ambr. Itaque suppetias tulit taurinensis. (c) Ita cod. uterque cum elisione, ut legit Peyr. (d) Palimpsesti ambrosiani perturbatio decepit me olim hoc loco, ita ut non agnoscerem, extrema haec folii desinentis verba copulanda esse cum alio ambrosiano folio incipiente *non habuisti quod dares*: quam tamen rem coniectura prorsus laudabili praesenserat cl. Niebuhrius, et mox taurinensis palimpsestus confirmavit. Ut autem primum ponerem praedictum folium, illud me praecipue impulit, quod in eius margine (videsis infra p. 299.) scribitur PROPOSITIO; quod ego dictum non de parte sed de tota oratione intellexi. (e) Ambr. *dicit* . . *id iudicavit* . . *fingit* . . si Aliter vero taurin. Item quod ego olim edidi *quem refellemus*, scilicet *que* est in fine versiculi, ubi ferme supprimitur *m*. litterae autem *e* et *i* vix inter se distinguuntur in ambr. codice. Sic item *t* et *s*. nempe *st* pro *ut*.

iudicabit non fuisse causam? Finget fuisse. Qui refellemus potuisse non dare, si noluisset? Vi ereptum esse dicet. Quae potest eloquentia disputando ignoti hominis inpudentiam confutare?

X. Non agam igitur cum ista Sardorum conspiratione, et cum expresso coacto sollicitatoque periurio subtiliter, neque acu quaedam enucleata argumenta conquiram; sed contra impetum istorum impetu ego nostro concurram atque confligam. Non est unus mihi quisque (a) ex illorum acie protrahendus, neque cum singulis decertandum atque pugnandum; tota est acies illa uno impetu prosternenda (*). Est enim unum maximum totius Sardiniae frumentarium crimen, de quo Triarius omnes Sardos interrogavit, quod genus uno testimonii foedere et consensu omnium est confirmatum. Quod ego crimen ante quam attin-

(*) Hoc dicit: cum sint impudentissimi testes, non debere singulis respondere sed universis simul. SCHOL. AMBROS.

(a) Ambr. *unusquisque mihi.*

go, peto a vobis, iudices, ut me totius nostrae defensionis quasi quaedam fundamenta iacere patiamini; quae si erunt, ut mea ratio et cogitatio fert, posita et constituta, nullam accusationis partem pertimescam. Dicam enim primum (*) de ipso genere accusationis, postea de Sardis, tum etiam pauca de Scauro; quibus rebus explicatis, tum denique ad hoc horribile et formidulosum frumentarium crimen accedam.

XI. Quod est igitur hoc accusationis, Triari, genus? Primum, ut inquisitum non ieris (1), quae fuit ista tam ferox tam explorata huius opprimendi fiducia? Pueris nobis audisse videor Vaelium (a) libertinum hominem, litteratum ac facetum, quom ulcisceretur patroni iniurias, nomen Titi (b) Quinti Muttonis (2) hominis sordidissimi detulisse:

(*) Propositio. *Sic in margine codicis ambros.*

(a) Ita cod. ambr. At in taurinensi legebat cl. Peyr. *Laelium*, edebatque *L. Aelium*. (b) Praenomen *Titi* deest in ambr.; adest in taur. Rursus pro *Quinti* est in ambr. *inquit*.

(1) Recole Asconii argumentum.

(2) Lucem aliquam affert huic loco Cicero ipse in fragmentis orationis pro Fundanio cum ait: *non modo hoc a Villio Anna-*

a quo cum quaereretur (a) quam provinciam, aut quam diem testium postularet (b), horam sibi octavam, dum in foro bovario inquireret, postulavit (1). Hoc tu idem tibi in M. Aemilio Scauro putasti esse faciendum. Delata enim, inquid, causa ad me Romae est. Quid? Ad me Siculi nonne Romam causam Siciliae detulerunt? Atqui homines prudentes natura, callidi usu, doctrina eruditi; tamen ego mihi provinciae causam in provincia (c) ipsa cognoscendam et discendam (d) putavi. An ego que-

(a) Ambr. *quaeretur*. (b) Taur. *postulare*. (c) Uterque codex *in provinciam*; sed non *ipsam*, ut visum est cl. P. immo *ipsa* in ambr. (d) Desideratur in ambr. *et discendam*.

le, *sed vix mehercule a Q. Mutone factum probari potest*. Nec non Horatius sat. lib. I. 2. 64. et seqq. — *Villius in Fausta Syllae gener, hoc miser uno — nomine deceptus poenas dedit* etc. — *Huic si Mutonis verbis mala tanta videntis — Diceret haec animus* etc. Mihi enim *Muto* in loco horatiano videtur nomen viri, quidquid ibi contra dicant Acro et Porphyrio, quos recentiores interpretes gregatim sequuntur. (His adde etiam Augustinum de C. D. IV. 11.)

(1) Facete haec dicuntur. Nempe accusator hominis sordidissimi, ad inquirendum postulavit sibi loco provinciae, forum boarium; loco dierum definitorum, horam octavam, qua iam peractis publicis officiis (Horat. ep. I. 7. 47. Martial. IV. 8. 4) curis vacuus inter bubulcos sordidamque plebem circumforaneam conscios facinorum Muttonis inveniret. Haec est summatim cl. Heinrichii interpretatio.

rellas (a) atque iniurias || aratorum non in segetibus ipsis arvisque cognoscerem? Peragravi (1), inquam, Triari, durissima quidem hieme vallis (b) Agrigentinorum atque collis. Campus ille nobilissimus ac feracissimus „ ipse me causam paene docuit leontinus (2): „ adii (c) casas aratorum; a stiva ipsa homines „ mecum conloquebantur „. Itaque sic fuit illa expressa (d) causa, non ut audire ea quae dicebam iudices, sed ut cernere et paene tangere viderentur. Neque enim mihi probabile, neque verum (3) videbatur me, cum fidelissimae atque antiquissimae provinciae patrocinium recepissem, causam tamquam unius clientis in cubiculo meo discere.

EX CODICE TAURINENSI.

(a) Cod. *quaerell.* constanter in taur. et ambr. codd. (b) Cod. *vallis* et mox *collis*; quam lectionem retinere debuisset cl. Peyr. (c) Cod. taur. *adei*; editio tubing. rursus mendose *adi.* Apud Frontonem in exemplis eloc. voc. *adeo* recte erat *adii*, sed ibidem corrupto *causas aratorum*. Sequentem locum *a stiva conloquebantur*, conservaverat Servius ad G. I. v. 74; sed idem legebat *ab stiva*. (d) Cod. *aexpressa*. Editio tubing. *expraessa*. Atqui neutrum sanum est.

(1) *Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii, ut omnium populorum privatorumque litteras iniuriasque cognoscerem*; inquit Cicero in Verr. act. I. 2. Postulaverat autem CX dies. In Verr. lib. II. 11. Peyr.

(2) Fortunatianus rhet. lib. III. cap. de eloc. absque Ciceronis nomine: *ipse me causam campus paene docuit leontinus*. Confer in Verr. lib. III. 48. Peyr.

(3) Id est *rectum*. Sic Fronto ad M. Caes. lib. III. ep. 3. ed. rom. *Protelari conviciis talem a me virum, non est verum.*

XII. Ego nuper cum Reatini (1), qui essent in fide mea, me suam publicam causam de Velini fluminibus et cuniculis (a) apud hos consules agere voluissent, non existimavi me, neque dignitati praefecturae gravissimae, neque fidei meae satis esse facturum, nisi me causam illam non solum homines, sed etiam locus ipse lacusque docuisset (b). Neque tu aliter fecisses, Triari, si te id tui isti Sardi facere voluissent, hi qui te in Sardiniam minime venire voluerunt, ne longe aliter omnia atque erant ad te delata cognosceres, nullam multitudinis in Sardinia querellam, nullum in Scauro odium popu*li*. . .

EX CODICE MEDIOLANENSI.

XIII. . . *ha*litu Aetnam ardere dicunt, sic Verrem operuissem (2), Sicilia teste tota. Tu

(a) Cod. *cuniculis*. (b) Cod. *docuisset*, quod conservandum putavi. At P. *docuissent*.

(1) *His rebus actis, Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, ut agerem causam contra Interamnates apud consulem et decem legatos; quod lacus Velinus a M. Curio emissus, interciso monte, in Narem defluit.* Epist. ad Attic. IV. 15. Quam causam nuper egerat apud Ap. Claudium Pulchrum consulem eodem anno U. C. 699. Lege etiam Varronem de re rust. III. 2., Tacitum annal. I. 79. Peyr.

(2) Ait Cicero se potuisse testimoniis Siculorum obruere (sic malebat quam operire cl. Heinrich.) veluti Aetna bitumine arenaque fervente viciniam operit. Confer similes locutiones in Verr. I. 7. II. 62. Sic fere cl. Cramer.

comperendinasti eum (1), teste producto. At quo teste, di immortales! non satis quod uno, non quod ignoto, non quod levi. Etiamne Valerio teste primam actionem confecisti, qui patris tui beneficio civitate donatus, gratiam tibi non inlustribus officiis, sed manifesto periurio (a) rettulit? Quod si te omen nominis vestri forte duxit, nos tamen id more maiorum (*), quia

---

(*) Aput antiquos omnibus *rebus agendis mos fuit*, *quoad fieri poterat*, ut etiam ex nominibus sumerentur auspicia (2). Unde aput eos consul factus si coepisset colligere milites et novum sibi exercitum scribere, laborabat ut

---

(a) Cod. *peiurio*

(1) Sic emendavimus partim ego, partim kilonienses editores, partim denique Peyr. At cod. *tuocoperendinastium*. Porro, ut observat Peyr., Triarius accusator primam actionem ita subdole instituerat, ut causa comperendinata nonnisi post comitia consularia ageretur.

(2) Confirmat rem Cicero de divin. I. 46: *in lustranda colonia, ab eo qui eam duceret; et cum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerent, eligebantur: quod idem in delectu consules observant, ut primus miles fiat bono nomine*. Item Tacitus hist. IV. 53. ubi de Capitolio per Vespasianum restituto, ait: *ingressi milites quibus fausta nomina* etc. Ceterum miserari licet gravitatem romanam his ineptis superstitionibus tam serio deditam. Quid enim est rebus cum nominibus? quid futuris eventibus cum certi vocabuli sonitu?

faustum putamus, non ad perniciem verum ad salutem interpretamur (a).

XIIII. Sed omnis ista celeritas ac festinatio, quod inquisitionem, quod priorem actionem totam sustulisti, illud patefecit et inlustravit, quod occultum tamen non erat, non esse hoc iudicium iudicii sed comitiorum consularium causa comparatum. Hic ego Appium Claudium consulem fortissimum, atque ornatissimum virum, mecumque (b), ut spero (c), fideli in gratiam reditu firmoque coniunctum (1) nullo loco, iudices,

haec duo nomina prima induceret: et si non fuissent his nominibus homines, fingebantur. Necesse enim erat ut haec nomina prima essent in exercitu propter omen, Valerius, Statorius. Ex Valerii autem nomine hoc omen trahebatur, ut valeret exercitus; ex Statori, ut staret. Dicit Cicero: forte tu ideo primum testem induxisti illum propter omen, ut valeret accusator. Sed quoniam hoc nomen faustum semper a maioribus putatum, ad salutem magis debere valere, non ad perniciem. SCHOL. AMBROS.

(a) Cod. *interpraetamur*. (b) Cod. *mecunque* (c) Cod. mendose *sispero*.

(1) De simultatibus et reconciliatione Ciceronis cum Appio Claudio vide epistulas plures libri III. *ad familiares*. Et quidem pro Milon. XXVII. scribit Cicero: *Appium fratrem* (P. Clodii) *hominem mihi coniunctum fidelissima gratia*.

vituperabo. Fuerant enim eae partes aut eius, quem *quom* (a) id facere doleret, suspicio sua coegit, aut eius, qui has sibi partes depoposcit, quod aut non animadvertebat quem violaret, aut facilem sibi fore in gratiam reditum arbitrabatur. Ego tantum dicam quod et causae satis, et in illum minime durum aut asperum possit esse. Quid enim habet turpitudinis Appium Claudium ·M· Scauro esse inimicum? Quid? avos (b) eius ·P· Africano non fuit (1)? Quid mihi ipsi idem iste? Quid ego illi? Quae inimicitiae dolorem utrique nostrum fortasse aliquando, dedecus vero certe numquam attulerunt. Sucessori (c) decessor invidit, et (d) voluit eum quam maxime offensum, quo magis ipsius memoria excelleret (e); res non modo non abhorrens a consuetudine, sed usitata etiamnum (f) et valde pervagata (g).

(a) *Quom* additur a P. quia pro *dolor et* legit *doleret*. (b) Ita uterque codex *avos*, quod nescio cur non retinuerit cl. Peyr., qui tacito non recepit magis insolitum *sollitodo*. Immo vero Scaurus grammaticus orthogr. p. 2251. diserte ait scribendum esse *avos* non *avus*. Nempe ob vitandam geminam u. (c) Sic taur. At ambr. *successum*. (d) *Et* abest a taur. (e) Ita melius taur. At ambr. *memoriam lucesceret*. (f) Cod. taur. *etiam* pro *etiamnum*. (g) Ita taur. At ambr. *et vulgata*.

(1) Appii Claudii, de quo in hac oratione sermo fit, avus aut proavus Appius ille Claudius fuit, qui consulatum anno

XV. " Neque (1) vero tam haec ipsa cotti-
„ diana (a) res Appium Claudium illa huma-
„ nitate et sapientia praeditum per se ipsa
„ movisset, nisi hunc ·C· Claudii (b) fratris
„ sui (2) competitorem fore putasset. Qui sive
„ patricius (*), sive plebeius esset (3), nondum
„ enim certum constituerat, cum hoc sibi

(*) Fuerunt enim duae claudiae familiae: earum, quae Marcellorum appellata est, plebeia; quae Pulchrorum, patricia. Sed hoc loco urbane Cicero lusit in Claudium (4), cum quo in gratiam non redie-

---

(a) Ita ambr. cum duabus tt; ut plerumque in antiquis codd. At taur. cotid. (b) Ambr. *Claudi*.

urbis DCXI. gessit, et Salassos gentem alpinam domuit. Is autem Appius competitor fuit ·P· Africani minoris in censura, quam hic, repulso Appio, administravit anno DCXII. Convicium Appii competitoris in Africanum refert Plutarchus in Aemilio Paulo sub finem, nec non in praeceptis gerendae reip. ed. Reisk. tom. IX. p. 229.

(1) Quem tractum virgulis includo, eum etiam Asconius in suo commentario nobis conservaverat.

(2) Tertium hunc fratrem Claudium (idest Caium Claudium) nunc primum innotescere, post duos notissimos Appium et Publium, observavit Cramerus. Hic autem Caius Claudius competitor fore videbatur Scauri in consulatu. Hinc Appii fratris, hoc anno consulis, conatus ad deprimendum Scaurum, quominus sibi pro fratre in consulatu succederet.

(3) Plebeium de patricio se fecit ·P· Claudius. Cicero autem num id ipsum facturus sit Caius quoque Claudius dubitare se fingit iocans, quoniam is Publii erat frater.

(4) Nempe in ·P· Claudium potissimum Ciceronis inimicum.

„contentionem fore putabat (*) „: Appius autem hoc maiorem etiam, quod illum in pontificatus petitione, in saliatu, in

rat. Nam quia Caius (a) ·P· Clodii erat frater, qui ex patricia in plebeiam familiam transierat per summam infamiam, se quoque dubitare adhuc dixit (b). ASCONIUS.

(*) *Centum senatores creavit Romulus, mox totidem adlegit.* Postea Tarquinius Priscus addidit alios centum, *eosque* conscripsit (1). Eone vocabulo conscriptis patribus dicti sunt conscripti? Postea placuit populo addi familias plebeias ad senatum, et facti sunt senatores plebei. Tria sunt ergo genera quae venerunt ad senatum: primum patrum genus, secundum conscriptorum genus, tertium plebeium. Sed conscriptorum et patriciorum unum est meritum. Non licebat patricium petere tribuniciam potestatem, sed si plebeius esset, petebat. Patricius senator fuerat Clodius *qui pepulit* in exilium Ciceronem. Isti Claudi tres erant senatores fratres; unus qui modo consul est, a-

(a) In edd. legitur: *is ·P· Clodii erat frater.* Codicum quoque ambr. unus habet *namque is in ·P· Clodii frater erat*, alter vero cod. *nam quis is ·P· Clodii erat frater.* Iam quod editiones a codicibus discrepant, atque ipsi codices inter se, id scilicet argumento est, locum in mendo cubare. Nostram autem emendationem satis commodam visum iri speremus. Etenim *Caius* latet in illa corruptela *quis is.* (b) Malim scribere *se de Caio quoque dubitare dixit.*

(1) Vide Dionysium halicarnasseum antiq. rom. II. 12. 47. III. 67, et Servium ad aen. I. 426.

ceteris meminerat fuisse patricium. Quamobrem, se consule, neque repelli fratrem volebat; neque ipse si patricius esset, parem Scauro fore videbat, nisi hunc ali-

---

lius qui Asiam tenebat praetorio imperio, tertius ille Claudius qui se de patricio plebeium fecerat. Pontifices non fiebant nisi de patriciis. Certi pontifices in saliatu manebant (a) et in ceteris quibusdam sacerdotiis, quae solent administrare patricii. Ubi administrassent haec sacerdotia, fiebant consules. Lex erat autem Licinii Stolonis (b), ut unus fieret de patriciis, alius de plebeis. Lex etiam erat ut liceret duos plebeios esse, non liceret duos patricios. Ergo necesse fuerat [ut] unus fieret plebeius, unus patricius. Priores quidem consules fiebant plebei: sed patricius administrabat in[fi]nita sacerdotia, *seroque* perbeniebat (c) ad consulatum. Contra plebeius cito veniebat. Sed melioris loci est patricius consul, quam plebeius. Scaurus [antea pa]tricius fuerat . . . Claudius qui frater est Claudi consulis aeque patricius fuit. Ambo patricus *e familiis* migraverant . . . ant re m . . . orare qui patricii erant. Clodius nondum . . . [aude]bat competere .

(a) Legebam olim dubitanter *mensam*. Coniecturaliter Heinr. *manebant*. (b) Sic esse legendum hunc obscuratum in codice locum, monuit me admonitum a cl. Nieb. Videsis autem Gellium XVII 21. (c) Ita cod. *perbeniebat*.

quo aut metu aut infamia perculisset. Ego id fratri in honore fratris amplissimo (a) non concedendum putem? Praesertim qum (b) quid amor fraternus valeat paene praeter ceteros sentiam. At enim frater iam non petit. Quid tum? Si ille retentus a cuncta Asia supplice, si a publicanis, si ab omnibus sociis, civibus, exoratus anteposuit honori suo commoda salutemque provinciae, propterea putas semel (c) exulcera-

. . ernam putabat ·C· Claudio ut perven . . adhuc ad consulatus petitionem de gradu patricio. Scauro autem . . . erant . . . os . . mo . . Claudi . . patricius esset in plebeius si . . . bat, sciebat quid . . . nam si pec . . bat . . patricius et melior erat . . o gradu petere consulatum non poterat . . . at inveniebat ante se Scaurum. Ideo volebat accusationem intendere Marco Scauro, quod ei non poterat conpetere aut quasi patricius aut quasi plebeius (1). SCHOL. AMBROS.

(a) *Amplissimus* sollemne epitheton consulatus, ut in aere videre est et apud Frontonem. (b) Ambr. *qui* pro *qum*. (c) Recte cl. P. in suo cod. *putassemel* pro *putasexemel* legisse videtur quamquam ne taurinensis qui-

(1) Moneo, me hoc scholium non potuisse integrum describere adeo pagella erat partim oblitterata, partim superinductione scripturae alterius obruta. Neque scholiastae adfirmationibus cunctis fidendum videtur, quamquam quadratis compositissimisque utentis litterulis.

tum animum tam facile potuisse sanari?

XVI. Quamquam in istis omnibus rebus, praesertim aput homines barbaros opinio plus valet saepe, quam res ipsa. " Persuasum „ est Sardis se nihil Appio gratius esse factu- „ros, quam si de Scauri fama detraxerint (1) „. Multorum etiam spe commodorum praemiorumque ducuntur: omnia consulem putant posse, praesertim ultro pollicentem. De quo plura iam non dicam. Quam quam ea quae dixi, non secus dixi, quam si eius frater essem, non is qui et est et qui multa dixit, sed is qui ego esse in meum consuevi. Generi igitur totius accusationis resistere, iudices, debetis; in quo nihil more (a), nihil modo, nihil considerate, nihil integre; contra improbe, turbide, festinanter, rapide, omnia conspiratione, imperio, auctoritate, spe, minis (b) videtis esse suscepta.

XVII. Venio nunc ad testes, in quibus docebo, non modo nullam fidem et auc-

dem codex in hanc lectionem conspirat.

(a) Cod. ambr. *modo* id quod ego explevi scribens *moderate*, admonito tamen lectore. At cl. N. maluit *more*, citatque exemplum pro Murena XXXIV. *more et modo factum est*. (b) Cod. *spem in his*.

(1) Hunc locum recitat Fronto in exemplis eloc. litt. D.

toritatem, sed ne speciem quidem esse aut imaginem testium. Etenim fidem primum ipsa tollit consensio, quae patefacta est compromisso Sardorum et coniuratione recitata (a); deinde illa cupiditas, quae suscepta est spe et promissione praemiorum; postremo ipsa natio (b), cuius tanta vanitas est, ut libertatem a servitute nulla re alia, nisi mentiendi licentia, distinguendam putent(1). Neque aio (c) Sardorum querellis moveri nos numquam oportere. Non sum aut tam inhumanus, aut tam alienus a Sardis, praesertim cum frater meus nuper ab his decesserit, cum rei frumentariae Cn. Pompei missu praefuisset (2); qui et ipse illis pro sua fide et humanitate consuluit; et eis vicissim percarus et iucundus fuit. Pateat vero (d) hoc perfugium dolori, pateat iustis querellis: coniuratio

(a) Sic cl. P. (b) Cod. *ratio*. Sic pro Archia X. 1. (c) Cod. *ego*. Deesse *aio* adfirmaveram ipse olim; cl. autem Heinrich. ita posuit. (d) Recte monet Heinr. *vero* heic non esse particulam, sed referri ad *dolori*.

(1) Hoc et consequentia alia convicia adversus Sardos spectabat Quintilianus cum ait inst. XI. 1: *Cicero Sardos contemnit.* Alibi quoque Sardis maledixit Cicero, nempe de prov. cons. VII; ad famil. VII. 24. IX. 7.

(2) Videsis Ciceronis epistulas complures lib. II. ad fratrem in Sardinia degentem. Et confer de Pompeio praefecto rei frumentariae pro domo X.

vi intercludatur, obsidietur (a) insidiis; neque hoc in Sardis magis, quam in Gallis, in Afris, in Hispanis.

XVIII. Damnatus est ·L· (b) Albucius (1), ·C· Megaboccus (2) ex Sardinia, nonnullis etiam laudantibus Sardis (3). Ita fidem maiorem varietas ipsa facie-

(a) Cod. *obsuleatur*. Heinrich. substituit *obsidiatur*; Peyr. *obsepiatur*, quia se ait legisse *obsediatur*. Ego malim *obsistatur*. (b) In unius eiusdemque, ut plane videtur, viri Albucii praenomine scripta veterum vehementer discrepant. Apuleius in apologia (ed. Paris. an. 1688 p. 511) scribit *Aulum Albucium*. Cicero de offic. II. 14. *Marcum*. Idem Cicero in Pison. XXXVIII, de oratore II. 70. III. 43. orator 44 nullum eius usurpat praenomen. Nunc codex noster antiquissimus manifesto habet *Lucium*. Et quidem etiam Varro de re rustica III. 2. haec scribit *nonne item ·L· Albucius homo, ut scitis, apprime doctus, cuius Luciliano charactere sunt libelli, dicebat*, etc. Verum nihilominus Albucii praenomen puto fuisse *Titum*, non tam quia ita scribitur a Cicerone in Bruto XXVI. et XXV, divinat. in Verr. XIX, de prov. consul. VII, tuscul. V. 37, sed propter Lucilii versus apud eundem Ciceronem de finib. I. 3, in quibus bis huic Albucio praenomen *Titus* tribuitur.

(1) Albucius accusatus fuit a ·C· Iulio (nempe Strabone Caesare ut ait Svetonius in Caes. LV.) qui dicebat pro Sardis, ut patet etiam ex Cicerone divinat. in Verr. XIX; secus atque videtur in loco corrupto eiusdem Ciceronis de offic. II. 14. (Sed nunc mendum sustulit cl. Schutzius qui duce Doleto scripsit *pro Sardis in T. Albucium Iulius*.) Denique Albucius dicitur damnatus Romae in Pison. XXXVIII, exul philosophans Athenis tuscul. V. 37.

(2) Hoc nomen occurrit apud Cic. II. ad Attic. 7. *Megabocchus et haec sanguinaria iuventus inimicissima est.* Megabacchum, una littera diversa, memorat Plutarchus in Crasso XXV. ut virum animi celsitudine et vi corporis insignem, qui in ea infesta pugna cum Parthis ad Carrhas se ipsum confodit anno proximo post hanc orationem a Cicerone dictam, nempe urbis DCCI.

(3) Mos fuit ut reus, praeter patronos, laudatores etiam adhiberet. Hi fuere interdum, si res ita ferret, homines provinciales, quos singulae civitates ab eo administratae, cum pu-

bat; testibus enim aequis, tabulis incorruptis tenebantur. Nunc est una vox, una mens, non expressa dolore, sed simulata, neque huius iniuriis, sed promissis aliorum et praemiis excitata. Ad (a) creditum est aliquando Sardis. Et fortasse credetur aliquando, si integri venerint, si incorrupti, si sua sponte, si non alicuius inpulsu, si soluti, si liberi. Quae si erunt, tamen sibi credi gaudeant et mirentur; cum vero omnia absint, tamen se non respicient, non gentis suae famam perhorrescent?

XVIIII. Fallacissimum genus esse Foenicum (b) omnia monumenta vetustatis, atque omnes historiae nobis prodiderunt. Ab his orti Phoeni (c) multis Carthaginiensium rebellionibus (d), multis violatis fractisque foederibus, nihil se degenerasse docuerunt. A Poenis, admixto Afrorum genere, Sardi (1)

(a) Ita cod. pro at. (b) Ita sine adspir. (c) Ita cod. At infra *Poenis*. (d) Cod. *rebellionsibus*.

blica laudatione ad sublevandum rei periculum mittebant. Vide Sigonium iudiciis lib. II. cap. XIX. et ex gr. laudationes Flacci in orat. pro eo cap. XL.

(1) Hanc Sardorum originem testatur etiam Pausanias Phoc. XVII. Tum et aliam Afrorum excensionem in Sardiniam memorat ibidem Pausanias. Et quidem Strabo lib. V. diserte scribit *ὕστερον δὲ Φοίνικες κατεκράτησαν οἱ ἐκ Καρχηδόνος*, *postea Phoenices Carthaginis incolae eam* (Sardiniam) *obtinuerunt*.

non deducti in Sardiniam atque ibi constituti, sed amandati (a) et repudiati coloni. Quare cum integri nihil fuerit in hac gente plena, quam valde eam putamus tot transfusionibus coacuisse? Hic mihi ignoscet Cn. Domitius (*) Singaius (1) vir ornatissimus hospes et familiaris meus: ignoscent Delicones (b) ab eodem Cn. Pompeio civitate donati, quorum tamen omnium laudatione utimur: ignoscent alii viri boni ex Sardinia; credo enim esse quosdam. Neque ego cum de vitiis gentis loquor, neminem excipio. Sed a me est de universo genere dicendum; in quo fortasse aliqui suis moribus et humanitate, stirpis ipsius et gentis vitia vicerunt.

XX. Magnam quidem esse partem sine

(*) Quem Pompeius civem romanum fecerat. SCHOL. AMBROS.

(a) Cod. *amendati*. (b) Dubia est huius vocabuli in codice lectio. Certae litterae D . . ONES. Ego olim edidi intra parenthesim *Deletones*. Utrum autem sit hoc nomen familiae an populi, haud mihi liquet; neque, ut puto, aliis.

(1) Sic ego legebam. At Peyr. *Sincaius*. Sardus autem hic haud scio an nomina sua sumpserit ab illo Cn. Domitio qui Scaurum patrem accusavit, ut ait Cicero pro Deiotaro XI, et Asconius in hoc nostro volumine p. 281.

fide, sine societate et coniunctione nominis nostri res(a)ipsa declarat. Quae est enim praeter Sardiniam provincia, quae nullam habeat amicam populi romani ac liberam civitatem (*)? Africa ipsa parens illa Sardiniae, quae plurima et acerbissima cum maioribus nostris bella gessit, non solum fidelissimis regnis, sed etiam in ipsa provincia se a societate punicorum bellorum, Utica teste (2), defendit. Hispania ulterior

(*) Aliae civitates sunt stipendiariae, aliae liberae. Stipendiariae, quae bello subiunguntur (3); liberae, quae ad amicitiam sponte veniunt. Dicit Cicero: in omnibus provinciis, quae contra nos bella gesserunt, invenimus aliquas civitates liberas, quae ad amicitiam nostram sponte venerunt: sola Sardinia est, in qua nulla civitas nobis amica sit. SCHOL. AMBROS.

(a) Cod. *re*, sed videbatur supperaddita *s*.

(1) Puta Masinissae.

(2) Tertio bello punico incipiente, Utica maxima post Carthaginem urbs Africae ad Romanos a Poenis descivit. Vide Appianum de rebus pun. cap. LXXV, Polybium lib. XXXVI. 1, Livii epitomem lib. XLIX.

(3) Sic Cicero pro Cornelio Balbo cap. IX. *Nam et stipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia, ceteris provinciis multos civitate donatos videmus*. Confer etiam in Verr. lib. III. 6.

Scipionum (*) interitu (1) . . . .

Post duas partes orationis dicit de Scauro quem defendit.

EX ASCONIO. XXI. (2) Nam quom ex multis unus ei restaret Dolabella (*) paternus inimicus, qui cum ·Q· Caepione propinquo suo contra Scaurum patrem suum obsignaverat; ceteras (a) eas sibi inimicitias non susceptas, sed relatas. Et cetera. *Asconius.*

(*) Scipiones cum gererent in Hispania bellum occisi ambo sunt. Deficientibus tunc omnibus Hispaniae civitatibus ab amicitia populi romani, Gaditana sola civitas in fide mansit, defectumque ac sine imperatoribus romanum suscepit ac fovit exercitum. SCHOL. AMBROS.

(*) Ne forte erretis, et eundem hunc Cn· Do-

(a) Editiones habent, *obsignaverat steteras.* Codex alter ambrosianus *obsignaverat; steteras eas* etc. Alter vero optime, *obsignaverat Ceteras eas* etc. Nimirum *obsignaverat* hoc loco significat, ut arbitror, *testis adfuerat*, sive *anulo accusationem in Scaurum obsignaverat*. Quare *steterae* ab hoc Ciceronis loco removendae videntur.

(1) Lacunam incommodam codicis ambrosiani explet quodammodo locus tullianae orationis pro Cornelio Balbo cap. XV. *Duris quondam temporibus reipublicae nostrae, cum praepotens terra marique Karthago, nixa duabus Hispaniis huic imperio immineret; et cum duo fulmina nostri imperii ·Cn· et ·P· Scipiones extincti occidissent; L· Marcius primipili centurio, cum Gaditanis foedus icisse dicitur.*

(2) Hoc et sequentia duo ab Asconio servata fragmenta heic colloco (interponoque aliam particulam) quia sine dubio ante

Post tres partes quo loco defendit quod tam magnificam domum Scaurus haberet.

Praesertim quom propinquitas et celebritas loci suspicionem desidiae tollat aut cupiditatis. (*) *Asconius.*

Ego porro, qui albanas habeo columnas, clitellis eas apportavi (1). *Quintilianus inst. V.* 13.

---

labellam putetis esse, in quem ·C· Caesaris orationes legitis, scire vos oportet, duos eodem tempore fuisse et praenomine et nomine et cognomine Dolabellas. Horum igitur alterum Caesar accusavit, nec damnavit: alterum ·M· Scaurus accusavit et damnavit. ASCONIUS.

(*) Demonstrasse vobis memini me, hanc domum

---

perorationem ponenda sunt; fit autem iam peroratio in quarto fragmento quod suppeditat idem Asconius, continuaturque a codice taurinensi.

(1) En Quintiliani verba. *Nonnumquam elevandae invidiae gratia, quae asperius dicta sunt, eluduntur, ut a Cicerone Triarius. Nam quum Scauri columnas per urbem plaustris vectas esse dixisset; ego porro, inquit, qui albanas* etc. Stultitiam scilicet adversarii ridet Cicero, qui columnas laboriose devectas criminatus erat. Immo vero Triarius ad augendam invidiam sic locutus fortasse fuerat, ut ad Traianum iunior Plinius paneg. cap. 51: *immanium transvectione saxorum urbis tecta quatiuntur*. De theatri scauriani columnis sic Plinius senior lib. XXXVI. 2. *trecentas LX. columnas ·M· Scauri aedilitate ad scenam theatri temporarii, et vix uno mense futuri, viderunt portari silentio legum*. Certe Scaurus aedilitatis suae splendorem in defensione commemoravit, teste Asconio p. 280. fin.

Sequitur.

Haec quom tu effugere non potuisses, contendes tamen et postulabis, ut M. Aemilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi (*) gloria, sordidissimae, levissimae, vanissimae genti, ac, prope dicam, pellitis testibus condonetur.

---

in ea parte Palatii esse, quae quom ab sacra via descenderis, et per proximum vicum, qui est ab sinistra parte, prodieris, posita est. Possidet eam nunc Longus (a) Caecina, qui consul fuit cum Claudio. In huius domus atrio fuerunt quattuor columnae marmoreae insigni magnitudine, quae nunc esse in regia theatri Marcelli dicuntur: usus erat iis aedilis, ut ipse quoque significat, in ornatu theatri, quod ad tempus perquam ampla magnitudine magne fecerat (b). ASCONIUS.

(*) Avum nunc Scauri maternum significat L. Metellum pontificem maximum quem postea quoque nominat: nam paternus avus proavusque Scauri humiles atque obscuri fuerunt. ASCONIUS.

(a) Immo vero *Largus*, qui consul fuit cum Claudio Caesare anno urbis DCCXCV; neque ipsa *Largus* appellatur a Dione, itemque in lapide apud Grut. pag. CXVI. 5. (b) Ita *magne fecerat* cum principe editione codex alter ambrosianus. Alter vero *magnufecerat*, ubi manu emendatum vidi etiam in aldina editione. Reliquae, quas vidi, editiones habent *magnum fecerat*.

Versu a novissimo CLX.

XXII. Undique mihi suppeditat quod pro ·M· Scauro dicam, quocunque non modo mens, verum etiam oculi inciderint. Curia illa vos de gravissimo principatu patris (1) fortissimoque testatur; ·L· ipse Metellus(*), avus huius, sanctissimos deos (2) illo consti||tuisse (3) templo (a) videtur in vestro conspectu, iudices, ut salutem a vobis nepoti suo (b) deprecarentur (4), quod ipsi saepe multis laborantibus atque implorantibus ope sua subvenissent. Capitolium illud templis tri-

EX CODICE TAURINENSI.

(*) Castoris et Pollucis templum Metellus, quem nominat, refecerat. ASCONIUS.

(a) *Asconius in templo.* (b) *Asconius nepotis sui.*

(1) Scilicet Scauri rei pater princeps fuit senatus.

(2) Castorem et Pollucem, quibus aedem extruxit ·L· Metellus Dalmaticus suis manubiis in bello dalmatico captis; vide Ciceronem in Verr. I. 59. Hic porro fuit avus maternus Scauri; nam, ut apposite monet Asconius, paternus avus proavusque Scauri humiles atque obscuri fuerunt. Peyr.

(3) A litteris *tuisse* incipit postremum fragmentum taurinense.

(4) Hactenus pertingit fragmentum ab Asconio recitatum. Iamvero perorationem hanc prae oculis habebat Quintilianus inst. VI. 1. cum diceret. *periclitantem commendat dignitas, et studia fortia, et susceptae bello cicatrices, et nobilitas, et merita maiorum. Hoc, quod proxime dixi, Cicero usus est pro Scauro.* Confer p. 296. adn.

bus (1) inlustratum, paternis atque etiam huius amplissimis donis ornati aditus Iovis optimi maximi, Iunonis reginae, Minervae, ·M· Scaurum apud . . . . . (2) illius ·L· Metelli pontificis maximi, qui quum templum (3) illud arderet, in medios se iniecit ignes, et eripuit flamma palladium illud, quod quasi pignus nostrae salutis adque imperii custodis Vestae (a) continetur. Qui utinam posset parumper existere! Eriperet ex hac flamma stirpem profecto suam, qui eripuisset ex illo incendio *divinum simulacrum* (4). . . . .

(a) Lege *custos*, *in aedibus Vestae*. Peyr.

(1) Cicero de nat. deor. II. 23. *Fides, Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus proxime a ·M· Aemilio Scauro; ante autem ab Atilio Calatino erat Fides consecrata*. Idem templum Menti consecratum ab Aemilio Scauro commemorat Plutarchus de fort. Roman. tom. II. pag. 306. ed. Wyttenb. Verum cum a T. Otacilio praetore iampridem dedicatum fuerit [vide Livium XXII. 10. XXIII. 31.] equidem coniicio illud vel ampliatum, vel restitutum, neutiquam ex inchoato extructum fuisse a Scauro. Restituit etiam aedem Fidei ab Atilio consecratam. Quodnam fuerit tertium templum a Scauro illustratum, videant alii. Peyr.

(2) Desiderantur codicis taurinensis versiculi septem, ob abscisam membranam.

(3) De aedium Vestae conflagratione, *quo incendio Metellus inter ipsos ignes raptum Palladium incolume servavit*, ut ait Valerius Max. I. 4. 4.; lege Livii epitomem XIX., Plinium VII 45., Ovidium fast. VI 437., Dionysium halic. lib. II. 66. Senecam controvers. lib. IV. 2. Peyr.

(4) Rursus par lacuna.

XXIII. . . tum. Te vero, ·M· Scaure (1), quidem vidi; video, inquam, non cogito solum: nec vero sine magno animi maerore ac dolore, quom tui filii squalorem aspexi (a), " de te recordor (2),,. Atque utinam, sicut mihi tota in hac causa versatus ante oculos, sic nunc horum te offeras mentibus, et in horum animis adhaerescas! Species medius *fidius* (b) . . . . etiamsi forte non nosset, tamen principem civitatis esse diceret. Quo te nunc modo appellem! Ut hominem? At non es inter nos. Ut mortuum? At vivis, et viges; at in omnium animis atque ore versaris, atque divinus animus mortale nihil habuit, neque tuorum quicquam potuit emori, praeter corpus. Quocumque igitur te mo . . . .

Cetera desiderantur.

(a) Post *aspexi* paullum maiorem ponit cl. Peyronius; quod mihi immerito fieri videtur. (b) Denuo par lacuna.

(1) ·M· Aemilium Scaurum clientis patrem ante multos annos defunctum alloquitur. Peyr.

(2) Tria haec verba servaverat Fronto in exempl. eloc. litt. R. Peyr.

Laudaverunt Scaurum consulares novem, ·L· Piso, ·L· Volcatius, ·Q. Metellus Nepos, ·M· Perpenna, ·L· Philippus, ·M· Cicero, ·Q· Hortensius, ·P· Servilius Isauricus ·pr·, ·Cn· Pompeius magnus. Horum magna pars per tabulas laudaverunt quia aberant: inter quos Pompeius quoque; nam quod erat pro consule, extra urbem morabatur. Unus praeterea adulescens laudavit, frater eius (1), Faustus Cornelius Syllae filius. Is in laudatione multa humiliter et cum lacrimis locutus, non minus audientes permovit, quam Scaurus ipse permoverat. Ad genua iudicum, quom sententiae ferrentur, bifariam se diviserunt qui pro eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse, et ·M· Glabrio sororis filius, et Paulus, et ·P· Lentulus Lentuli Nigri flaminis filius, et ·L· Aemilius Buca filius, et ·C· Memmius Fausta natus supplicaverunt: ex altera parte Sylla Faustus frater Scauri, et ·C· Apronius (a) Limo, cui Fausta ante paucos menses nupserat dimissa a Memmio, et ·T· Peducaeus, et ·C. Cato, et ·M· Olenas Curtianus (b). Sententias tulerunt senatores duo et XX, equites tres et XX, tribuni aerarii XXV. Ex quibus damnaverunt senatores IIII, equites II, tribuni II. Cato praeterea (c), quom vellet de accusatoribus in consilium mittere, multique e populo manus in accusatores intenderent, cessit imperitae multitu-

(a) Codd. *Aronius*. (b) Codd. *Olena Scortianus*. (c) Recentiores aliquot Asconii editiones habent *praetor* corrupte. Sed *praeterea* antiquae editiones cum codd. ambrosianis.

(1) Confer argumentum p. 280. ubi etiam *pro interempto*, ut est in edd., correxit *prope interemptum* cl. Heinrich.

dini, ac postero die in consilium de calumnia accusatorum misit. C. Triarius nullam gravem sententiam habuit. Subscriptores eius M. et Q. Pacuvii fratres denas, et L. Marius tres graves habuerunt. Cato praetor iudicium, quia aestate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus. In forum quoque sic descenderat, iusque dicebat: idque reppererat ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli ac Tatii statuae (a) in Capitolio, et in rostris Camilli, fuerunt togatae sine tunicis. ASCONIUS.

(a) In codice archivi basilicae s. Petri legebam *Romuli aetatis capuae*; quam et in aliis codd. corruptelam esse arbitror.

ORATIONIS PRO SCAURO

FRAGMENTA INCERTAE SEDIS.

XXIIII. Et quoniam congesta est accusatio magis acervo quodam criminum quam distinctione aliqua generum et varietate (1). EX DIVERSIS.
Severianus synt. rhet. cap. de disponendis criminibus.

. . . Quanti quod habebat veniret . . Agedum ego defendi Sc*au*rum . . Triari; de*fende* [tu] matrem . . [temet vere] non solvendo fuisse bona. Denique reus bo . .

(1) Scilicet reprehendit Cicero adversarii confusam criminationem, ut ait Severianus. Itaque fragmentum ad primam orationis partem pertinere videtur.

uo proscripta esse bonis (1). . *Ex lacinia lacera palimpsesti ambrosiani.*

Domus tibi deerat? at habebas. Pecunia superabat? at egebas. Incurristi amens in columnas, in alienos insanus insanisti: depressam caecam iacentem domum pluris quam te, quam fortunas tuas, aestimasti. *Ipse Cicero in oratore LXVII. quem locum putavit Sigonius sumptum ex oratione scauriana* (2).

Universe. *Charisius lib. II. in Putschio p.* 198.

Redimunt se ea parte corporis propter quam maxime expetuntur (3). *Isidorus etym. XII.* 2. 21.

Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca (4) mutavit? *Idem etym. XIX.* 23. 5.

(1) Fortasse dicta fuerunt haec verba ante capitulum tertium, vel in quinto.

(2) Haec verba recitant etiam Quintilianus inst. IX. 2. 4; Aquila in antitheto, et Diomedes lib. II. in Putschio p. 461, citantes quidem Ciceronem, sed omisso operis titulo.

(3) De castoribus sermo est; quod satis notum exemplum videtur Cicero de misera provincia vel de homine dicere qui traditis opibus, redemerit se a praepotente avaro.

(4) Accedit Quintilianus inst. I. 5, qui sardum hoc vocabulum a Cicerone illudente usurpatum ait. Rursus Cicero de prov. cons. cap. VII. dicit Sardos *mastrucatos latrunculos*. Hieronymus quoque initio dialogi adv. Lucifer. exemplum hoc scaurianae se legisse demonstrat. Idem eodem opere ff. 15 Sardorum paupertatem deridere videtur, ad scaurianam adhuc orationem respiciens. Ibidem ff. 14. pro *falsitate Sardorum ad totius orbis te saporem contulisti*, dicendum sine dubio est *salsitate Sardorum*, etc. ut recte ominabatur

Copiis inops, gente fallax. *Fronto exempl. elocl. litt. I.*

In illa bona invadere nullo modo potuisset. *Idem ibidem.*

Retineret id quod praecipue semper studuit. *Idem litt. S.*

Hoc nomine audito, quod per omnes gentes pervagatum est. *Idem litt. P.*

Scaurum defendens Tullius imperat Sardis, ut de familia nobili ipsi quoque cum orbis terrarum auctoritate sentirent. *Ammianus Marcellinus XXII. 15.*

Denique Quintilianus inst. IV. 1. de alia Ciceronis pro Scauro oratione sic loquitur. Cicero pro Scauro ambitus reo, quae causa est in commentariis (nam bis eundem defendit) prosopopoeia loquentis pro reo utitur.

Vallarsius; idque vocabulum lexicis addendum. Suffragatur autem emendationi. Cicero noster mirifice in his fragmentis cap. IV. ubi ait *quamvis salsa ista Sarda fuerit.* Ludit autem Cicero in ambiguo sensu vocabuli *salsus.* Nam et sardos salsamenta satis nota sunt.

AD ORATIONEM

PRO ·M· TULLIO

EDITORIS MONITUM.

Orationis pro ·M· Tullio *pauci versus supererant ex Quintiliano, Victorino, Prisciano, Rufiniano et Martiano Capella, collecti. Dedit denique mihi codex mediolanensis partem exordii atque narrationis; deinde vero maiores adhuc partes e taurinensi codice cl. Peyronius excitavit. Is etiam orationis argumentum accurate perscripsit, quod ipsis praestantissimi viri verbis recitare placet.*

ORATIONIS ARGUMENTUM.

P. Fabius emerat fundum in agro thyrino, cui adfinis erat ·M· Tullius. De agri finibus primum controversiae exortae sunt; deinde de aedificio in centuria populiana extructo, quod esse in suo aedificatum contendebat Fabius. Servi ultro citroque missi sunt. Tandem ventum est ad arma. Familia Fabii summo mane ad aedificium venit, servos ·M· Tullii nec opinantes adoritur, et miseranda caede omnes, Philino excepto, obtruncat, tectum villamque disturbat, omnia dissipat. Priore actione negabat Fabius hanc caedem ad familiam suam pertinere; hac altera confessus est. Quare Cicero totus est, ut evincat caedem dolo malo factam esse. " Damnum passum fuisse „ Marcum Tullium (2) *convenit mihi cum adversario; vi hominibus armatis rem gestam esse non inficiantur; a familia ·P· „ Fabii commissam negare non audent; iam dolo malo factum sit, „ ambigitur „. Ita Marcianus Capella lib· V. cap. de partitione memoriter recitans huiusce orationis locum, quem integrum ac*

(2) Pro *Marcum Tullium* legitur corrupte *Marcum Rullum* in aliquot certe Capellae editionibus. Sed mendum tollitur maxime quidem ab egregio codice Capellae ambrosiano (F. 119. part. sup.) in quo apertissime legitur: *Cicero pro Marco Tullio ait, damnum passum fuisse Marcum Tullium etc.* Tum Victorinus in I. rhet. Cicer. cap. LVII. hunc ipsum locum citat directe ex oratione Ciceronis *pro ·M· Tullio*. M.

sanum servavit Victorinus in I. rhetoric. Ciceronis cap. LVII. (1) *Contra ·L· Quintius (vel Quinctius) patronus Fabii contendebat, non iniuria disturbatum fuisse aedificium Tullii, quippe in fundo Fabii exstructum; iure occisos esse eos, qui non ita pridem Fabii servum interfecerant, atque ipsum Fabium vita spoliaturi fuissent. Itaque tota causa fuit de verbis interdicti a Lucullo propositi; quemadmodum illa pro Caecina versata est in enarrando interdicto de vi hominibus armatis. Quare merito Tacitus in dialogo de oratore cap. XX. inquit: " quis de exceptione et formula perpetietur illa immensa volumina, quae pro ·M· Tullio, aut ·A· Caecina legimus "? Porro ea dixit immensa, quippe quae quum intra claustra interpretationis interdictorum contineantur, neque ultra illa exspatientur amoenis egressionibus, non aeque lectu sunt iucunda, ut ceterae orationes, quae in latioribus eloquentiae campis versantur: iam vero quae minus grata nobis contingunt, eadem quoque videri solent prolixa et immensa.*

Habita est haec oratio Marcello praetore; quo anno non satis constat. Aeque latet qui fuerit ·M· Tullius. Eum esse ·M· Tullium Decul am qui consulatum, Cicerone adolescente atque ad eloquentiae laudem virescente, cum ·Cn· Dolabella gessit anno urbis DCLXXII, opinatur Sigonius, cui suffragatur Vossius de analog. II. 3. Contra Heinrichius p. 58. " Ego non credam, inquit, Ciceronem adolescentem ita de cliente, viro consulari, dicturum fuisse, ut nunc legimus sub initio huius fragmenti. Qui ·P· Sextium in causa ea, cuius orationem habemus anno urbis DCXCVII. postulavit de vi, is quidam ·M· Tullius dicitur a Cicerone ad ·Q· fr. II. 3, et erat cognomine Albinovanus. Vide in Vatinium cap. I. Oratoris libertos ·M· Tullios, Tironem et Lauream (vide Manut. in epist. ad famil. V. 20.) huc non temere quisquam vocarit ". Cum taurinensia fragmenta maiorem lucem non affundant nomini ·M· Tullii, praestat rem iniudicatam relinquere.

(1) Item ·C· Iulius Victor a me Romae nuper editus rhet. cap. XIV. ait. *Sic et Marcus Tullius fecit pro Tullio. " Dampnum datum Tullio et vi hominibus armatis et familia ·P· Fabi, constare dicit; in controversia autem esse an dolo malo dampnum datum sit ". Quod est τὸ κρινόμενον, quodque adiuvatur plurimum ex his de quibus convenire constitit. Idem. " Dolum malum esse cum familia armata sit, cum ad vim venerit, cum dampnum intulerit "* M.

ORATIONIS
PRO ·M· TULLIO
PARTES.

EX CODICE TAURINENSI.

I. *Antea sic hanc causam* (a) *adieram*, reciperatores, *ut numquam dic*turos adversarios arbitrarer, tantam caedem et tam atrocem ad familiam suam pertinere: itaque animo soluto a cura et a cogitatione veneram, quod intellegebam, facile id me testibus planum facere posse. Nunc vero, postea quam non modo confessus est vir primarius ·L· Quin*ctius*, *verum etiam eius testes profitentur apertissime*, *video aliam mihi defensionis rationem* (b) *esse ineundam. Tunc enim in eo la*borabam, ut, quod arguebam, id factum esse ostenderem; nunc in eo consumenda est oratio, ut ne adversarii, quod infitiari nullo modo potuerunt, cum maxime cuperent, id cum confessi (c) sunt, meliore loco esse vi-

(a) Has voces videre mihi videor in prima linea. Saltem prima littera *A* certissima est. Duo versus sequentes ita evanuerunt, ut vix vestigia supersint earum litterarum, quas in huiusce folii imagine repraesentavi. Haec autem prima esse totius orationis verba, vel me tacente, quisque intelliget. Peyr. (b) Cl. ed. *viam*; et mox *autem*. Ego hic *rationem*, illic *tunc*, scripsi; quam mihi licentiam libertatemque ab amico concessum iri confidebam. (c) Cod. *confessi*.

deantur. Itaque tum vestrum difficilius diiudicium (a), mea facilis defensio fore videbatur. Ego enim omnia in tes*tibus ponebam, quorum ipse consensus quasi conflatus iudicandi moram vobis iniciebat. At confessio adversarii in me rei difficultatem transtulit. Etenim* quid est facilius, quam de eo, qui confitetur, iudicare? mihi autem difficile est satis copiose de eo dicere, quod nec atrocius verbis demonstrari potest, quam re ipsa est; neque apertius oratione mea fieri, quam ipsorum confessione factum est.

II. Cum in hac re, quam commemoravi, mihi mutanda ratio defensionis, *tum erga ·P· Fabium paulo remittendum est de illa lenitate, qua priore actione mores eius* (b) *tanto studio vel dissimulaveram, vel excusaveram, ut non* minus diligenter illius existimationem, quam rem ·M· Tulli viderer defendere. Nunc, quoniam Quinctius ad causam pertinere putavit, res ita multas, falsas praesertim et inique confictas, proferre de vita et mo-

(a) Ita cod.; qua lectione expulsa, scripsit cl. editor *iudicium*. Ego vero eam retinere ausus sum, quoniam *diiudico*, *diiudicatio*, *diiudicatrix*, et *diiudicatus* habemus in lexicis. (b) Cl. editor *omnia sua*. Ego malui *mores eius*, respiciens ad subsequentia.

ribus et existimatione ·M· Tulli, multis de causis mihi Fabius debebit ignoscere, si minus eius famae parcere videbor, quam antea consului. *Priore actione summopere cavi ab offendendo Fabio: sed quando Quinctius, neglecto veritatis ho-*

EX CODICE MEDIOLANENSI.

n||ore (a), putavit ad officium suum pertinere, |adversario nulla in re parcere; quid me oportet Tullium pro Tullio facere, homine coniuncto mecum non minus animo quam nomine? Ac mihi magis illud laborandum videtur, recuperatores (1), ut quod antea nihil in istum dixi probrosi umquam, in eo repraehendar (b), quod hoc tempore respondeo. Verum et tum id feci quod oportuit, et nunc faciam quod necesse est. Nam cum esset de re pecuniaria controversia, quod damnum datum ·M· Tullio diceremus, alienum (c)

(a) Cl. editor *sed quando Quinctius mutato defensionis tenore*. Mihi hoc loco vix placebat *tenor*. Tum quia Quinctius *falsas fictasque res* dixerat, sic scribendum putavi. (b) Codex habet: *ut quod antea nihil in istum dixi probare possum quam in eo repraehendar* etc. (c) Ita ego edidi, et ita esse in codice testatur etiam cl. Peyr., qui tamen maluit scribere *alie-*

(1) Iudicum recuperatorum officium declarat Gellius XX. 1. *Praetores iniuriis aestimandis recuperatores se daturos edixerunt*. Item Festus voc. reciperatio. *Per reciperatores reddantur res recipianturque, resque privatas inter se persequantur*. Iudicii recuperatorii meminit Cicero in Verr. lib. III. 11, et Caius IV. 105. Apud recuperatores acta est a Cicerone etiam causa pro ·A·Caecina, cuius argumentum persimile huic est.

mea natura videbatur quidquam de existimatione ·P· Fabi dicere; non quia (a) res postulare non videretur. Quid ergo est? Tametsi postulat causa, tamen nisi plane cogit ingratiis, ad maledicendum non soleo descendere. Nunc cum coactus dicam, si quid forte dicam, tamen id ipsum verecunde modiceque (b) faciam, tantum ut, quoniam sibi me non esse inimicum potuit priore actione Fabius iudicare, nunc ·M· Tullio fidelem certumque amicum esse cognoscat.

III. Unum hoc abs te, ·L· Quinti (1), per-

num a *mea natura*. Sed enim praepositionem non esse necessariam docet, auctore ipso Cicerone pro Quinctio XXXI, Cornelius Fronto exempl. eloc. litt. A.

(a) Cod. *quia*, item factum *quia*. Sed delenda erat particula *non* quae sequitur. (b) Codex *modique*. Rectissima coniectura Heinrichius emendavit *modiceque*. Sic pro Sylla XXIX. *a me timide modiceque dicetur*. Pro Caelio XIII. *nunc agam modice, nec longius progrediar, quam me mea fides et causa ipsa coget*. Et de sen. I. *modice ferre*. Monuit etiam idem Philologus verba *tantum ut* eiungenda non esse. Sic pro Flacco XXVIII. *submissa voce agam, tantum ut iudices audiant*. Pro Caecina VIII. *praeter interdixit . . . sine ulla exceptione, tantum ut unde deiecisset, restitueret*. Peyr.

(1) Adversarius Ciceronis in hac causa, et ·P· Fabii patronus, fuit ·L· Quintius. De hoc Cicero in Bruto LXII. ait. *Complures minime dignos elegantis conventus auribus, aptissimos cognovi turbulentis concionibus, quo in genere nuper ·L· Quintius fuit*. Reapse hic idem Quintius patronus fuit Oppianici in horribili illa causa Cluentii. Et cum quidem in ea oratione saepe exagitat Cicero, capite praesertim XL. ubi eum sic graphice describit. *Facite enim ut non solum mores eius et arrogantiam, sed etiam vultum atque amictum, atque illam usque ad talos demissam purpuram recordemini*.

velim impetrare; quod tametsi eo volo, quia mihi utile est, tamen abs te idcirco, qui aecum (a) est, postulo: ut ita tibi multum temporis ad dicendum sumas, ut is (b) aliquid ad iudicandum relinquas: namque antea non defensionis tuae modus, sed nox tibi finem (c) dicendi fecit. Nunc, si tibi placere potest, ne idem facias, id abs te postulo. Neque hoc idcirco postulo, quod (d) te aliquid censeam praeterire oportere, aut non quam ornatissime et copiosissime dicere, verum ut semel unaquaque de re dicas; quod si facies, non vereor, ne dicendo dies eximatur. Iudicium vestrum est (1), recuperatores, quantae pecuniae paret dolo malo familiae ·P· Fabi vi hominibus armatis (2) coactisve damnum factum esse ·M· Tullio. Eius rei taxationem (3) nos fecimus; aestimatio

(a) Ita cod. pro *aequum* habet *aecum*, uti etiam bavaricus et vaticanus codd. apud Garatonium ad plancianam cap. XV Confer in fragmento orationis pro Flacco p. 8, et Milon. fragm. taurin. *relicum* pro *reliquum*. (b) Ita cod. pro *his*. (c) Cod. *fine*. (d) *Quod*, non *quo*, legi in cod. ait P.; quamquam *d* minore forma aegreque visibili scribatur. Et sic malebat H.

(1) Haec est formula iudicandi a praetore data. Cram.

(2) Hac formula iocatur Cicero ad fam. VII. 13. XV. 16.

(3) Hinc apparet *taxationem* dici de pecuniae summa, quae a patrono deiecti proponebatur ob damnum datum; *aestimationem* vero de ea, quae a iudicibus post damnatum reum, decernebatur. Peyr.

vestra (1) est; iudicium datum est in quadruplum (2).

IIII. Cum omnes leges, omniaque iudicia, quae paulo graviora atque asperiora videntur esse, ex improborum iniquitate et iniuria nata sunt; tum hoc iudicium paucis hisce annis propter hominum malam consuetudinem nimiamque licentiam constitutum est. Nam cum multae familiae dicerentur in agris longinquis et pascuis armatae esse, caedesque facere; cumque ea consuetudo non solum ad res privatorum, sed etiam ad summam rem publicam (3) pertinere videretur; ·M· Lucullus (4) qui summa aequitate atque sapientia ius

(1) Locum declarat interpres a me editus ad orat. in Clodium et Curionem VI. 1. *Lites damnatis reis aestimabantur, cum taxatio pecuniae fiebat, quae illis adfigeretur.*

(2) Scilicet, ut reus, si damnetur, solvat quadruplum damni illati. Iudicii dati in quadruplum meminit (praeter digest. IV. 2. 14) Cicero in Verr. lib. III. 13, in octuplum 10. 11. et 12.

(3) Verba haec *ad summam rempub. pertinere* laudat, ni fallor, ex Cicerone Victorinus ad I. rhet. Cicer. cap. XLVII. Ait enim: *attentos faciemus si demonstrabimus, quae dicturi erimus magna, nova — eaque ad omnes pertinere, ut saepe Cicero ait, de quo agitur non ad solum reum, sed ad omnium fortunas pertinere — AD SUMMAM REMP. PERTINERE.*

(4) ·M· Lucullus ius inter peregrinos praetor dixit, teste Asconio ad orationem Ciceronis in toga candida. Frater Lucii is fuit, ut narrat Plutarchus in Lucullo.

dixit, primus hoc iudicium composuit, et id spectavit, ut homines ita familias suas continerent, ut non modo armati damnum nemini darent, verum etiam lacessiti, iure se potius quam armis defenderent. Et cum sciret (a) de damno legem esse aquiliam (1), tamen hoc ita existumavit, apud maiores nostros cum et res et cupiditates minores essent, et familiae non magnae magno metu continerentur, ut (b) perraro fieret ut homo occideretur, idque nefarium ac singulare facinus putaretur, nihil opus fuisse iudicio de vi coactis armatisque hominibus: quod enim usu non veniebat, de eo si quis legem aut iudicium constitueret, non tam prohibere videretur (c) quam admonere (2).

V. His temporibus, cum ex bello diuturno atque domestico res in eam consuetudinem

(a) Sic taur. At ambr. *scirent*. (b) *Ut* abest a taur. (c) Ambr. *videtur*.

(1) Latam scilicet ab Aquilio tribuno. Eius capita videsis in institutionibus Iustiniani lib. IV. tit. 3. Vide et Caium inst. III. 202. IV. 76. De Caio certe Aquilio et de Lucio Lucullo conferendus est Cicero orat. pro Quinctio.

(2) Sic prorsus idem Cicero in orat. pro Roscio amerino XXV. de Solone, qui nullum supplicium parricidio statuerat, ait: *sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere, quam admonere videretur.*

venisset, ut homines minore religione armis uterentur, necesse putavit esse, et (a) in universam familiam iudicium dare, quod a familia factum diceretur; et reciperatores(b) dare, ut quam primum res iudicaretur; et poenam graviorem constituere, ut metu comprimeretur audacia; et illam latebram tollere DAMNUM INIURIA, quod in aliis causis debet valere, et valet lege aquilia; id ex huiusmodi damno, quod vi per servos armatos datum esset (1) . . . . . . *ne privati* ipsi statuerent, quo tempore possent suo iure arma capere, manum cogere, homines occidere. Cum iudicium ita daretur, ut hoc solum in iudicium venire videretur, ne vi hominibus coactis armatisve damnum dolo malo familiae datum *esset* (c), neque illud aderet (d) INIURIA (2), putavit se audaciam improborum su-

(a) *Et* desideratur in ambr. (b) Cod. *reciperatores*, tum factum *recuperatores* uti scribitur superius cap. II. Sed rursus cap. VII. videor mihi legere *reciperatores*, ut habet Festus a me laudatus p. 330. (c) *Esset* addidit P. (d) Ita cod. cum unica *d*. Et sic in Clod. et Cur. I. 4.

(1) Septem versiculi non leguntur, ideoque lacuna est duodecim ferme verborum.

(2) Aquilius tulerat legem ne quis vi armata damnum inferret *iniuria*: quam iniuriam siquis negare poterat, ea lege non damnabatur. M. Lucullus eo sublato vocabulo omnino edixit, nequis vi armata dolo

stulisse, cum spem defensionis nullam reliquisset (a).

VI. Quoniam quod iudicium, et quo consilio constitutum sit, cognostis; nunc rem ipsam, ut gesta sit dum breviter vobis demonstro, attendite. Fundum habet in agro thyrino (1) ·M· Tullius paternum, reciperatores, quem se habere usque eo non moleste tulit, donec vicinum eiusmodi nactus est, qui agri fines armis proferre mallet, quam iure defendere. Nam ·P· Fabius nuper e-

(a) Etiam in aliis antiquis codicibus vidi retentam *n* in praeteritis verbi *relinquo*.

malo damnum inferret, quae lex spem defensionis succidebat.

(1) Antiqua urbs Lucaniae fuit Thurium: quamquam Acro ad Horatii lib. II. satyram VIII. v. 20. dicit Thurium oppidum Calabriae. At noster codex habet *thyrinum* pro *thurinum* ex permutatione consueta inter se vocalium eiusdem aut proximi soni: nam *y* apud veteres sonabat interdum ut *u*. Citat hunc locum Quintilianus inst. lib. IV. cap. 2. sub finem, ubi ait: *initium narrationis frequenter et a re* (fieri) *sicut pro Tullio Cicero* " *Fundum habet in a-* " *gro thurino ·M· Tullius pa-* " *ternum* ". Quintiliani editio parisiaca anni MDXLII. habet *in agro tigurino*, ut etiam codex unus ambrosianus. Verumtamen longe rectius aliae editiones *in agro thurino* quod confirmant tres codd. ambrosiani eiusdem Quintiliani. Reapse quis praedium divitis viri romani inter montes potius helvetios, quam in Lucaniae propinquo et opportuniore agro requirat?

mit agrum de ·C· Claudio (1) senatore, cui fundo erat adfinis ·M· Tullius, sane magno, dimidio fere pluris, incultum, exustis villis omnibus, quam quanti integrum atque ornatissimum carissimis pretiis (a) ipse Claudius (2) *emerat* . . . . . clam circumscripsisse isti a (b) consulari Macedonia et Asia. Et iam illud addam, quod ad rem pertinet; imperatore mortuo, pecuniam nescio quomodo quaesitam dum vult in praedio ponere (3), non posuit, sed abiecit (4). Nihil adhuc m . . . . *stultitiam su*am calamitate vicinorum corrigit, et quod stomachum (c) suum damno Tulli *ex*plere conatus est.

VII. Est in eo agro centuria (5), quae popu-

(a) Cod. constanter *praet.* (b) Sic Peyr. Ego legebam *etia*, idest *etiam*; ut infra deest *m* in *pecunia* et in *fine*. (c) Cod. *sthomacum*.

(1) Videtur hic frater Appii et Publii. Confer orationis pro Scauro capitulum XV. cum scholiasta, qui ·C· Claudium ait etiam tenuisse Asiam praetorio imperio. Asiae autem et heic mentio fit paulo post.

(2) E codice dimidium folii desectum fuit, unde lacunae sex incommodissimae extiterunt.

(3) Pecuniam *ponere* et *collocare* sunt verba iuris, et pecuniaria, uti vocat Quintilianus. Cram.

(4) Eadem fere locutione contrarium dicit idem Cicero philippic. III. 2. de Octaviano: *patrimonium suum effudit. Quamquam non sum usus eo verbo quo debui non enim effudit, sed in salute rei publicae collocavit.*

(5) *Centuriam* (inquit Columella V. 1.) *nunc dicimus, ut*

liana nominatur, reciperatores, quae semper ·M· Tulli fuit, quam etiam pater pos*sederat* . . . .

posita esse, et ad fundum eius convenire. Ac primum, quod eum negoti totius et emptionis suae paenitebat (a), fundum proscripsit (1); eum autem emptum habebat cum socio Cn· Acerronio (2) viro op. .

. . . .

modum proscripsisse. Hominem appellat. Iste sane adroganter quod commodum fuit respondit. Neque dum fines auctor (3) demonstraverat (4). Mittit ad procuratorem litteras et ad vilicum (b) Tullius . . . . . .

(a) Ita cod. *paenitebat*, non *poenitebat*. Et quidem illa est vetustior huius vocabuli scriptio. Ergo nollem a cl. Peyronio, vincto *pae*, scriptum esse *poe*. (b) Ita cod. *vilicum* cum uno *l*, quod et ipse vidi in aliis antiquis codicibus, et Garatonius ad Plancianam cap. XXV. magnopere probat. Inferius tamen cap. IX. legitur *villam*, non *vilam*, etsi et *vilam* antiquum dicit Garatonius: quod ego tamen legere me non memini.

Varro ait, ducentorum iugerum modum. Olim autem ab centum iugeribus vocabatur centuria, sed mox duplicata nomen retinuit.

(1) Fundum proscribere, est venalem proponere.

(2) Par nomen est Ferentini in lapide apud Muratorium thes. inscript. p. 621. 10, et in fastis consularibus ad an. DCCXC. Heinr.

(3) Scilicet Fabius venditor.

(4) Sic rursus postea *fines Acerronio demonstravit*. Res nova apud Ciceronem, sed in iure Romano tralatitia. Legitimae sunt locutiones *fines demonstrare*, *ostendere*, vel *nominare*, in agro vendito: quae est extrema auctoris actio. Qui fines demonstrat, tradit fundum. Digest. tit. de evict. XXI. 2. 43. Et demonstrantur fines aut per dominum, aut per servum villi-

facturum negavit, illis absentibus; fines Acerronio demonstravit, neque tamen hanc centuriam populianam vacuam tradidit(1). Acerronius quomodo potuit se de tota re *excusabat* (a) . . . .
VIII. . . mine eiusmodi semustilatus (b) effugit. Adducit iste interea in saltum homines electos maximis animis et viribus, et his arma, quae cuique habilia (c) atque apta essent, comparat; prorsus ut quivis intellegeret, non eos ad rem rusticam, verum ad caedem ac pugnam comparari. Brevi illo tempore, Q. Cati Aemiliani hominis honesti, quem vos nostis, duo (d) homines occiderunt; multa alia fecerunt; passim vagabantur armati, non obscure

(a) Cod. *sedetorareex*, idest *sedet orare ex* . . . teste me ac Peyr. Sed eleganter cl. Nieb. corrigit *se de tota re excusabat* (b) *Semustil* pro *semustul.* legit in cod. Peyr. quam lectionem retinuit et satis bonis argumentis adprobavit. (c) Codex *ABITALIA*, quod videbatur corrigendum *habilia*, potius quam legendum *ab Italia*. Et sic correxerat etiam Heinrichius, qui idoneis quoque exemplis emendationem suam confirmavit. (d) *Duo* pro *duos*, quod grammatici concedunt. Confer de aere alieno Milonis II. 3.

cum, domini iussu. Digest. tit. de contrah. empt. XVIII. 1. 18. Heinr.

(1) Venditus ager vacua possessio est, antequam traditus emtori, isque ingressus est possessionem. Hoc in pandectis vulgatum, nunc primum legimus apud Ciceronem. Sed in ipsa re, hac quidem parte narrationis, summa est obscuritas. Heinr.

sed ut plane intellegere viderentur ad quam rem parati essent; agros, vias denique infestas habebant. Venit in thyrinum interea Tullius. Deinde iste paterfamilias, asiaticus beatus, novus arator, et idem pecuarius, cum ambularet in agro, animadvertit in hac ipsa centuria populiana aedificium non ita magnum, servumque ·M· Tulli Philinum (a). Quid vobis, inquid, istic (b) negoti in meo est? Servus respondit pudenter, at non stulte, dominum esse ad villam, posse eum cum eo disceptare si quid vellet. Rogat Fabius Acerronium, nam ibi tum erat, ut secum simul veniat ad Tullium. Venitur (c). Ad villam (d) erat Tullius. Appellat Fabius, ut aut ipse Tullium deduceret, aut ab eo deduceretur (1). Dicit deducturum se Tullius; vadimonium (2) Fabio Romam promissurum.

(a) Codex *filium*. Sed paullo infra *Philinus quem antea nominavi* (b) Cod. *stic*, et mox *immeo*. (c) Sic ait se legisse cl. Peyr., quod mihi videbatur *venit*. (d) Cod. *villa*.

(1) Deducere aliquem de possessione, est eundem expellere, vel ea privare. Confer pro ·A· Caecina VII. Denuntiat igitur Tullio Fabius optionem, ut de agro controverso aut ipse facessat, iudicio interposito, aut se esse ei cessurum.

(2) En fortissimum argumentum pro sententia Fr. Polleti, et Bav. Voordae D. *de vadimonio* cap. II. §. 3. promissum fuis-

Manet in ea condicione Fabius. Mature disceditur (a) (1).

VIIII. Proxima nocte iam fere cum lux adpropinquaret, ad illud aedificium, de quo antea dixi, quod erat in centuria populiana, servi ·P· Fabi frequentes armatique veniunt; introitum ipsi sibi vi manuque patefaciunt; homines magni pretii, servos ·M· Tulli nec opinantes adoriuntur, quod facile factu fuit; neque tam multos, neque repugnantes multi armati paratique occidunt; tantumque odii crudelitatisque habuerunt, ut eos omnes gurgulionibus insectis relinquerent (2), ne si

(a) Oblitteratus hoc loco erat codex; ego itaque scribebam intra parenthesim, dubitationis significandae causa quidquid legebam post *Fabius*. At cl. P. legit *mature disceditur*.

se vadimonium priusquam in ius veniretur, quod plerique negant. Cram.

(1) Admonet hic locus ut novum testem lectoremque huius orationis adscribam ·C· Iulium Victorem rhetorem a me nuper ex vaticano codice editum. Is enim cap. VI. §. 1. sic loquitur. *Argumenta duci possunt et a modo in fine, ut Marcus Tullius dolum circa servos Publii Fabii definit ex eo quod insidiati sint. Et idem; non esse detrectationem circa pacem, cum non clam nec furtim profectus sit sed palam.*

(2) Hic locus citatur a Mart. Capella lib. V. cap. de elocutione, omisso nomine huius orationis: sed nunc apparet ex qua citaverit. Iam quod Capellae editiones habent *eiectis* vel *exactis* pro *insectis*, id primum corrigitur nunc a tulliano palimpsesto, tum etiam a codice Capellae ambrosiano (F. 119. part. sup.) in quo legitur *exectis*.

quem semivivum (a) ac spirantem etiam reliquissent (b), minor is (c) honor haberetur: praeterea tectum villamque disturbant. Hanc rem tam atrocem, tam indignam, tam repentinam nuntiat ·M· Tullio Philinus, quem antea nominavi, qui graviter saucius e caede (d) effugerat. Tullius statim mittit ad amicos, quorum ea vicinitate tum illi (e) bona atque honesta copia praesto fuit. Omnibus acerba res et (f) misera videbatur. Cum amici in comm . . .

. . . .

EX VICTORINO.

Dicam vim factam a ·P· Fabi familia; adversarii non negant. Damnum datum esse ·M· Tullio, concedis; vici unam rem. Vim hominibus armatis factam non negas; vici alteram. Dolo malo factum negas; de hoc iudicium est (1). *Victorinus in I. rhet. Cicer. cap. LVII.*

. . . .

(a) Ita cod. *semivibum*, uti ad orat. pro Scauro in scholiis p. 308. *perbibebat*. (b) Ita cod. ut alibi. (c) Ita cod. pro *his* vel *iis*. (d) Cod. *cede*. (e) Cod. *illa* (f) Cod. *et*.

(1) Hoc fragmentum a Victorino servatum, collocandum esse duxi in hac orationis parte. est enim veluti propositio sequentis disputationis, in qua Cicero demonstrat dolum malum nec ab indole huiusce iudicii, nec a vi hominibus armatis coactisve facta seiungi posse. Peyr.

Idem Tullii fragmentum liberioribus verbis recitat ·C· Iulius rhetor apud me p. 327. n. 1. M.

X. . . turbarunt. Audite, quaeso, in eas res, quas commemoro, hominum honestorum testimonium. Haec, quae mei testes dicunt, fatetur adversarius eos vere dicere: quae mei testes non dicunt, quia non viderunt nec sciunt, ea dicit ipse adversarius. Nostri testes dicunt occisos homines, cruorem in locis pluribus, deiectum aedificium, se vidisse; dicunt nihil amplius. Quid Fabius? Horum nihil negat. Quid ergo addit amplius? Suam familiam fecisse dicit. Quomodo? vi hominibus armatis. Quo animo? Ut id fieret quod factum est. Quid est id? Ut homines ·M· Tulli occiderentur. Quod ergo eo animo factum est, ut homines unum in locum convenirent, ut arma caperent, ut certo consilio certum in locum proficiscerentur, ut idoneum tempus eligerent, ut caedem facerent, id si voluerunt et cogitarunt et perfecerunt, potestis eam voluntatem, id consilium, id factum a dolo malo seiungere(1)? Ad(a) istuc totum

EX CODICE TAURINENSI.

(a) Ita cod. pro *at*.

(1) Haec omnino legebat ·C· Iulius rhetor loc. cit. p. 327. dicens cum Cicerone *dolum malum esse cum familia armata sit* etc.

DOLO MALO additur in hoc iudicio eius causa qui agit, non illius quicum agitur. Id ut intellegatis (a), reciperatores, quaeso, ut diligenter attendatis; profecto quin ita sit, non dubitabitis.

XI. Si ita iudicium daretur, ut id concluderetur quod a familia factum esset, si quae (b) familia ipsa in caede interesse noluisset, et homines aut servos aut liberos coegisset aut conduxisset; totum hoc iudicium et praetoris severitas dissolveretur. Nemo enim potest haec iudicare, qua in re familia non interfuisset, in ea re eam ipsam familiam vi armatis hominibus damnum dedisse. Ergo id quia poterat, idcirco non satis habitum est quaeri quid familia ipsa fecisset, verum etiam illud QUID FAMILIAE DOLO MALO FACTUM ESSET. Nam cum facit ipsa familia vi armatis coactisve hominibus, et damnum cuipiam dat, id dolo malo fieri necesse est: cum autem rationem init ut id (c) fiat,

(a) Edidit *intelligatis* cl. Peyr. Sed prope spondere ausim scriptum esse in cod. *intellegatis*, lectumque incaute *i* pro *e*. Certe ipse editor scribit *intelleg.* capp. XIII. XV. XXI. (b) Plerique grammatici scribendum praecipiunt *si qua*; contrariae sententiae patroni iam utantur hoc exemplo. Peyr. (c) Cod. *ea* pro *id*.

familia ipsa non facit, fit autem dolo malo eius. Ergo addito DOLO MALO, actoris et petitoris (1) fit causa copiosior. Utrum enim ostendere potest, sive eam ipsam familiam sibi damnum dedisse, sive consilio et opera eius familiae factum esse, vincat necesse est.

XII. Videtis praetores per hos annos intercedere hoc *interdicto inter* (a) me et ·M· Claudium, UNDE DE (b) DOLO MALO TUO, ·M· TULLI, ·M· CLAUDIUS AUT FAMILIA AUT PROCURATOR EIUS VI DETRUSUS EST; cetera ex formula, sicut ita interdictum est, et sponsio facta. Ego me ad iudicem si defendam, *ut* (c) vi me deiecisse confitear, dolo malo negem; et quis (d) me audiat? non opinor quidem. Quia si vi deieci ·M· Claudium, dolo malo deieci: in vi enim dolus malus inest. Et Claudio utrumvis satis est planum facere, vel se a me ipso vi deiectum esse, vel me consilium inisse, ut vi deiceretur. Plus igitur *prodest* (e)

(a) Ita Peyr. supplevit versum, qui in codice desiderator (b) Ita cod. et sic Peyr. Ego tamen suspicor DE repetitum, scribendumque esse *unde dolo*. (c) Deerat particula *ut* absorpta a sequenti *vi* (d) Ita *et quis* pro *ecquis* etiam in codd verrinarum val. (e) Ita supplevit mutilum versum Peyr.

(1) Nomina haec coniungit Cicero etiam partit. 110: *sed accusatorem pro omni actore et petitore appello*. Peyr.

Claudio *cum* interdicitur, unde a dolo malo meo vi deiectus sit, quam si daretur, unde a me vi deiectus esset. Nam in hoc posteriori (a), nisi ipse egomet deiecissem, vincerem sponsionem: in illo priore, ubi dolus malus auditur, sive consilium inissem ut vi deiceretur, sive ipse deiecissem, necesse erat te dolo malo meo vi deiectum iudicari.

XIII. Hoc persimile, atque adeo plane idem est in hoc iudicio, reciperatores. Quaero enim abs te. Si ita iudicium datum esset(1), quantae pecuniae paret a familia ·P· Fabi hominibus armatis damnum ·M· Tullio *fac*tum (b), quid haberes quod diceres? Nihil, opinor. Fateris enim omnia, et familiam ·P· Fabi fecisse, et vi hominibus armatis fecisse. Quod additum est DOLO MALO, id te adiuvare putas; in quo opprimitur et excluditur omnis tua defensio. Nam si additum id non esset, ac tibi libitum esset ita defende-

(a) Ita litt. maior. p. 51. At *posteriore* litt. min. p. 106. ed. Peyr.

(b) Ita scribo, quamquam cl. Peyronius dedit *illatum*. Nam primo spatium litterae non patitur quatuor verba, sed tria tantummodo, ut ex imagine codicis cognosco; deinde sic scribendum esse prorsus docet ipse Tullius cap. III, cuius rei immemor fuit cl. editor.

(1) Immo tale esse revera hoc iudicium dixit orator cap. III. p. 332.

re (a) tuam familiam non fecisse, vinceres, si id probare potuisses. Nunc, sive (b) illa defensione uti voluisses, sive hac qua uteris, condemneris necesse est. Nisi putamus *eum in iudi*cium (c) venire, qui consilium inierit; illum, qui fecerit, non venire; cum consilium sine facto intellegi possit, factum sine consilio non possit. An quod factum eiusmodi est, ut sine occulto consilio, sine nocte, sine vi, sine damno alterius, sine armis, sine caede, sine maleficio fieri non potuerit, id sine dolo malo factum iudicabitur? An qua in re praetor illi improbam defensionem tolli voluit, in ea re mihi difficiliorem actionem factam putabitis?

XIIII. Hic mihi isti singulari ingenio videntur esse, qui et id, quod mihi contra illos datum est, ipsi adripiunt, et scopulo atque saxis pro portu stationeque utuntur. Nam in dolo malo volunt delitiscere (d); in quo non modo cum omnia

(a) Cod. *defenderem.* (b) Cod *sibe*, consueta permutatione litterarum B et V. (c) Ita supplevit mutilum versum Peyr. (d) Ita cod. fatente cl. Peyr. qui substituit *delitescere*. Ego vero codicem meo iure sequor, quia *delitiscere* scribit etiam Fronto, itemque *conticiscere* et *lucisceŕe*, et alia huiusmodi. Adi indicem orthographicum meum Frontonis.

ipsi fecerunt quae fatentur, verum etiam si per alios id fecissent, haererent ac tenerentur. Ego non in una re sola, quod mihi satis est, neque in universa re solum, quod mihi satis est, set (a) singilatim (b) in omnibus dolum malum extare dico. Consilium capiunt, ut ad servos M. Tulli veniant, dolo malo faciunt; arma capiunt, dolo malo faciunt; tempus ad insidiandum adque celandum idoneum eligunt, dolo malo faciunt; vi in tectum inruunt, in ipsa vi dolus est; occidunt homines, tectum diruunt, nec homo occidi nec consulto alteri damnum dari sine dolo malo potest. Ergo si omnes partes (1) sunt eiusmodi, ut in singulis dolus malus haereat, universam rem et totum facinus sine dolo malo factum iudicabitis?

XV. Quid ad haec Quintius? Sane nihil certum neque unum, in quo non modo pos-

(a) Ita cod. pro *sed*. (b) Ita ed. litt. maiorib., at minorib. *singulatim*, quae mutatio num erat necessaria, cum vulgo dicamus *singillatim*?

(1) Huc spectabat Boethius de definit. ed. Paris. an. 1544. p. 23. inquiens: *hoc etiam pro M. Tullio tenet* (Cicero), *ubi per enumerationem malorum, per quos fit dolus malus, definitio ita fit, ut singulis speciebus dolus malus possit agnosci.* Peyr.

sit, verum putet se posse consistere. Primum enim illud iniecit, nihil posse dolo malo familiae fieri. Hoc loco non solum fecit, ut defenderet Fabium, sed ut omnino huiuscemodi iudicia dissolveret. Nam si venit id in iudicium de familia, quod omnino familia nulla potest committere, nullum est iudicium, absolvantur omnes de simili causa necesse est. Hoc solum bona mehercule, si hoc solum esset, tamen vos talis viri nolle, deseretis maximam rem coniunctam cum summa re fortunisque privatorum, severissimum iudicium maximaque ratione compositum per vos videretur esse dissolutum. Sed non id solum agitur (1) . . .

. . . ego intellego (a); et tamen *di*cendum (b) est ad ea quae dixit Quinctius, non quo ad rem pertineant (c), sed ne quid, quia a me praetermissum est, pro concesso putetur.

XVI. Dicis oportere quaeri, homines M. Tulli iniuria occisi essent, nec ne. De quo

(a) Sic litt. minorib. At minorib. perperam *intelligo* in ed. Peyr. Recole dicta superius p. 344. n. a. (b) Primam syllabam DI oblitteratam supplevit Peyr. (c) Cod. *pertineat.*

(1) Lacuna indefinita.

hoc primum quaero, venerit ea res (a) in hoc iudicium (b), nec ne. Si non venit, quid attinet aut nos dicere, aut nos quaerere? Si autem venit, quid attinuit te tam multis verbis a praetore postulare, ut adderet (c) in iudicium INIURIA, et, quia non impetrasses, tribunos ·pl· (d) appellare, et hic in iudicio queri praetoris iniquitatem, quod de INIURIA non addi debet? Haec cum praetorem postulabas, cum (e) tribunos appellabas, nempe ita (f) dicebas, potestatem tibi fieri oportere, ut si posses, reciperatores persuaderes (1), non esse iniuria ·M· Tullio damnum datum. Quod ergo ideo in iudicium addi voluisti, ut de eo tibi aput reciperatores dicere liceret; eo non addito, nihilominus tamen ita dicis, quasi id ipsum, a quo detrusus (g) es, impetraris.

(a) Ita legere sibi videbatur Peyr. fugientia litterarum vestigia. (b) Ita litt. maiorib. At minorib. *iudicio* mendose in ed. Peyr. (c) Ita cod. *adderet* et mox *adderetur* recte cum duabus *d*. Confer tamen p 335. n. d. (d) Ita scribo ut est in cod., non *plebis* ut in ed. Fieri enim potest ut Cicero aliter pronunciaverit nempe *plebi*, ut est alibi in hoc volumine. (e) Particula *cum* vix dignoscendo legi potest. Peyr. (f) Lectu difficilis. Peyr. (g) En certas litteras --E--S--S, quare legi etiam potest *depulsus*. Peyr.

(1) *Persuadere* cum quarto casu notabile in Cicerone est, nisi forte codicis lectio vitiosa fuit; quod suspicor, quoniam mox cap. XVIII *persuadere* regit tertium casum.

XVII. At quibus verbis in decernendo Metellus (1) usus est, *et* (a) ceteri quos appellasti. Nonne haec omnium fuit oratio, quod vi hominibus armatis coactisve familia fecisse diceretur, id tametsi (b) nullo iure fieri potuerit, tamen se nihil addituros? Et recte, reciperatores. Nam cum, perfugio nullo constituto, tamen haec scelera servi audacissime faciant, domini impudentissime confiteantur, quid censetis fore, si praetor iudicet eiusmodi caedis (c) fieri iure posse? An quicquam interest, utrum magistratus peccato defensionem constituant, an peccandi potestatem licentiamque permittant? Etenim, reciperatores, non damno commoventur magistratus, ut in haec verba iudicium dent:

(a) Cl. editor (ea) *ceteri quos appellasti* (*confirmarunt*), duo verba supplens, cum tamen in codice nulla sit lacuna. Mihi *et* visum est sufficere, quod ab *est* absorptum, ut puto, fuit. (b) Librarius scripserat *tamensi*, tum emendavit *tametsi*, ita ut littera T lateat in littera N aliquantum crassa. Peyr. (c) Ita cod. taur. quam lectionem a cl. editore nollem fuisse mutatam in *caedes*. Etsi enim ita scribitur cap. III, tamen horum nominum terminationem *is* in quarto plurali casu multo esse frequentissimam apud antiquos scimus.

(1) Opinor esse praetoris nomen, qui interdictum dederat. Iam vero Marcus Metellus praeturam gesserat an. urbis DCLXXXIV. Vide act. I. in Verr. IX. et X. Quintus Metellus Celer praeturae munere functus est, Cicerone consule, an. urbis DCXC. At cum suspicari liceat alios etiam Metellos fuisse per illos annos praetores, tum certo statui nequit, quis iste fuerit. Peyr.

nam *si* (a) id esset, nec reciperatores potius darent quam iudicem; nec in universam familiam (b), sed in eum *qui* cum (c) nominatim ageretur; nec in quadruplum (1), sed in duplum (2); et damno (3) adderetur INIURIA. Neque enim is, qui hoc iudicium dedit de ceteris damnis, ab lege aquilia recedit, in quibus (d) nihil agitur nisi damnum; qua de re praetor animum debet advertere.

(a) Videbatur mihi addendum *si*. (b) Cod. *familia*. (c) Cod. *cum*. (d) Amanuensis scripserat IDQUIB, tum delevit litteram D. Scripsi *in quibus*, sed contextus liquidus non est. Peyr.

(1) Interdicti luculliani poena erat in quadruplum quod dictum est supra (cap. III.) Peyr.

(2) Ex lege aquilia ita poena aestimabatur, *quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum aes dare domino damnas esto*. Tamen adversus inficiantem in duplum actio erat, teste Gaio et Ulpiano digest. lib. IX. tit. II. leg. 2. §. 1. et leg. 23. §. 10. Confessus quidem fuerat Quintius altera actione, illam eamdem ad familiam Fabii pertinere; at, praeterquam quod iudicium, negante Quintio, institutum fuerat, novimus progressu temporis poenam legis aquiliae fuisse quandoque duplicatam. Sic digest. lib. XI. tit. III. de serv. corr. leg. 5. §. 2. *Haec actio etiam adversus fatentem in duplum est, quamvis aquilia inficiantem dumtaxat coerceat*. Peyr.

(3) Codex *damnum addetur*. Vocabulum INIURIA cardo erat, atque fundamentum actionis aquiliae. Contra in actione de vi bon. rapt. digest. lib. XLVII. tit. VIII. leg. 2. §. 22. *Non utique spectamus rem in bonis actoris esse; sive in bonis sit, sive non sit . . . sive bona fide a me possideatur . . . dicendum est competere mihi hanc actionem*; ita ut ius, aut iniuria nullum habeat locum. Peyr.

XVIII. In hoc iudicio videtis agi de vi; videtis agi de hominibus armatis; videtis aedificiorum expugnationes, agri vastationes, hominum trucidationes, incendia, rapinas, sanguinem, in iudicium venire; et miramini satis habuisse eos, qui hoc iudicium dederunt, id quaeri utrum haec tam acerba, tam indigna, tam atrocia facta essent, nec ne; non utrum iure facta, an iniuria? Non ergo praetores a lege (a) aquilia recesserunt, quae de damno est, sed de vi et armatis severum iudicium constituerunt; nec ius et iniuriam quaeri nusquam putarunt oportere, sed eos, qui armis, quam iure, agere maluissent, de iure et iniuria disputare noluerunt. Neque ideo de INIURIA non addiderunt, quod in aliis rebus non adderent, sed ne ipsi iudicarent posse homines servos iure arma capere et manum cogere. Neque quod putarent, si additum esset, posse hoc talibus viris persuadere, non iniuria factum; sed ne quoddam (b) scutum dare in iudicio viderentur iis, quos propter haec arma in iudicium vocavissent.

(a) Cod. *legae*. (b) Cod. *quod tamen pro quoddam.*

XVIIII. Fuit illud interdictum aput maiores nostros DE VI, quod hodie quoque est, UNDE TU AUT FAMILIA TUA AUT PROCURATOR TUUS ILLUM AUT FAMILIAM AUT PROCURATOREM ILLIUS IN HOC ANNO VI DEIECISTI: deinde additur illius iam hoc causa quicum agitur CUM ILLE POSSIDERET: et hoc amplius, quod NEC VI NEC CLAM NEC PRECARIO POSSIDERET. Multa dantur (1) ei, qui vi alterum detrusisse dicitur; quorum si unum quodlibet probari iudici potuerit, etiamsi confessus erit se vi deiecisse, vincat necesse est, vel non possedisse eum qui deiectus sit, vel vi (a) possedisse, vel clam, vel precario. Ei qui de vi confessus esset, tot defensiones tamen ad causam optinendam (b) maiores reliquerunt.

XX. Age illud alterum interdictum consideremus, quod item nunc est constitutum, propter eandem iniquitatem temporum, nimiamque hominum *licentiam* (2)

. . . .

(a) Pro *vi* est in cod. *apse*, *i* super *a* imposita, de qua scriptura nihil adnotavit editor. (b) Ita cod. *opt.* non *obt.* ut est in ed. p. 107.

(1) Scilicet multa conceduntur, multa effugia dantur. Peyr.

(2) Hoc verbum addidi recolens superiora (ed. roman. cap.

. . . boni debent dicere. Atque ille mihi de ·XII· tabulis recitavit, quae permittit, ut furem noctu liceat occidere, et luci (a) si se telo defendat (1); et legem antiquam de legibus sacratis, quae iubeat inpune occidi eum, qui tribunum plebis pulsaverit. Nihil, ut opinor, praeterea de legibus. Qua in re hoc primum quaero, quid ad hoc iudicium recitari istas leges pertinuerit? Num quem tribunum ·pl· servi ·M· Tulli pulsaverunt? Non opinor. Num furatum domum ·P· Fabi noctu venerunt? Ne id quidem. Num luce furatum venerunt (b), et se telo defenderunt? Dici non potest. Ergo istis legibus, quas recitasti, certe non potuit istius familia servos ·M· Tulli occidere.

XXI. Non, inquid, ad eam rem reci-

(a) Ita cod. *luci*; atque ita antiquos interdum scripsisse hoc nomen sexto in casu docet exemplis prolatis (et quidem ipsius Ciceronis) Forcellinus. Qua de re non cogitans cl. editor substituit *luce*. (b) Cod. *venerint*.

IIII.) Puto Ciceronem hic dixisse de interdicto *de vi hominibus armatis*. Hoc autem fragmentum anteponendum esse censui proxime sequenti, in quo orator nonnulla obiecta a legibus petita diluens, tandem subdit *nihil, ut opinor, praeterea de legibus*. Peyr.

(1) Hanc legem XII. tabularum commemorant Macrobius in saturn., Cicero pro Milone, Caius ad leg. aquil. etc. Peyr.

(2) *Religione inviolatos esse*

tavi, sed ut hoc intellegeres, non visum esse maioribus nostris tam indignum istuc nescio quid, quam tu putas, hominem occidi. At primum istae ipsae leges, quas recitas, ut mittam cetera, significant quam noluerint maiores nostri, nisi cum pernecesse (1) esset, hominem occidi. Primum ista lex sacrata est, quam rogarunt armati, ut inermes sine periculo possent esse. Quare non iniuria quo magistratu munitae leges sunt, eius magistratus corpus legibus vallatum esse voluerunt. Furem, hoc est praedonem et latronem, luce occidi vetant ·XII· tabulae, cum intra parietes tuos hostem certissimum teneas; NISI SE TELO DEFENDIT (a), inquid, etiamsi cum telo venerit; nisi utetur telo ac repugnabit, non occides; QUOD SI (2) REPUGNAT (b), ENDOPLORATO; hoc est conclamato, ut aliqui au-

(a) Ita cod. *defendit*; cui nimis libere substituit editor *defenderit*.

(b) Ita cod. At cl. editor p. 108. *repugnaverit*, neque satis necessario neque lectore admonito.

eos (tribunos) *tum lege etiam fecerunt* Livius III. 55. Peyr.

(1) Notemus vocabulum *pernecesse*.

(2) Codex *quos si*. Dubito tamen hic quidpiam latere veteris orthographiae. (Quidnam vero?) De voce *endoplorato* ita Festus: *endoplorato, implorato, quod est cum quaestione inclamare. Implorare namque est cum fletu rogare, quod est proprie vapulantis*. Peyr.

diant et conveniant. Quid ad hanc clementiam addi potest? Qui ne hoc quidem permiserint, ut domi suae capud (a) suum sine testibus et arbitris ferro defendere liceret.

XXII. Quis est, cui magis ignosci conveniat, quoniam me ad ·XII· tabulas revocas, quam si quis quem imprudens occiderit? Nemo opinor. Haec enim tacita lex est humanitatis, ut ab homine consilii, non fortunae, poena repetatur. Tamen huiusce rei veniam maiores non dederunt. Nam lex est in ·XII· tabulis, SI TELUM MANU FUGIT MAgis *quam iecit* (1). . .

. . . .

Cicero in illa oratione quae pro ·M· Tullio inscribitur, ipsas quoque ·XII· tabulas adseveravit excubare pro hominum salute, quae hanc interemendi potestatem non facile

(a) Ita cod. veluti *inquid* et similia.

(1) Cicero topic. XVII *Nam iacere telum, voluntatis est; ferire quem nolueris, fortunae. Ex quo aries ille subiicitur in vestris actionibus: si telum manu fugit magis, quam iecit.* Idem de oratore III. 39. *Nonnumquam etiam brevitas translatione conficitur, ut illud "si telum manu fugit," Imprudentia teli emissi brevius propriis verbis exponi non potuit, quam est uno significata translato.* Ita ergo mutilus contextus supplendus videbatur. Peyr.

permiserint (1). *Interpres vaticanus ad or. pro Mil. III. 6. a me in hoc volumine primum editus.*
Si quis furem occiderit, iniuria occiderit. Quamobrem? quia ius constitutum nullum est. Quid si se telo defenderit? Non iniuria. Quid ita? quia constitutum est (2). *Rufinianus in apophasi.*

. . . .

XXIII. . . tamen verum (a) factum esset non modo servos. Tamen in eo ipso loco, qui tuus esset, non modo servos ·M· Tulli occidere iure non potuisti; verum etiam si tectum, hoc insciente, aut per vim demolitus esses, quod hic in tuo aedificasset, et suum esse defenderet, id per vim aut clam (3)

(a) Haec turbata esse quisque videt; paria verba *tamen*, et *non modo servos* fefellerunt librarium.

(1) In hac lacuna dixisse Ciceronem, quae scholiastes vaticanus se legisse in oratione pro Tullio ait, ego quidem non dubito. M.

(2) Hoc fragmentum a Rufiniano servatum inserui hoc loco, qui nativus mihi videbatur. Peyr.

(3) Quam recte haec affirmasset Cicero, patet ex Ulpiano digest. lib. XLIII. tit. 24. *quod vi aut clam* leg. 1. *Hoc interdictum restitutorium est . . . Et parvi refert, utrum ius habuerit faciendi, an non; sive enim ius habuit, sive non, tamen tenetur interdicto, propter quod vi aut clam fecit . . . Vi factum videri Quintus Mucius scripsit, si quis contra, quam prohiberetur, fecerit.* Tum lege 3. §. 7. *Clam facere videri Cassius scribit eum, qui celavit adversarium, neque ei denunciavit si modo timuit eius controversiam, aut*

factum iudicaretur. Tu ipse iam statue, quam verum sit, cum paucas tegulas (1) deicere inpune familia tua non potuerit, maximam caedem sine fraude facere potuisset. Ego ipse, tecto illo disturbato, si hodie postulem, quod vi aut clam factum sit, tu aut per arbitrum restituas (2), aut sponsione condemneris necesse est. Nunc hoc probabis viris talibus, cum aedificium tuo iure disturbare non potueris, quod esset, quemadmodum tu vis, in tuo; homines, qui in eo aedificio fuerint, te tuo iure potuisse occidere?

XXIIII. Ad (a) servus meus non comparet, qui visus est cum tuis: ad casa mea est incensa a tuis. Quid ad haec respondeam? Ostendi falsa esse: verumtamen confite-

(a) Ita cod pro *at*.

debuit timere. Idem Aristo putat, eum quoque clam facere, qui celandi animo habet eum, quem prohibiturum se intellexerit, et id existimat, aut existimare debet, se prohibitum iri. Peyr.

(1) *Si quis aedificium demolitus fuerit, quamvis non usque ad solum, quin interdicto teneatur, dubitari desiit. Proinde et si tegulas de aedificio sustulerit, magis est, ut interdicto teneatur.* Ulpianus lib. I. leg. 7. §. 9. 10. Peyr.

(2) Solemne hoc praetoris verbum servat formula interdicti in digest. lib. I. In privatis controversiis consuevisse petitorem sponsione certae pecuniae adversarium lacessere, norunt omnes. Peyr.

bor. Quid postea? Hoc sequitur, ut familia ·M· Tulli concidi oportuerit? Vix mehercule, ut corium peti (a); vix ut gravius expostulari. Verum ut esses durissimus, agi quidem (b) usitato iure, et cotidiana actione potuit; quid opus fuit vi, quid armatis hominibus, quid caede, quid sanguine? At enim oppugnatum me fortasse venissent. Haec est illorum in causa perdita extrema non oratio, neque defensio, sed coniectura, et quasi divinatio. Illi oppugnatum venturi erant? Quem? Fabium. Quo consilio? ut occiderent. Quam ob causam? quid ut proficerent (c)? Qui comperisti? Et ut rem perspicuam quam paucissimis verbis agam, dubitari hoc potest, recuperatores, utri oppugnasse videantur, qui ad villam venerunt, an qui in villa manserunt? qui occisi sunt, an ii ex quorum numero saucius factus est nemo? qui cur facerent causa non fuit, an ii qui fecisse se confitentur? Verum, ut hoc

(a) Ita cod. luculentissime. *Corium* pro hominis pelle atque toto corpore quandoque comici usurpant, ut *petere corium* sit alicuius vitam adgredi, metaphora a gladiatoribus ducta. Peyr. (qui non temere suspicatur legendum potius *adversarium*. Negat enim Ciceronem fuisse inferendi noxias manus.) (b) Transtuli interpunctionem. Nam cl. Peyr. interpunxerat *expostulari, verum ut esses durissimus. Agi quidem* etc. (c) Ita cod., non *perficerent*.

tibi credam, metuisse te, ne obpugnarere;" quis hoc statuit umquam (a), aut cui „ concedi sine summo omnium periculo „ potest, ut eum (1) || iure potuerit occidere, „ a quo metuisse se dicat, ne ipse posterius occideretur? „

, ...

XXV. Voluntas legis tertio consideratur, cum exemplo multarum legum probamus, praesentem quoque legem ita sentire, sicuti M. Tullius fecit pro M. Tullio (2). *Fortunatianus rhet. lib. II. cap. quod incipit coniectura.*

PLICAVI legimus, ut est apud Ciceronem pro Marco Tullio. *Diomedes lib. I. in Putschio p.* 369.

Cicero pro Tullio EXPLICAVIT ait: ait. *Macrobius de diff. et soc. graeci latinique verbi in Putschio p.* 2738.

Hoc iudicium sic expectatur, ut non unae rei statui, sed omnibus constitui putetur. *Priscianus lib. VI.* 1. (3)

Cetera desiderantur.

(a) Cod. *statuitumquam.*

(1) In hoc vocabulo finem facit folium taurinense. Cetera habui ex Quintiliano instit. V. 13. qui locum ita recitat: *quis hoc statuit umquam* etc. Peyr.

(2) Non extat in suprascriptis fragmentis pars haec orationis a Fortunatiano laudata M.

(3) Videtur hoc fragmentum ad orationis perorationem pertinere. Et quidem extrema fortasse orationis verba sunt. Nisi potius pertinent ad lacunam capitis XV. M.

ORATIONIS PRO MILONE

SUPPLEMENTUM.

Orationem tullianam lacunis laborare nemo hercle suspicaturus erat, nisi taurinensis palimpsestus cl. Peyronio fragmentum novum ineditumque obtulisset, pertinens ad capitulum XIII orationis, quod heic recudendum curabo, ne quid liber meus desideret ex his partibus quae nuper tulliana scripta locupletaverunt. Idem vir cl. aliam circa eundem locum lacunam explere ingeniosissime docteque conatus est partim ex Quintiliano IX. 2, partim ex interprete ambrosiano a me edito ad orationem de aere Milonis IV. 2; qui contextus et disputatio in editione clarissimi viri cum fructu legetur. Nunc taurinense supplementum novum recitabo, quod est huiusmodi.

Audistis, iudices, quantum Clodio pro-
„ fuerit occidi Milonem; convertite animos
„ nunc vicissim ad Milonem. Quid Milonis
„ intererat interfici Clodium? Quid erat,
„ cur Milo, non dicam, admitteret, sed
„ optaret? Obstabat in spe consulatus Mi-
„ loni Clodius. At eo repugnante fiebat;
„ immo vero eo fiebat magis; nec me suf-
„ fragatore meliore utebatur, quam Clodio.
„ Valebat apud vos, iudices, Milonis erga
„ me remque publicam meritorum me-
„ moria; valebant preces et lacrimae nos-
„ trae, quibus ego tum vos mirifice mo-
„ veri sentiebam; sed plus multo valebat
„ periculorum inpendentium timor. Quis
„ enim erat civium, qui sibi solutam „
.P. Clodi praeturam *etc. ut in edd.*

DE FRAGMENTIS ORATIONUM
PRO ·M· FONTEIO
ET
PRO ·C· RABIRIO.

Nobilia duarum Tullii orationum fragmenta pro Fonteio *et* pro ·C· Rabirio (*quae utraque oratio in editis libris valde imperfecta est*) *Romae anno MDCCCXX. vulgavit vir excell. summaeque in litteraria rep. gloriae B. G. Niebuhrius; quae scilicet delituerant in palatino vaticanae bibliothecae rescripto codice XXIV, in quo Iuvenatius ac Brunsius famigeratum Livii fragmentum repererant, quin tamen de reliquiis Ciceronis ibidem adiacentibus ea, qua par erat, diligentia quaererent. Veniens autem Romam Niebuhrius et statim rem detexit, et cum accurata fidelitate typis tradidit, additis de penu suo commentariis et prologis tam eximia opportunaque doctrina refertis, ut nihil iis vel facile addas vel perinde adimas. Atque ex eo quem dixi codice alias quoque opes idem vir excell. protulit, nempe fragmenti liviani additamentum, Senecae de amicitia, Hyginique de rebus thebanis mythologicis fragmentum: quae ut eius editionem apprime ornant, sic in libri mei censum referri nequeunt, qui tulliana tantum scripta complectitur. neque ex eius commentariis nisi tenues particulas, pro hoc compendiario instituto meo, libaturus sum. Palatino autem fragmento* pro Fonteio *frusta quaedam ipsemet, quae alibi sum nactus, subtexam.*

PRO ·M· FONTEIO

FRAGMENTUM.

I. . . . *oportuisse*; an ita dissolvi (1) ut omnes alii dissolverint? Nam ita ego defendo ·M· Fonteium, iudices, itaque contendo, post legem valeriam latam (2), *a Marco Fonteio* (a) quaestore usque ad Titum Crispinum (3) quaestorem (b) aliter ne-

(a) In hac lacuna, quae ex agglutinatione plicatae paginae orta est, latuerit quaestoris nomen cum praenomine omnibus litteris perscripto, ut mox *Titum* plene scriptum legimus: litterae vero TE ex nomine solae supersunt. Fuisse autem ipsius M. Fonteii vix dubitari potest: non ut ille primus quaestor secundum legem valeriam dissolverit, sed ut superiorum auctoritatem secutus sit. Niebuhrius. (b) Sic explico quod in codice est *que*, quod siglae loco positum esse ex coniunctione litterarum U et E apparet: si aliter esset, emendationem locus sibi posceret. Apicis ad dextram positi, ad significandum accusativum, nullum vestigium vidi. Haec autem nota QUE pro *quaestore* vel *quaestorem* in libris notarum non comparet, video tamen ea usum esse librarium optimi codicis lagomars. III. Verrinae act. 2, in fragmento orationis pro Flacco *quaestores* (acc. pl.) significat: itaque ad omnes casus obliquos exprimendos adhibita fuisse videtur. Nam nominativum sing. una littera Q significari Terentius Scaurus indicat. N.

(1) Sic lego in cod. At in ed. *dissolvit*. M.

(2) Haec est lex valeria turpissima, quae creditoribus quadrantem solvi iussit, lata a L. Valerio Flacco, consule suffecto an. DCLXVI· de qua vide Velleium Paterculum II. c. 23, et Cortium ad Sallustii catil. c. 33: quam per aliquot annos valuisse ex hoc fragmento constat: mansisse autem donec lege cornelia unciaria haud paulo mitius rei foenerariae remedium adhiberetur, conicio. N.

(3) Huius T. Crispini, praeter hunc locum, nulla memoria extat. neque omnino alicuius ex Crispinorum familia per duo illa saecula quae inter bellum hannibalicum et consulatum T. Crispini T. F. sub Augusto intercedunt. N.

minem solvisse: hunc omnium superiorum, huius autem omnis qui postea fuerint auctoritatem dico secutos. Quid accussas? quid repraendis (a)? Nam quod in tabulis dodrantaris (b) et quadrantariis, quas ait ab Hirtuleio (1) institutas, Fontei officium desiderat, non possum exeistumare utrum ipse erret, an vos in errorem ducere velit. Quaero enim abs te, ·M· Plaetori, possit ne tibi ipsi probata esse nostra caussa, si qua in re abs te ·M· Fonteius accusatur (c), auctorem habet eum quem tu maxume laudas, Hirtuleium: qua in re autem laudas Hirtuleium, Fonteius idem fecisse reperitur? Repraehendis solutionis genus: eodem modo Hirtuleium dissolvisse publicae tabulae coarguunt. Laudas illum quod dodrantarias tabulas instituerit: easdem Fonteius instituit, et eodem genere pecuniae. Nam ne forte sis nescius, et istas tabulas exeistumes ad *diversam ve-*

(a) Ita cod. At infra *repraeh.* (b) Ita cod.; at mox *quadrantariis* cum duplici *i*. (c) Ita cod. cum unica *s*, etsi antea cum duabus.

(1) Firmatur hisce membranis vera huius nominis scriptio, quam contra fragmentum livianum, epitomen, et plurimos veterum librorum locos egregie stabilivit Iuvenatius ad fr. liv. p. XLVIII.

*te*ris (a) aeris alieni (b) rationem pertinere; ob unam caussam et in uno genere sunt institutae. Nam cum publicaneis qui Africam, qui aquiliense por*torium* (1) *conducta habebant* . . .

II. . . . *re*cite . . . nemo, nemo inquam, iudices, reperietur qui unum se in quaestura ·M· Fonteio nummum dedisse, aut illum ex ea pecunia quae pro aerario solveretur, detraxisse dicat: nullius in tabulis ulla huius furtei significatio, nullum in ieis (c) nominibus intertrimenti aut deminutionis vestigium reperietur. Atqui omnes iei quos in hoc genere quaestionis accusatos et repraehensos videmus, premuntur testibus: difficile st (d) enim eum qui magistratui pecuniam dederit non aut induci odio ut deicat (e), aut cogei re-

(a) Ita supplevi lacunam, ubi nihil extat, praeter . . *d* . . . *e* . . *ris*, in quo spatii exactissima ratio habita est. N. (b) Cod. *alieani*. (c) Cod. *ies* cum superposita *i* sive eiciendi caussa *e*, sive faciendi *ieis* ut est infra. M. (d) Sic infra fragm. III. *consecuta st*: atque in fragmentis Rabirianae: *nulla st*, *obsessio st*, *malum st*. Roscianae *sublata st*: denique in praestantissimo philippicarum codice. *quae illa barbaria st* N. (e) Ita cod. Quamquam antea *dicat*. M.

(1) Supplementum certum est; quid autem istud fuerit portorium a M. Aquilio, ut videtur, institutum, equidem plane nescio. Ut hic de aquiliensi portorio, sic in philippicis de *ituraeis vectigalibus* legimus.

ligione: deinde sei qua gratia testes deterrentur (a), tabulae quidem certe incorruptae atque integrae manent. Fac omnis amicissumos Fonteio fuisse: tantum hominum numerum ignotissumorum atque alienissumorum pepercisse huius capiti, consuluisse famae: res ipsa tamen ac ratio litterarum, confectioque tabularum, habet hanc vim ut ex acceptis et datis quidquid fingatur, aut surrupiatur, aut non constet, appareat. Acceptas populo romano pecunias omnes istei rettulerunt: sei protinus aliis aeque magnas aut solverunt aut dederunt, ut quod acceptum populo romano est, id expensum quoipiam (b) sit, certe nihil potest esse detractum. Sin aliqui domum tulerunt, ex arcaera (c) . . .

III. . . Deorum hominumque fidem! tes-

(a) Cod. *deterentur*. N. (b) Ita cod. et p. 368. *aliquoius*. Quare suspicor apud Ciceronem quoque de rep. I. 12. praeferendam esse lectionem *quoi*, de qua locutus sum in scholio ed. second. p. 38. M. (c) Ita scribo, 1. quia *arcaera* (vel *arcera*) plaustrum fuit, hic autem de re domum delata sermo est; 2. quia Ciceronem hoc vocabulo in deperdito scripto usum fuisse scimus. Sed enim cl. N. maluit divisim *ex area e ra* . . . quam lectionem satis prudente adnotatione fecit probabilem hisce verbis „ Haec ita divisi quia *area* ad rem pecuniariam proprie pertinet, neque intelligere possum quid hoc loco sibi velit *arcera*, quamquam hanc vocem apud Ciceronem lectam fuisse Nonius significet I. 270, et librarius diphthongo *ae* perperam ponenda aliquoties erraverit: deinde vero, quia praeter verba *eradere* et *eradicare*, quaeque ab iis derivantur, nulla sunt de quibus cogitari possit, atque profecto ne de his quidem, Syllaba *ra* prima alicuius nominis fuerit, *rationibus* verbi gratia „.

tis non inveneitur in ducentis et triciens sestertio. Quam multorum hominum? sescentorum (a) amplius. Quibus in terris gestum negotium est? illo, illo inquam, loco quem videtis. Extra ordinemne pecunia est data? immo vero nummus nullus sine litteris multis commotus est. Quae est igitur ista accusatio quae facilius possit Alpis quam paucos aerari gradus ascendere: diligentius Rutaenorum (1) quam populi romani defendat aerarium: lubentius ignotis quam noteis (b) utatur, alienigenis quam domesticeis testibus: planius se confirmare crimen lubeidine barbarorum, quam nostrorum hominum litteris arbitretur? Duorum magistratuum, quorum uterque in pecunia maxuma tractanda procurandaque versatus est, triumviratus et quaesturae, ratio seic redditur, iudices, ut in ieis rebus quae ante oculos gestae sunt, ad multos pertinuerunt, confectae publicis privatisque tabulis sunt, nulla significatio furtei, nulla aliquoius delicti suspeicio referatur. His-

(a) Ita cod. et ita saepe in antiquis mss. M. (b) Ita cod. etsi *ignotis* cum unica *i*. Eadem inconstantia alibi est

(1) Ita cod. cum diphth. Fuerunt autem Rutaeni Galliae aquitanicae populus. M.

paniensis legatio consecuta st (a), turbulentissumo rei publicae tempore, cum adventu ·L· Sullae in Italiam maxumi exercitus civium dissiderent *de* (b) iudiciis ac legibus: atque hoc rei publicae statu desperato qualis . . . .

ADDITAMENTA.

IIII. *Fragmenta duo alia inedita ex oratione pro Fonteio suppeditavit mihi ·C· Iulius Victor cuius nuper rhetoricam edidi. Sic ergo cap. VI. ff. 2. de locis in re.*

Ut Marcus Tullius in defensione fecit pro Fonteio. Si nulla pecunia numerata est; (quod est totum) cuius pecuniae quinquagesima est (quod est pars.)

Et cap. eodem ff. 4. Pro Fonteio Marcus Tullius exsequitur, quod eius causa non sit eadem quae Verris.

Idem Rhetor cap. VI. ff. 3. obtulit mihi novum fragmentum tullianae orationis contra contionem Metelli, quod in paucis eius reliquiis cognitis non apparet. Est autem hoc.

Marcus Tullius contra contionem Quinti Metelli. Qui animum hostilem habet, et cuius facta hostilia sunt.

(a) Ita cod. (b) Addidisse te praepositionem ait cl. editor, etsi in codice nulla lacuna erat. M.

PRO ·C· RABIRIO

FRAGMENTUM.

I. . . . (a) aret. Itaque non senatus in ea causa cognoscenda, me agente, diligentior (b) aut inclementior fuit quam vos universi, cum orbis terrae distributionem atque illum ipsum agrum campanum, animis, manibus, vocibus, re*pudiavistis*. Idem ego quod is, qui auctor huius iudicii *est*, clamo, praedico, denuntio: nullus est reliqus (c) rex, nulla gens, nulla natio quam pertimescatis: nullum adventicium, nullum extraneum malum st (d) qu*od* (1)*insi*nuare in hanc *remp. pos*sit: si immorta*lem* hanc civitat*em esse* voltis, si aeter*num* imperium, si *gloriam* sempiternam *manere*, nobis a nostri*s cupi*ditatibus, a tu*rbulen*tis hominibus *atque no*varum rerum *cupidis*, *ab intestinis malis*, a domesticis co*nsiliis* est cavendum. Hisce autem m*alis mag*num praesid*ium*

(a) Lacunam extremam in edd. post verba *improborum civium* aliquantulum explet codex vat. 3233 p. 147. a lumgens *occupatae erant*, cui ego adderem *multitudine* vel aliud simile. M. (b) Cod. *diligenter*. (c) Ita cod. (d) Ita cod.

(1) Extra supplementa aldinis litteris pro sua sagacitate ac sedula meditatione concinnavit ill. editor ubi, membranae latercula trunca erant. M.

*vo*bis maiores ve*stri re*liquerunt, vo*cem* illam consulis, qui *remp*. salvam esse vo*lt*. Huic voci fave*te*, *Quirites*, *neque* *v*estro iudicio *abstu*leritis mihi *remp*., neque eripueri*tis reip*. spem liberta*tis*, *sp*em salutis, spem *digni*tatis. *Quid fac*erem si ·T· Labie*nus* *c*aedem civium *fecis*set, ut ·L· Satur*ninus*, si carcerem re*fregis*set, si Capitoli*um cum armatis occupa*visset? Facerem *id quo*d ·C· Marius fe*cit*, *a*d senatum re*ferr*em, vos ad rem publicam *defe*ndundam co*hort*arer, armatus *ipse* vobiscum ar*mato* obsisterem. *Nun*c quoniam armorum suspicio nulla st (a), tela non video: non vis, non caedes, non Capitolii atque arcis obsessio st (b), sed accusatio perniciosa, iudicium acerbum, res tota a tribuno ·pl· suscepta contra remp.; non vos ad arma vocan*dos mihi esse*, *sed* ad suffragia cohortandos contra oppugnationem vestrae maiestatis putavi.

II. Itaque nunc vos omnes oro atque obtestor hortorque. Non ita mos est, consulem, cum es (c). . . *t*imet: qui hasce ore ad-

(a) Ita cod. (b) Ita cod. (c) Lacuna indefinita.

verso pro rep. cicatrices (1) ac notas virtutis accepit, is ne quod accipiat famae volnus perhorrescit (a): quem numquam incursiones (b) hostium loco movere potuerunt, is nunc impetum civium, cui necessario cedendum est, perhorrescit. Neque a vobis iam bene vivendi, sed honeste moriendi facultatem petit: neque tam (c) ut domo sua fruatur, quam ne patrio sepulchro privetur, laborat. Nihil al*iud* iam vos orat atque *ob*secrat nisi uti n*e se* legitimo funere *et* domestica mor*te* privetis; ut eum *qui* pro patria (d) nu*llum* umquam mor*tis peri*culum fugit, *in* patria mori pati*amini*. Dixi ad id tempus q*uod* mihi a tribuno ·pl· pra*esti*tutum est: a vob*is peto* (2) quaesoque ut ha*nc me*am defension*em* pro amici pericu*lo fi*delem, pro reip. salu*te* consularem pu*te*tis.

Explicit oratio.

(a) Ita cod. At cl. editor substituit *pertimescit* propter haud longinquum adhuc *perhorrescit*. Ego codicis mutare lectionem non sum ausus, memor parium ferme exemplorum apud auctores. (V. gr. Cic. de rep. I. 34. *tuentibus* et mox *tuendum est*.) Et quidem oratori in dicendi aestu pronum fuit vocabulum aliquod brevi intervallo ingeminare. M. (b) Cod. *incursione*. (c) Cod. *iam*. (d) Cod. *patriam*.

(1) Inter paucissima Q. Hortensii monumenta, quae aut ille scripta reliquit, aut a posteris lecta fuerunt, erat etiam C. Rabirii in hac ipsa causa defensio: ex qua quae Charisius p. 100 servavit verba, *cicatricum mearum*, ad locum prorsus similem pertinuisse apparet, ubi tamen Rabirium loquentem induxerat. N.

(2) De locutione, quam certissimo supplemento restitui, confer Dukerum ad Liv. VIII. 9. ß. 7. N.

AD CICERONEM

EIUSQUE INTERPRETEM

INDEX HISTORICUS.

Siglorum explicatio.

Alex. — de rege alexandrino. Arch. — pro Archia. Cat. — Catilinaria quarta. Cl. — in Clodium et Curionem. Deiot. — pro Deiotaro. Fl. — pro Flacco. Font. — pro Fonteio. Lig. — pro Ligario. Marc. — pro Marcello. Mil. aer — de aere alieno Milonis. Mil. — pro Milone. Pl. — pro Plancio. Rab.— pro Rabirio. RP. — ad populum post reditum. RS. — in senatu post reditum. Sc. — pro Scauro. Sext. — pro Sextio. Syl. — pro Sylla. Tul. — pro Tullio. Vat. — in Vatinium.

pro Scauro ambitus reo Sc. XXIV Epistula prolixa ad Pompeium *de rebus suis in consulatu gestis* Pl. XXXIV. 6. Oratio alia pro Milone impolita et rudis Mil. arg. Oratio incognita, post mortem eius olim inventa, quae inscribebatur *si eum P. Clodius legibus interrogasset* RS. arg. (*) (Sic idem Cicero ad Q. fr. I. 2. §. 5. ait, *si diem nobis Clodius dixerit*. Item Cato, testo Festo voc. *Naevia* et alibi, scripserat orationem *in M. Caelium si se appellavisset*.)

(*) *Complures nobis deperditarum Ciceronis orationum titulos Interpres noster suppeditavit: idque commode accidit; nam ne Fabricius quidem, infinitae lectionis doctrinaeque vir, ad eas in sua bibliotheca enumerandas, quae vel apud auctorem vel apud alios appellantur, satis sedulam operam contulit. Ego sane obiter in praef. ad Cic. de rep. nonnullas uno eodemque anno a Cicerone dictas orationes commemoravi, quorum titulos Fabricius praetermiserat, nempe* 1. pro Druso. 2. contra Interamnates, seu pro Reatinis. 3. pro Messio. 4. laudationem Serrani Domestici filii. *Fronto praeterea in exemplis eloc. litt. D. verba recitat ex Ciceronis* philippicis XVI. et XVII; *quamobrem etiam* quintam decimam *extitisse necesse est. Hanc olim spartam numerandarum Ciceronis, quae perierunt, orationum vindicavit sibi Faustus Longianus italus, saeculi XVI. litteratus satisque cognitus homo, cuius in misecello codice vaticano extat folium ad card. Alexandrum Farnesium, in quo quadraginta ex his recenset; nullum ipse interponens iudicium, neque adfirmationum suarum fontes indicans. Sic ergo Longianus.* ORATIONES IUDICII. 1. pro muliere arretina. 2. pro Scamandro. 3. pro Milone secunda (*immo prima*.) 4. pro Fundanio. 5. pro Rullio. 6. pro Oppio. 7. pro Tullio. 8. pro A. Gabinio. 9. pro Pub. Vatinio prima. 10. pro eodem secunda. 11. pro L. Vareno. 12. pro M. Othone. 13. pro D. Matrinio. 14. pro C. Cornelio maiestatis reo. 15. pro M. Scauro. 16. pro M. Saufeio prima. 17. pro eodem secunda. 18. pro Cn. Popilio Laenate. 19. pro L. Sergio Catilina. 20. pro Mutio Orestino. 21. pro C. Mustio. 22. pro Cn. Pisone. 23. pro A. Thermo prima. 24. pro eodem secunda. 25. pro C. Antonio collega. 26. pro L. Caesare Vopisco prima. 27. pro eodem secunda. 28. tertia. 29. quarta. 30. quinta. 31. sexta. 32. pro Sthenio siculo. EXORNATIONIS. 33. adversus C. Antonium et Catilinam

---

in toga candida. 34. in Metellum. 35. in Curionem. 36. in Curium. 37. in Q. Coelium. 38. in Pub. Clodium. 39. in A. Gabinium. 40. in Valerium. *Hactenus Longianus, partim certe rectissime. nam in Ciceronis epistulis orationibusque testimonia huius rei complura sunt: ceteroquin mihi cunctas Longiani adfirmationes ad trutinam non vacat expendere. Utique ipse modo fabricianam notitiam auget, modo imperfectior quam illa est. Et quidem oratio* in Curionem *eadem est quae* in P. Clodium, *ut ambrosianus codex demonstravit. Item oratio* in Valerium, *spuria illa est a Beroaldo olim edita, quam etiam in vaticano quodam codice me legere memini.*

INDEX LATINITATIS

INDEX PALAEOGRAPHICUS.

De palaeographia (quam modo orthographiam dicere, modo cacographiam opus est) diligenter disputatum fuit in meorum librorum indicibus v. gr. Ciceronis[3] de rep., reliquiarum iuris civilis, et praesertim romanae editionis Frontonis. Studiosum ergo antiquitatis grammaticalis lectorem illuc ablego. Nunc tamen tulliani quoque interpretis palaeographiam, propter codicis insignem vetustatem, breviter demonstrare non recuso.

Additamenta adnotationum.

P. 9. n. 1. Adde *Loryma est portus Livio XLV.* 10.

P. 11. n. 1. Adde in fin. *et M. Aurelium de reb. suis IV.* 48.

P. 47. Adde in margine *Q. LVII.*

P. 71. Verba *quaestor e lege titia provinciam tacitam et quietam* petita sunt ex oratione pro Murena cap. IX.

P. 341. v. 7. Vocab. *vt* additum est ab Heinrichio, qui existimavit extritum fuisse ob praec. *tibi*.

Emendationes.

P. 38. n. 1. *hac* corr. *haec*.

P. 102. v. ult. corr. *Calenum*.

P. 143. v. 12. corr. *meministis*.

P. 93. v. 1. *mone* corr. *omne*, ubi non est emendatum.

P. 194. n. b. v. 4. Immo librarius scripserat litteras graecas suco colorato, qui postea evanuit, eaque causa lacunarum huiusmodi est, ut iam dixi p. 3.

P. 296. n. 1. et p. 292. n. 2. dele *coactus*. Nam etiam apud Putschium legitur *conatus*.

P. 303. n. 2. *a peiurio* corr. *a peiuro*.

P. 305. n. b. v. 4. *ab* corr. *ob*.

M. TULLII CICERONIS

ORATIONUM IN C. VERREM ACTIONIS II.

PARTES

EX ANTIQUISSIMO VATICANO PALIMPSESTO EDITAE

ET CUM NEAPOLITANA EDITIONE

GASPARIS GARATONII V. CL. COMPARATAE.

LIBER I.

. . . docet hominem, quid posset fieri. Illi bona Cod. p. 57
Cap. 41. res, huic vendibilis videbatur. Iste, tametsi singularis [a] est audacia, tamen ad pupillae matrem summittebat [b]: malebat pecuniam accipere, ne quid novi ediceret [c], quam ut hoc edictum tam improbum et tam [d] inhumanum interponeret. Tutores, pecuniam praetori si pupillae nomine dedissent, grandem praesertim, quemammodum [e] in rationem inducerent, quemammodum sine periculo suo dare possent, non videbant: simul [f] istum fore tam inprobum [g] non arbitrabantur: saepe appellati pernegaverunt. Iste ad arbitrium eius, cui condonabat [h] hereditatem ereptam liberis, quam aecum [i] edictum

---

(a) *Ed.* singulari. (b) *Ed.* subm. (c) *Cod.* diceret. *Sic infra* dictum *pro* edictum. (d) *Deest* tam *in ed.* (e) *Ed.* quemadm. *Sic et infra.* (f) *Ed.* simul et. (g) *Ed.* impr. (h) *Ed.* condonarat. (i) *Ed.* aequum.

conscribserit [a], quaeso cognoscite. Quis umquam crederet mulierum adversarium Verrem [b] futurum? an ideo aliquid contra mulieres scripsit [c], ne totum edictum [d] ad Chelidonis arbitrium scriptum [e] videretur? Cupiditati hominum ait se obviam ire. Cod. p. 3. Quis potuit [f], || (1) non modo his temporibus, sed aput [g] maiores nostros? quis tam remotus fuit a cupiditate? Dic, quaeso, cetera: delectat enim me hominis gravitas, scientia iuris ·P·R· [h], auctoritas Recita qui ·A· Postumo [i] ·Q· Fufio cos. postea [k] fecit [l] fecerit? Quis umquam edixit isto modo. Quis umquam ei [m] rei fraudem, aut periculum proposuit edicto, quae neque post edictum reprehendi [n], neque ante edictum provideri potuit?

Iure, legibus, auctoritate omnium, qui consulebantur, testamentum ·P· Annius fecerat, non inprobum [o], non inofficiosum, non inhumanum: quod si ita fecisset, tamen post illius mortem nihil de testamento illius novi iuris constitui oporteret. Voconia lex te videlicet delectabat. Imitatus esses [p] ipsum illum Voconium, qui lege sua [q] heredi- Cap. 42.

(*a*) *Ed.* scripserit. (*b*) *Ed.* Verrem mul. adv. (*c*) *Ed.* fecit. (*d*) *Codex* aedictum. *Sed idem alibi recte* edictum. (*e*) *Ita cod. quamquam retro* conscribserit. (*f*) *Ed.* potius. (*g*) *Ed.* etiam apud. (*h*) *Deest in ed.* P·R· (*i*) *Ed.* ab A· Postumio. (*k*) *Ed.* postve ea. (*l*) *Cod. bis* fecit, *mendose*, et deinde *fecerit.* (*m*) *Ed.* eius. (*n*) *In ed. deest* reprehendi; *quod adest in codice, ubi tamen dictio perturbata sic:* neque post edictum, provideri potuit reprehendi neque ante edictum. (*o*) *Ed.* impr. (*p*) *Cod.* esse. (*q*) *Cod.* legem suam.

(1) Pagina codicis 38. vacua est; materia tamen prosequitur in pag. 3.

tatem ademit nulli neque virgini neque mulieri: sanxit in posterum, qui post eos censores census esset, nequis | heredem virginem neve mulierem faceret. Cod. p. 4. In lege voconia non est, fecit fecerit: neque in ulla praeteritum tempus reprehenditur, nisi eius rei, quae sua sponte tam scelerata et [a] nefaria est, ut etiam si lex non esset [b], magnopere vitanda fuerit. Atque in his ipsis rebus multa videmus ita sancta esse legibus, ut ante facta in iudicium non vocentur. Cornelia testamentaria, nummaria, ceterae [c] conplures [d], in quibus non ius aliquod novum populo constituitur; ut quod semper malum facinus fuerit, eius quaestio ad populum pertineat, ex certo tempore. De iure vero civili si quis novi quid instituit [e], is non omnia [f], quae ante acta sunt, rata esse patietur [g]? Cedo mihi leges atinias, furias, fufias [h], ipsam, ut dixi, voconiam, omnis [i] praeterea de iure civili; hoc repperies [k] in omnibus statutis [l] ius, quo post eam legem populus utatur. Qui plurimum tribuunt edicto ·PR· [m], edictum [n] legem annuam || dicunt esse. Cod. p. 9. Tu edicto plus amplecteris [o], quam lege. Si finem edicto ·PR· adferunt [p] K. ian., cur non initium

(a) *Ed.* ac. (b) *Deest in cod.* esset. (c) *Cod.* cetere, *et mox* questio. *Sed deinceps diphthongorum sive desideratorum sive superfluorum, quae est sollemnis in vetustis codd. varietas, vix rationem habebo.* (d) *Ed.* compl. (e) *Ed.* instituerit. (f) *Ed.* is omnia. (g) *Ed.* esse non patitur. (h) *Ed.* fussias, *cod.* nufias. (i) *Ed.* omnes. (k) *Ed.* reperies. (l) *Ed.* statuit. (m) *Idest* praetoris. *Interdum tamen explicatis litteris scribitur.* (n) *Cod.* dictum. (o) *Ed.* complecteris. (p) *Ed.* aff.

quoque edicti nascitur K. [a] ian.? an in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo praetor alius futurus est; in illum, quo praetor alius fuerit, regredietur?

Ac (1) si hoc iuris non unius hominis causa [b] dixisses, cautius conposuisses [c]. Scribis: qui [d] heredem fecit fecerit. Quid si plus legarit, quam ad heredem heredesve perveniat, quod per legem voconiam ei, qui census non sit, licet; cur hoc, cum in eodem genere sit, non caves? quia non iuris [e], sed hominis causam verbis amplecteris: ut facile appareat te praetio [f], non iure [g] esse commotum. Atqui hoc si in posterum edixisses [h], minus esset nefarium; tamen esset inprobum [i]: sed tantum [k] vituperari posset; in discrimen evenire [l] non posset; nemo enim committeret: nunc est eiusmodi edictum, ut quivis intellegat [m], non populo [n] esse scriptum, set [o] ·P· Anni [p] secundis heredibus. | Itaque cum aps [q] te caput id [r] tam multis verbis mercenario prohoemio [s] esset ornatum, et quis [t] est inventus postea praetor, qui idem illud ediceret? Cap. 43. Cod. p. 10.

(a) *Ed.* a kalendis. (b) *Ed.* causa hominis. (c) *Ed.* comp. (d) *Ed.* si quis. (e) *Ed.* generis. (f) *Ita cod.* praetio; *quod retineo, quia in vetustis codd. nc constantissime scribitur.* (g) *Deest in ed.* non iure. (h) *Cod.* dixisset. (i) *Cod.* impr. (k) *Cod.* tum. (l) *Ed.* in dubium venire. (m) *Ed.* intellig. (n) *Cod.* populos. (o) *Ed.* sed. (p) *Ed.* Annii. (q) *Ed.* a. (r) *Ed.* illud. (s) *Cod.* prooemio. (t) *Ed.* ecquis.

(1) *Sic a margine rectius incipit codex. Quare capituli initium in editionibus retrahendum est.*

non modo nemo edixit, sed ne metuit quidem quisquam, ne quis ediceret. Nam post te ·PR· multi in isdem causis fuerunt [a]: in his nuper Annia [b]. Ea de multorum propinquorum sententia pecuniosa mulier, quod censa non erat, testamento fecit heredem filiam. Itaque hoc magnum iudicium hominum de istius singulari inprobitate [c], quod Verres sua sponte instituisset, id neminem metuisse, ne quis repperiretur [d], qui istius institutum sequi vellet. Solus enim tu inventus es, cui non satis fuerit corrigere testamenta [e] vivorum, nisi etiam rescinderes mortuorum. Tu ipse a [f] siciliensi edicto hoc sustulisti: voluisti, ex inproviso [g] si quae res nata esset [h], ex urbano edicto decernere: quam postea tu [tibi defensionem relinque]bas [i], in eam maxime offendisti, cum tuam auctori||tatem tute ipse edicto provinciali repudiabas. Cod. p. 21.

Cap. 44. Atque ego non dubito, quin, ut mihi, cui mea [k] filia maxime cordi est, res haec acerba videtur [l] atque indigna, sic unicuique vestrum qui simili sensu atque indulgentia filiarum commovemini. Quid enim natura nobis iucundius, quid carius esse voluit? quid est dignius, in quo omnis nostra diligentia indulgentiaque consumatur? Homo inportunissime [m], cur tantam iniuriam ·P· Annio mortuo fecisti? cur hunc dolorem cineri eius

(a) *Ed.* multi testamenta fecerunt. (b) *Cod.* Ana. (c) *Ed.* impr. (d) *Ed.* reper. (e) *Ed.* voluntates. (f) *Ed.* ex. (g) *Ed.* impr. (h) *Ed.* natae essent. (i) *Verba uncis inclusa, in codice sunt oblitterata.* (k) Mea *deest in ed.* (l) *Ed.* videatur. (m) *Ed.* imp.

atque ossibus inussisti, ut liberis eius bona patria voluntate patris, iure, legibus tradita eriperes, et cui tibi esset commodum condonares? Quibus cum vivi bona nostra partimur, iis ·P.R· adimere, nobis mortuis, bona, fortunasque poterit? Nec petitionem, inquit, nec possessionem dabo. Eripies igitur pupillae togam praetextam? detrahes ornamenta non solum fortunae, sed etiam ingenuitatis? Miramur, | ad arma contra istum hominem
Cod. p. 22. Lampsacenos isse? miramur, istum de provincia decedentem clam Syracusis profugisse? Nos, si alienam vicem pro nostra iniuria doleremus, vestigium istius in foro nullum [a] esset relictum. Pater dat filiae; prohibes: leges sinunt; tamen te interponis. De suis bonis ita [b] dat, ut ab iure non abeat [c]. Quid habes, quod reprachendas [d]? nihil, opinor. Ad [e] ego concedo: prohibe, si potes si habes, qui te audiat, si potest tibi dicto audiens esse [f]. Eripias tu voluntatem mortuo [g], bona vivis, ius omnibus? Hoc ·P.R· non manu vindicasset, nisi te huic tempori, atque huic iudicio reservasset? Postea quam ius praetorium constitutum est, semper hoc [h] usi sumus: si tabulae testamenti non proferrentur, tum, uti quemque [i] potissimum heredem esse oporteret: si is intestatus mortuus es-

(a) *Ed.* non *pro* nullum. (b) *Ita etiam cod.* 2. *manu*, *at* 1. ista. (c) *Cod.* habeat. (d) *Ed.* reprehendas. (e) *Ita cod.* ad *pro* at, *ut in aliis antiquis mss.* (f) *Ed.* esse quisquam. *Attamen* quisquam *defuisse in veteribus libris, ait Gruterus.* (g) *Ed.* mortuis. (h) *Ed.* hoc iure. (i) *Ed.* proximum quemque. *Sed* proximum *defuisse in mss., admonet nos Lambinus.*

set [a], ita secundum eum possessio daretur. Quare hoc sit aequissimum, facile est dicere [b]: sed in re tam usitata satis || . . .

* * *

Cap. 46. . . . videbantur, quod erat in aequitate prudentiaque Pisonis paratissimum perfugium; quo Cod. p. 27. sine labore, sine molestia, sine inpensa [c], etiam sine patrono homines uterentur. Nam, quaeso, redite in memoriam, iudices, quae libido istius in iure dicundo fuerit, quae varietas decretorum, quae nundinatio, quam inanes domus eorum omnium, qui de iure civili consuli solent, quam plena atque referta Chelidonis: a qua muliere cum erat ad eum ventum, et in aurem eius insusurratum, alias [d] revocabat eos, inter quos iam decreverat, decretumque mutabat: alias inter aliquos [e] contrarium sine ulla religione decernebat, ac proximis paulo [f] ante decreverat. Hinc illi homines erant, qui etiam ridiculi inveniebantur ex dolore: quorum alii, id quod saepe audistis [g], negabant mirandum esse, ius tam nequam esse verrinum: alii etiam frigidiores erant; sed, quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse, cum Sacerdotem | execrabantur [h], qui Verrem tam nequam reliquisset. Quae ego non commemorarem, neque enim Cod. p. 28. perfacete dicta, neque porro hac severitate digna

(a) *Verba* si is intestatus mortuus esset, *deleta a Lambino ex editionibus, nunc iterum oggerit codex vaticanus.* (b) *Ed.* docere. (c) *Ed.* imp. (d) *Cod. mendose* alios. (e) *Ed.* alios. (f) *Ed.* paullo. (g) *Ed. tantum* quorum alii, ut audistis. (h) *Ed.* exsecr.

sunt, ni [a] vos illud vellem recordari, istius nequitiam [b], in ore volgi [c] atque in communibus proverbiis esse versatam.

In plebem vero romanam utrum superbiam prius commemorem [d], an crudelitatem? sine dubio crudelitas gravior est atque atrocior. Oblitos ne igitur hos putatis esse, quemammodum [e] sit iste solitus virgis plebem romanam concidere? quam rem etiam tr. pl. Quintius [f] in concione egit, cum eum, quem iste virgis [g] ceciderat in conspectu [h] .P.R. produxisset [i]: cuius rei recognoscendae [k] faciam vobis suo tempore potestatem. Superbia vero quae [l] fuerit, quis ignorat? quemammodum ste [m] tenuissimum quemque contempserit [n], despexerit, liberum esse numquam duxerit? .P. Trebonius viros bonos et honestos conplures [o] fecit heredes: in iis [q] fecit suum libertum: || is [p] Aulum Trebonium fratrem habuerat proscriptum: ei cum cautum vellet, scripsit ut heredes iurarent, se curaturos ut ex sua cuiusque parte ne minus dimidium ad Trebonium illum [r] proscriptum perveniret. Libertus iurat: ceteri heredes adeunt ad Verrem: docent, non oportere se Cap. 47.

Cod. p. 7.

(a) *Ed.* nisi. (b) *Ed.* nequitiam et iniquitatem. (c) *Ed.* vulgi. (d) *Ed.* memorem. (e) *Ed.* quemadm. *Sic etiam infra.* (f) *Deest* Quintius *in ed. Est autem vir idem, contra quem oravit Cicero caussam pro M. Tullio.* (g) *Ed.* virgis iste. (h) *Ed.* in prospectum. (i) *Ed.* produxit. (k) *Ed.* cogn. (l) *Ed.* qua. (m) *Ed.* iste. *Porro aphaeresim conservo; nam et apud Cic. de rep. legitur* verendum st; *et in orat. pro M. Tullio* stic *pro* istic. (n) *Ed.* contemserit. (o) *Ed.* compl. (p) *Ed.* his. (q) *Cod.* iis. (r) *Ed.* ad A. Trebonium fratrem illum.

adiurare: acturos [a] esse, quod contra legem corneliam esset, quae proscriptum iuvari vetat: impetrant [b] ut ne iurent: dat his possessionem. Id non repraehendo [c]. Etenim erat inicum [d] homini proscripto, egenti, de fraternis bonis quidquam [e] dari: libertus [f], nisi ex testamento patroni iurasset, scelus se facturum arbitrabatur. Itaque ei Verres possessionem hereditatis negat se daturum, ne posset patromum suum proscriptum iuvare: simul ut esset poena, quod alterius patroni testamento optemperasset [g]. Das possessionem ei qui non iuravit: concedo; praetorium est. Adimis tu ei qui iuravit: quo exemplo? proscriptum iuvat. Lex est; poena est. | Quid ad eum, qui ius dicit? Utrum quod patronum iuvabat eum qui in miseriis erat: an [h] quod alterius patroni mortui volumtatem [i] conservabat, a quo [k] summum beneficium acceperat? utrum horum reprehendis [l]? Et hoc tum de sella vir obtimus [m] dixit [n]: equiti ·R· tam locupleti libertinus homo sit [o] heres? O modestum ordinem, quod illinc vivus surrexerit [p]! Possum sescenta [q] decreta proferre, in quibus, ego non dicam, pecuniam, Cod. p. 8.

(a) *Ed.* iurare facturos. (b) *Ed.* imp. (c) *Ed.* repreh. (d) *Ed.* iniquum. *Sed enim accum, relicum etc. leguntur in antiquis mss.* (e) *Cod. videtur habere* quiquam. *Certe ambiguum, utrum ut* quicq. *an* quidq. (f) *Ed.* et ille libertus. (g) *Ed.* obtemp. (h) *Cod.* in. (i) *Ita hoc loco cod.* m *pro* n *Et sic alii veteres mss.*. (k) *Cod.* quo *sine praep* (l) *Ita cod.*; *quamquam alibi* repraeh. (m) *Ed.* opt. (n) *Cod.* dixit. (o) *Ed.* sit homo. (p) *Ed.* surrexit. (q) *Ed.* sexc. (r) *Ed.* ut ego pecuniam non dicam.

intercessisse ipsa decretorum novitas iniquitasque declarat.

Verum (1), ut ex uno de ceteris coniecturam facere possitis, id quod priore actione didicistis[a], audite. C. Sulpicius Olympus fuit: mortuus[b] est .C. Sacerdote .PR., nescio an ante quam Verres praeturam petere coepit[c]. Fecit heredem .M. Octavium Ligurem. Ligur hereditatem adiit; possedit Sacerdote .PR. sine ulla controversia. Postea quam Verres magistratum iniit, ex edicto istius, quod edictum Sacerdos[d] habuerat, || Sulpicii patroni filia sextam partem hereditatis ab Ligure petere coepit. Ligur non aderat. L. frater eius causam agebat: aderant amici, propinqui. Dicebat iste, nisi cum muliere decideretur, in possessionem se ire iussurum. L. Gellius causam Liguris defendebat: docebat edictum eius non oportere in eas hereditates[e] valere, quae ante eum .PR. fuissent[f]: si hoc tum fuisset edictum, fortasse Ligurem hereditatem aditurum non fuisse. Aequa postulatio, summa hominum auctoritas, praetio[g] superabatur. Venit Romam Ligur: non dubitabat, quin si ipse Verrem convenisset, aequitate[i] causae,[h] auctoritate sua commovere hominem pos-

Cap. 48.

Cod. p. 13.

(a) *Ed.* cognostis. (b) *Ed.* is mortuus. (c) *Ed.* coeperit. (d) *In ed. interponitur* non. (e) *Ed.* ad hereditates. (f) *Ed.* venissent. (g) *Ed. recte* pret. (h) *In ed. interponitur* et.

(1) *Sic est initium capitis in codice, non autem a verbis* .C. Sulpicius, *ut in ed.*

set: domum ad eum venit: rem demonstrat: quam pridem sibi hereditas venisset, docet: quod facile homini ingenioso fuit[a], in causa aequissima[b] multa, quae quemvis commovere[c] possent, dixit: ad extremum petere coepit, ne usque eo suam auctoritatem despiceret, gratiamque contemneret, ut se tanta iniuria | adficeret[d]. Homo Ligurem accusare coepit, qui in re adventicia[e] atque hereditaria tam diligens, tam attentus esset: debere eum aiebat suam quoque rationem ducere: multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. Non possum illa planius commemorare, quam ipsum Ligurem pro testimonio dicere audistis. Quid est[f], Verres? utrumne his testibus credetur? an haec ad rem non pertinent? non credemus[g] ·M· Octavio? non Liguri? quis nobis credet? cui nos? quid est, quod planum fieri testibus possit, si hoc non fit? An id, quod dicunt, leve est? nihil levius, quam ·PR· urbanum hoc iuris in suo magistratu constituere, omnibus[h] quibus hereditas venerit, coheredem ·PR· esse oportere. An vero dubitamus, quo ore iste ceteros homines inferiores[i] loco, auctoritate, ordine[k]; quo ore[l] homines rusticanos ex municipiis; quo denique ore, quos numquam libe- Cod. p. 14.

(a) *Ed.* in causa aequissima homini ingenioso fuit. (b) *Cod.* in causam aequissimam. (c) *Ed.* movere. (d) *Ed.* aff. (e) *Ed.* adventitia. (f) *Ed. male* enim *pro* est. (g) Credemus *deest in ed.* (h) *Ed.* omnibus iis. (i) *Ita codex a prima certe manu; quamquam postea* s *videtur expulsa. Ed.* inferiore. (k) *Cod.* ordinem. (l) *Cod.* re, *quia* o *a priore simili absorpta fuit. Et quidem cod. recte mox* ore.

Cod. p. 44. ros putavit, || (1) libertinos homines solitus sit appellare [a], qui ob ius dicendum [b] M. Octavium Ligurem, hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis, poscere pecuniam non dubitavit [c]?

In sartis tectis vero quemammodum se [d] gesserit, quid ego dicam? dixerunt, qui senserunt: sunt alii, qui dicant: notae res, manifeste [e] prolatae sunt et proferentur [f]. Dixit CN. Phaenius [g], eques [h] R., frater germanus Q. Titini [i] iudicis [k] tui, pecuniam se dedisse. R. [l] CN. Phaeni [m] testimonium. Nolite Phaenio [n] credere: noli [o], inquam, tu Q. Titini, CN. Phaenio [p] fratri tuo credere: dicit enim rem incredibilem: C. Verrem insimulat avaritiae, et audaciae; quae vitia videntur in quemvis potius, quam in istum convenire. Dixit Q. Tadius, homo familiarissimus patris istius, non alienus a matris eius genere et nomine: tabulas protulit, quibus pecuniam se dedisse ostendit. R. nomina (2). || Cap. 49.

(a) *Cod.* apell. (b) *Ed.* dicundum. (c) *Ed.* dubitarit. (d) *Ed.* quemadm. sese. (e) *Ed.* ac manifestae. (f) *Cod.* proferrentur. *Ed.* proferuntur. (g) *Ed.* C. Fannius. (h) *Cod.* aequaes. (i) *Ed.* Q. Titinii. (k) *Cod.* iudicius. *sed tertia* i *ibidem expuncta.* (l) *Idest* recita. (m) *Cod.* CN. Faeni, at supra cum *ph.* *Ed.* C Fannii. (n) *Cod. hoc loco* Fenio; *ed.* C. Fannio dicenti. (o) *Cod.* nolite. (p) *Cod.* CN. Phenio *sine diphth.* *Ed.* C. Fannio.

(1) *Pagina* 43. *inversa vacua est.*

(2) *Additur in codice* quae Tadii, *deinde ibidem deletur. Pagina* 177 *vacat omni scriptura; demum p.* 178. *connectitur Ciceronis oratio cum illa*

R. testimonium ·Q· Tadii. Ne Tadi [a] quidem tabulis [b] nec testimonio credemus [c]? Quid igitur in iudiciis sequemur? quid est aliud, omnibus omnia peccata et maleficia concedere, nisi hoc, hominum honestissimorum testimoniis, et virorum bonorum tabulis non credere? Nam quid ego de cotidiano [d] sermone, quaerimoniaque [e] ·P·R· loquar? de istius inpudentissimo [f] furto, seu potius novo ac singulari latrocinio? ausum esse in aede Castoris, celeberrimo clarissimoque monumento, quod templum in oculis cotidianoque aspectu ·P·R· positum est [g] quo saepenumero senatus convocatur, quo maximarum rerum frequentissime [h] cotidie [i] advocationes fiunt, in eo loco, in sermone hominum, audaciae [k] monumentum aeternum relinquere [l]? Cod. p. 178.

Cap. 50. Aedem Castoris, iudices, ·P· Iunius habuit tuendam [m], ·L· Sylla ·Q· Metello cos. Is [n] mortuus est: reliquit pupillum parvum filium: cum ·L·

(a) *Ita cod. quamquam antea* Tadii. (b) *Ed.* ne tabulis quidem Q. Tadii. (c) *Ed.* credetur. (d) *Ed.* quotidiano. (e) *Ed.* quer. *Recte sane; verum* quaer. *constanter in antiquis mss.* (f) *Ed.* imp. (g) *Ed.* quotidianoque adspectu populi romani est positum. (h) *Cod.* fraequentissime; *ed.* frequentissimae. (i) *Ed.* quotid. (k) *Ed.* audaciae suae. (l) *Cod.* reliquere. (m) *Cod.* tuenda. (n) *Cod.* iis.

paginae 44. Cur autem verrinarum amanuensis reliquerit has aliasque paginas vacuas, divinare vix queo. Dicerem ob membranarum asperitatem, nisi hae mihi laeves potius esse viderentur; id quod tamen postea a rescribente fortasse curatum est.

Octavius, ·C· Aurelius cos· aedis [a] sacras locavissent || . . .

* * *

Cod. p. 157. Venit ad Chelidonem [b] ·C· Mustius, eques ·R· publicanus, homo cum primis honestus: venit ·M· Iunius patruus pueri, frugalissimus homo et castissimus: venit homo summo pudore, summo officio [c], spectatissimus ordinis sui, ·P· Titius [d] tutor. O multis acerbam, miseram [e] atque indignam praeturam tuam! Ut omittam [f] cetera, quo tandem pudore tales viros, quo dolore meretricis domum venisse arbitramini, qui nulla condicione [g] istam turpitudinem subissent, nisi officii, necessitudinisque ratio coegisset? Veniunt, ut dico, ad Chelidonem: domus erat plena: nova iura, nova decreta, nova iudicia petebantur. Mihi det possessionem, mihi ne adimat: in me iudicium ne det: mihi bona addicat. Alii nummos numerabant, ab aliis tabellae obsignabantur [h]: domus erat non meretricio conventu, sed praetoria turba referta. Simul ac potestas primum data est, adeunt hi, quos dixi: loquitur ·C· Cap. 52
Cod. p. 158. Mustius: rem demonstrat: pe|tit auxilium: pecuniam pollicetur. Respondit illa, ut meretrix, non inhumaniter [i]: libenter ait se esse factu-

(a) *Ed.* aedes. (b) *Cod.* hoc loco Chelidoneim. (c) *Cod.* ofiicio. (d) *Ed.* Potitius. (e) *Ed.* o miseram. (f) *Ed.* mittam (g) *Ed.* conditione. (h) *Ed.* alii tabulas obsignabant. (i) *Ed.* inhumane.

ram (1), et se cum isto diligenter sermocinaturam: reverti iubet. Tum discedunt; postridie revertuntur. Negat illa posse hominem exorari: permagnam eum dicere ex illa re pecuniam confici posse.

Cap. 53. Vereor, ne quis forte de populo, qui priore [a] actione non adfuit, haec, quia propter insignem turpitudinem sunt incredibilia, fingi a me arbitretur. Ea vos antea, iudices, cognovistis. Dixit iuratus ·P· Titius [b], tutor pupilli Iuni [c]: dixit ·M· Iunius tutor et patruus: Mustius dixisset, si viveret; sed recenti re de Mustio auditum est [d]. Dixit ·L· Domitius; qui cum sciret, me et ex Mustio vivo audisse, quod eo sum usus plurimum; etenim [e] iudicium, quod prope omnium fortunarum suarum ·C· Mustius habuit, me uno defendente (2), vicit; cum

(a) *Ed.* priori. (b) *Ed.* Potitius. (c) *Ed.* Iunii. (d) *Desideratur* est *in ed.* (e) *Ed.* etenim id.

(1) *Hoc loco scribitur in margine litteris priscis et interdum obfuscatis scholium ineditum hoc.* Consuetudine meretricia cito concessit ut (*cod.* congessit ad) praetium habuit; despe[ctura] viros, nisi nummos [darent]. Delicati fastidiunt: et petulans mulier sine auro nihil loqueretur.

(2) *Notemus deperditam Ciceronis orationem. De ea sic Asconius, vel quilibet scholiastes adnotat in libris editis.* Causam Mustius pecuniariam habuit, Tullio defendente, cuius oratio non est edita. *En cur nullum eius fragmentum superfuerit, ne apud grammaticos quidem.*

hoc, ut dico, sciret ·L· Domitius me scire, ad eum res omnes Mustium solitum esse defer||*re* . . .

* * *

Cod. p. 201. . . . bonis praedibus praediisque vendundis [a], omnium consulum, censorum, praetorum, quaestorum denique, ut optuma condicione [b] sit is, cuia res [c], cuium periculum? Excludit eum [d], cui prope dicam soli potestatem factam [e] oportebat. Quid enim quisquam ad meam pecuniam, me invito, adspirat? quisquam [f] accedit? Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur: ego me refecturum [g] dico: probatio futura est tua, qui locas: praedibus et praediis pupillo [h] cautum est: et, si non putas cautum, scilicet tu, ·PR·, in mea bona, quos voles, inmittes [i]? me ad meas fortunas defendendas accedere non sines? Cap. 54.

Cap. 55. Operae praetium [k] est ipsam legem cognoscere: dicetis, eundem [l] conscripsisse, qui illud edictum de hereditate: LEX OPERI [m] FACIUNDO. Quae? PUPILLI IUNII [n]. Dic, dic, quaeso, clarius. C· VERRES ·PR· URBANUS [o] ADDIDIT. Corriguntur leges censoriae. Quid enim? multis [p] veteribus legibus. CN·

(a) *Ed.* vendendis. *Est haec quidem pagina* 201. *valde oblitterata; ita tamen eam legi, ut varias lectiones exhibere possim.* (b) *Ed.* optima conditione. (c) *Ed.* res sit. (d) *Ed.* eum solum. (e) *Ed.* factam esse. (f) *Ed.* quid. (g) *Ed.* refecturum esse. (h) *Ed. perperam* populo. (i) *Ed.* imm. (k) *Ed.* pret. (l) *Ed.* eumdem. (m) *Ed. perperam* ex opere. (n) *Cod. videtur habere* quae N· pup. Iunium. *Sed obscuratissimus hic locus est.* (o) *Cod.* urbis. (p) *Ed.* quid enim? video in multis.

Domitius ·L· Metellus [a] ·L· Cassius ·CN· Servilius censores addi||derunt : vult aliquid eiusmodi ·C· Verres : dic, quid addidit? ·R· [b] Quid de ·L· Marcio ·M· Perperna censoribus? SOCIUM NE ADMITTO NEVE PARTEM DATO NEVE REDIMITO [c]. Quid ita? ne vitiosum opus fieret? Ad [d] erat probatio tua. Ne parum locuples esset? Ad erat, et esset amplius, si velles, pupillo [e] cautum praedibus et praediis. Hic te si res ipsa, si indignitas iniuriae tuae non commovebat : si pupilli calamitas, si [f] propinquorum lacrimae [g]; si [h] D· Bruti, cuius praedia suberant [i], periculum; si [k] ·M· Marcelli tutoris auctoritas aput [l] te ponderis nihil habebat; ne illut [m] quidem animadvertebas, eiusmodi fore hoc peccatum tuum, quod tu neque negare posses (in tabulas enim legem [n] rettulisti [o]), neque [p] cum defensione aliqua confiteri? Addicitur opus ƆLX : cum tutores HS· ƆƆƆ CCƆƆ ƆƆƆ CCƆƆ [q] id opus ad illius inquissimi hominis [r] arbitrium se effecturos esse clamarent. || Cod. p. 202.

(a) *In cod. interseritur* addiderunt, *quod infra repetitur.* (b) *Deest haec littera in ed.* (c) *Ed.* qui de L· Marcio, M· Perperna censoribus redemerit, cum socium ne admittito, neve ei partem dato, neve ei redimito. (d) *Ita cod. hic et mox. Ed.* at. (e) *Ed et cod.* populo. *Sed* pupillo *scribendum esse admonet nos codex et retro et inferius.* (f) *Deest* si *in ed.* (g) *Ed.* lacrymae. (h) *Deest* si *in ed.* (i) *Ed.* subierunt. (k) *Denuo deest* si *in ed.* (l) *Ed.* apud (m) *Ed.* illud. (n) *Deest in ed.* legem; *absurde. Neque enim peccatum suum sed legem in tabulas retulisse Verres credendus est.* (o) *Ed.* retulisti. (p) *Ed* nec. (q) *Ed.* addicitur id opus H-S. ƆLX. millibus : cum tutores H-S. LXXX. millibus. (r) *Ed* hominis iniquissimi.

Cod. p. 191. Etenim quid erat operis? id, quod vos vidistis: omnes illae columnae, quas dealbatas videtis, machina adposita, nulla in[pensa [a] deiectae, eisdem lapidibus repositae sunt :] hoc tu HS. ClↃLXIIII. CCIↃↃ [b] locavisti. Atqui [c] in illis columnis dico esse, quae ex tuo [d] redemtore commotae non sint : dico esse, ex qua tantum tectorium vetus delitum sit, et novum inductum. Quod si tanta pecunia columnas dealbari putassem, certe numquam aedilitatem petivissem.

Ad [e], ut videatur tamen res agi, et non eripi pupillo: SI QUID OPERIS CAUSA RESCIDERIS REFICITO. Cap. 56.
Quid erat, quod rescinderet, [cum [f] suo quemque loco lapidem] reponeret? QUI REDEMERIT, SATISDET DAMNI INFECTI EI QUI A [g] VETERE REDEMTORE ACCEPIT [h]. Deridet, cum sibi ipsum iubet satisdare Rabonium [i]. PECUNIA [k] PRAESENS SOLVETUR [l]. Quibus de bonis? eius, qui, quod tu HS. ClↃLXIIII. CCIↃↃ [m] locasti [n], se [o] HS. CCCCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ [p] effecturum esse clamavit. Quibus de bonis? pupilli: cuius aetatem et solitudinem [q], etiamsi
Cod. p. 192. tu|tores non essent, defendere .PR. debuit. Tutori-

(a) *Ed.* imp. *Tum verba uncis inclusa, in cod. sunt oblitterata.* (b) *Pars inclusa, paulo obscuratior est in cod.; sed sic esse legendum, colligo e subsequentibus. At ed.* HS. IↃLX. millibus. (c) *Cod.* atq. (d) *Cod.* tuorum. (e) *Ita cod., ed.* at. *Incipit autem codex a capite rectius quam fit in ed. a verbis* quid erat. (f) *Iterum verba oblitterata.* (g) *Cod.* qua *pro* qui a. (h) *Ed.* acceperit. (i) *Cod. hoc loco* Habonium *evidenter.* (k) *Cod.* paecunia. (l) *Ed.* solvatur. (m) *Ed.* H-S. IↃLX. millibus. (n) *Cod.* locati. (o) Se, *transfertur in ed.* (p) *Ed.* HS. LXXX. millibus. (q) *Cod.* aetate et solitudine.

bus defendentibus, non modo patrias eius fortunas, sed etiam bona tutorum ademisti. HOC OPUS BONUM SUO QUIQUE [a] FACITO. Quid est SUO QUIQUE [b]? Lapis aliquis caedendus et apportandus fuit machina sua: nam illo non saxum, non materies ulla [c] advecta est: tantum operis in ista locatione fuit, quantum paucae operae fabrorum mercedis tulerunt, et manispraetium [d] machinae. Utrum existimatis minus operis esse, unam columnam efficere ab integro novam nullo lapide redivivo, an quattuor [e] illas reponere? Nemo dubitat, quin multo maius sit novam facere. Ostendam, in aedibus privatis, longa difficilique vectura, columnas singulas ad impluvium HS· cclↄↄ cclↄↄ [f] non minus magnas, locatas. Sed ineptum est de tam perspicua eius [g] inpudentia [h] pluribus verbis disputare, praesertim cum iste aperte tota lege omnium sermonem atque existimationem con||*temserit* . . . .

. . . * * * *

Cap. 57. . . . tabulae praedam illam istius fuisse clamant. R. nomina Raboni. [i] Cod. p. 171.

Cap. 58. Hic etiam priore actione ·Q· Hortensius pupillum Iunium praetextatum venisse in vestrum conspectum, et stetisse [k] cum patruo testimonium

(a) *Ed.* cuique. (b) *Cod. hic* cuique, *ut ed. Mihi magis placebat* quique, *ut est retro. Tum in ed. dessunt haec verba* quid est suo quique *vel* cuique. (c) *Deest* ulla *in ed.* (d) *Ed.* manus pretium. (e) *Ed.* quatuor. (f) *Ed.* H-S. quadragenis millibus. (g) *Ed.* istius. (h) *Ed.* imp. (i) *Ed.* Raboni. (k) *Ed. pessima metathesi* et testes secum.

dicente, questus [a] est, et me populariter agere, atque invidiam commovere, quod puerum producerem [b], clamavit. Quid erat, Hortensi, tandem in illo puero populare? quid invidiosum? Gracchi, credo, aut Saturnini, aut alicuius hominis huiusmodi [c] produxeram filium, ut nomine ipso et memoria patris animos imperitae multitudinis concitarem [d]. P. Iuni [e] erat, hominis de plebe R., filius: quem pater moriens cum [f] tutoribus et propinquis, tum legibus, tum aequitati magistratuum, tum iudiciis [g] veris [h] commendatum fuisse [i] putavit. Hic istius scelerato nefarioque latrocinio [k] bonis [l] patriis, fortunisque omnibus spoliatus venit in iudicium: si nihil aliud, saltem ut eum, cuius opera ipse multos annos esset [m] in sordibus, | paulo [n] tamen obsoletius vesti-
Cod. p. 172. tum videret. Itaque tibi, Hortensi, non illius aetas set [o] causa, non vestitus set fortuna, popularis videbatur: neque te tam [p] movebat, quod ille cum toga praetexta, quam quod sine bulla venerat: vestitus enim neminem commovet [q] is, quem illi mos, et ius ingenuitatis dabat: quod ornamentum pueritiae pater dederat, indicium atque insigne fortunae, hoc ab isto praedone ereptum esse,

(a) *Cod.* quaestus. (b) *Cod.* producere. (c) *Ed* eiusmodi. (d) *Ed.* commoverem. (e) *Ed.* P. Iunii. (f) *Ed.* tum. (g) *Cod.* iudicis. (h) *Ed.* vestris. (i) *Ed.* commendandum putavit. (k) *Ed.* scelerata locatione nefarioque latrocinio. (l) *Cod.* boniis. (m) *Ed.* est. (n) *Ed.* paullo. (o) *Ed* sed. *Sic et infra.* (p) *Cod.* tamen *pro* te tam. (q) *Ed.* commovebat.

graviter tum [a] et acerbe homines ferebant. Neque erant illae lacrimae [b] populares magis, quam nostrae, quam tuae, ·Q· Hortensi, quam horum qui sententiam laturi sunt: ideo quod communis est causa, commune periculum; communi praesidio talis inprobitas [c], tamquam aliquod incendium restinguendum sit [d]. Habemus enim liberos parvos: incertum est, quam longa cuiusque nostrum [e] vita futura sit: consulere vivi ac prospicere debemus, ut illorum || . . .

* * *

Cap. 61. . . . ·*Q*· *Cur*tium, iudicem quaestionis suae [f]: Cod. p. 183.
cui ego nisi vi populi atque [g] hominum clamore atque convicio restitissem, ex hac decuria vestra [h], cuius mihi copiam quam largissimam [i] factam oportebat, quos iste adnuerat [k], in suum consilium sine causa subsortiebatur. (1)

IN ·C· VERREM

EXPLICIT FELICITER.

(*a*) *Tum* deest in ed. (*b*) *Ed.* hae lacrymae. (*c*) *Ed.* impr. (*d*) *Ed.* restinguenda est. (*e*) *Ed.* nostrum cuiusque. (*f*) *Deest* suae in ed. (*g*) *Ed.* et. (*h*) *Ed.* nostra. (*i*) *Ed.* largissime. (*k*) *Ed.* annuerat.

(1) *Adnotant editores* multa desunt. *Atqui antiquissimus codex noster nihil deesse demonstrat, quoniam in eadem pagina subscribitur* in· C· Verrem explicit feliciter. *Fictitiam aeque lacunam in oratione pro Flacco iam ego demonstravi in hoc volumine p.* 1. *et p.* 20.

IN ·C· VERREM

LIBER II.

Cod. p. 193. Multa mihi necessario, iudices, praetermittenda sunt, ut possim aliquo modo aliquando de his [a] rebus, quae meae fidei commissae sunt, dicere: recepi enim causam Siciliae: ea me ad hoc negotium provincia adtraxit [b]. Ego tamen hoc onere suscepto, et recepta causa siciliensi, amplexus animo sum aliquanto amplius: suscepi enim causam totius ordinis, suscepi enim [c] causam reip. [d]; quod putabam tum denique recte iudicari posse, si non modo reus improbus [e] adduceretur, sed etiam diligens et firmus accusator ad iudicium veniret. Quo mihi maturius ad Siciliae causam veniendum est, relictis ceteris eius furtis, atque [f] flagitiis, ut et viribus quam integerrimis agere, et ad dicendum temporis satis habere possim. Adque [g] ante quam de incommodis Siciliae dico, pauca mihi videntur esse de provinciae dignitate, vetustate, utilitate, dicenda. Nam cum omnium sociorum, pro||*vinciarumque* [h] . . . Cap. 1.

(a) *Ed.* iis. (b) *Ed.* attraxit. (c) *Sic repetitur enim in cod.* (d) *Ed.* suscepi causam populi romani. (e) *Ita cod.* imp. *consentiens cum ed.; quum alibi plerumque sit* inp. (f) *Cod.* ac. (g) *Ed.* atque. (h) *Pagina* 194. *ita est oblitterata, ut variae lectiones vix inde aliquae excerpi possunt. Vide tamen in cod.* benivolentia *pro* benevolentia. *Pagina vero* 199. *magis adhuc oblitterata est. Quare ad p.* 200. *properanter transeo; neque enim, propter temporis mei angustias, in his molestissimis desperatisque prope lectionibus diutius haerere possum.*

* * *

Cap. 8. . . . omnium Siculorum primi ac nobilissimi? Quid ipsius ·Q· Caecilii Dionis, hominis probatissimi ac prudentissimi [a]? Quid ·L· Caecili [b] ·L· C· [c] Liguris ·T· Manlii, ·L· Caleni [d]? quorum omnium testimoniis de hac Dionis pecunia confirmatum est. Dixit hoc idem ·M· Lucullus, se de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, iam ante cognosse. Quid? ·L· [e] Lucullus, qui tum in Macedonia fuit, melius haec cognovit, quam tu, Hortensi, qui Romae fuisti? ad [f] quem Dio confugit? qui de Dionis iniuriis gravissime per litteras cum Verre questus [g] es? nova tibi haec sunt, inopinata [h]? nunc primum aures tuae hoc crimen accipiunt [i]? nihil ex Dione, nihil ex socru tua femina primaria Servilia, vetere Dionis hospita, audisti? nonne multa mei testes, quae tu scis, nesciunt? nonne te mihi testem in hoc crimine eripuit non istius innocentia [k] sed legis exceptio? R. [l] testimonia Luculli [m], Choridonis [n]. Cod. p. 200.

Cap. 9. Satis ne vobis magnam pecuniam venerius ho||*mo* . . .

* * *

(a) *Ed.* pudentissimi. (b) *Ed.* Caecilii. (c) *Sic in cod. quae videtur repetitio* L. Caecilii. (d) *Ed.* Kaleni. (e) *Deest hoc praenomen in edit., quod tamen necessarium est, ut a superiore Lucullo distinguatur.* (f) *Cod.* at; *idemque alibi* ad *pro* at. (g) *Cod.* quaestus. (h) *Ed.* et inopinata. (i) *Cod.* acciunt. (k) *Cod.* innocentiam. (l) *Deest haec littera in ed.* (m) *Ed.* ·M· Luculli. (n) *Ed.* Chlori. Dionis. *Hoc insuper observo lit-*

Cod. p. 97. . . . *romano* [a] datur: ceterarum [b] selecti iudices ex civium ·R· conventu proponi solent. Inter aratores et decumanos lege frumentaria, quam hieronicam appellant, iudicia fiunt. Haec omnia isto ·PR· non modo perturbata, sed plane et Siculis et civibus ·R· erepta sunt: primum suae leges; quod civis cum civi [c] ageret, aut eum iudicem, quem commodum erat, praeconem, haruspicem, medicum [d] suum dabat: aut [e] si legibus erat iudicium constitutum, et ad suum civem iudicem venerant, libere civi iudicare non licebat. Edictum enim hominis cognoscite, quo [f] edicto omnia iudicia redegerat in suam potestatem: SIQUI PERPERAM IUDICASSET, SE COGNITURUM; CUM COGNOVISSET [g], ANIMADVERSURUM. Idque [cum faciebat], nemo [dubitat] quin, cum iudex alium de suo iudicio putaret [h] iudicaturum [i], seque in eo capitis periculum aditurum, voluntatem spectet eius quem statim de capite suo putaret [k] iudicaturum. Selecti Cap. 13.

---

teram M τοῦ testimonia *et litteram* II τοῦ Choridonis *diversae sequiorisque esse formae, quam solet in hoc codice fieri; idque alibi semel aut iterum in eodem hoc codice animadvertere memini. Idem nempe amanuensis varias litterarum formas callebat, et prout occasio pretiumve ferebat, operosiores vel expeditiores scriptiones usurpabat, aliquando tamen mendose eas confundebat.* (a) *Ed.* romanus. (b) *Ed.* ceterarum rerum. (c) *Ita ed. In cod. autem non satis discerno utrum sit civi an cive; sed civi potius videtur, ut legebat Priscianus. Sane luci pro luce et orbi pro orbe dixit alibi Cicero. Legesis p.* 386. (d) *Cod.* medicuum. (e) *Cod.* 1. *manu* at., 2. aut. (*f*) *Cod.* quod. (*g*) *Ed.* cognosset. (*h*) *Ed.* putet. (*i*) *Cod. videbatur habere* alius-iudicaturus. (*k*) *Ed.* putet.

e conventu, aut propositi ex [a] negotiatoribus iudices nulli: haec copia || [b] . . .

* * *

Cap. 17. . . . *moleste ferre coe*perunt Heraclium profugisse: putabant absentis damnationem, praesertim tantae pecuniae, multo invidiosiorem [c] fore, quam si praesens damnatus esset. Eo accedere [d], quod iudices ex [e] lege rupilia dati non erant, multo etiam rem [f] turpiorem et iniquiorem visum [g] iri intellegebant [h]. Itaque hoc dum corrigere volt [i], apertior eius cupiditas inprobitasque [k] facta est. Nam illis quinque iudicibus uti se [l] negat: iubet, id quod initio lege [m] rupilia fieri oportuerat, citari Heraclium, et eos qui dicam scripserant: ait, se iudices lege [n] velle sortiri. Quod ab eo pridie, cum multis lacrimis [o] cum [p] oraret atque obsecraret Heraclius, inpetrare [q] non potuerat; id ei postridie venit in mentem, ex lege [r] rupilia sortiri dicas oportere. Educit ex urna [s]: iis, ut absentem Heraclium condemnent, imperat: itaque condemnant. Quae, malum, ista fuit amentia? et quando [t] te rationem factorum tuorum reddi- Cod. p. 112.

(a) *Cod.* aut ex . . . positi . . negot. (b) *Pagina* 98. *non legitur. Item pagina* 111 *oblitterata est.* (c) *Cod.* invidiosorem. (d) *Cod.* accedebat. (e) *Ed.* e. (f) *Cod.* re. (g) *Cod.* iniquiore visu (h) *Ed.* intellig. (i) *Ed.* vult. (k) *Ed.* impr. (l) *Ed.* sese. (m) *Ed.* a lege. (n) *Ed.* e lege. (o) *Ed.* lacrymis. (p) *Ed.* cum. (q) *Ed.* imp. (r) *Ed.* e lege. (s) *Ed.* ex urna tres. (t) *Ed.* ecquando. *Sic et infra.*

turum putasti? et quando de his rebus tales viros audituros existimasti? Petatur here||*ditas* . . .

* * *

Cod. p. 104. . . . [a] *demon*stravi de Heraclio syracusano, qui bona non perdidisset, nisi ei venisset hereditas. Cap. 22.
Huic quoque Epicrati venerat, ut dixi, hereditas. Cogitare coeperunt eius inimici, nihilominus eodem ·PR· hunc everti bonis posse, quo [b] Heraclius esset versus [c]: rem occulte instituunt: ad Verrem per eius interpretes [d] deferunt: ita causa componitur, ut item palaestritae [e] bidini [f] peterent [g] ab Epicrate hereditatem, quemammodum [h] palaestritae syracusani ab Heraclio petissent. Numquam vos ·PR· tam palaestricum vidistis: verum ita palaestritas defendebat, ut ab illis ipse unctior abiret [i]: qui statim, quod statim [k] praesensisset, iubet cuidam amicorum suorum [l] numerari HS. LXXX. Res occultari satis non potuit [m]. Per quendam [n] eorum, qui interfuerant [o], fit Epicrates certior. Primo contemnere et neglegere [p] coepit, quod in causa prorsus, quod disputari [q] posset, nihil habebat. Deinde cum de Heraclio cogitaret, istius [r]

(a) *Pagina* 103. *non legitur.* (b) *Cod.* quam. (c) *Ed.* eversus. (d) *Cod.* interpraetes. *ut passim in antiquis codd. hoc nomen verbumque scribitur.* (e) *Cod.* palestr. *heic et mox constanter.* (f) *Ed.* bidenses. (g) *Cod.* bini perent. (h) *Ed.* quemadm. (i) *Ed.* discederet. (k) *Ed.* qui statim cum praesensisset. (l) *Ed.* suorum amicorum. (m) *Ed.* *perperam* non posse. (n) *Ed.* quemdam. (o) *Ed.* interfuerat. (p) *Ed.* negligere et contemnere. (q) *Ed.* quod causa prorsus quod dubitari. (r) *Ed.* et istius.

libidinem nosset, commo||dissimum putavit esse de provincia clam abire: itaque fecit: profectus est Regium [a]. Cod. p. 179.

Cap. 23. Quod ubi auditum est, aestuare illi qui pecuniam dederant [b]: putare nihil agi posse, apsente [c] Epicrate: nam Heraclius iam [d] adfuerat, cum primo sunt dati [e] iudices: de hoc, qui ante quam aditum postulatum in ius [f] esset, ante quam mentio denique [g] controversiae facta esset ulla [h], discessisset, putabant nihil agi posse: homines Regium [i] proficiscuntur, Epicratem conveniunt: demonstrant id, quod ille sciebat, se HS· [k] LXXX· dedisse: rogant eum, ut sibi [l] id quod ab ipsis abisset pecuniae, curet: ab sese caveat quemammodum [m] velit: de illa hereditate cum Epicrate neminem esse acturum. Epicrates homines multis verbis male acceptos ab se dimittit [n]: redeunt illi Regio [o] Syracusas: queri [p] cum multis, ut fit [q], incipiunt; se HS· LXXX· frustra dedisse: res percrebuit: et in [r] [ore atque sermone omnium coepit esse. Verres] refert [illa sua syracusana [s]]

(a) *Ed.* Rhegium. *Verumtamen sine adsp. scribitur etiam ab interprete ambr. orationis pro Archia p.* 240, *et a Iulio Parde.* (b) *Ed.* dederant pecuniam. (c) *Ed.* absente. (d) *Ed.* tum. (e) *Ed.* primum dati sunt. (f) *Ed.* *tantum* in ius aditum. (g) *Ed.* denique mentio. (h) *Deest* ulla *in ed.* (i) *Ed* Rhegium. (k) *Cod.* *hoc loco* SS. *pro* HS. (l) *Deest* sibi *in ed.* (m) *Ed.* quemadm. (n) *Ed.* a se male acceptus dimisit. (o) *Ed.* Rheg. (p) *Cod.* quaeri. (q) *Ed* ita ut fit. (r) Et *deest in ed. Sequuntur verba carie exesa, quae uncis claudo. Id autem doleo, quia locus sollicitatus a criticis est.* (s) *Ita potius videtur in cod. quam cum terminatione* m., *ut in ed.*

ait [a] se velle de | [b] . . .

* * *

Cod. p. 168. . . . *verum illud* maximum, quod illis ipsis Bidinis, quibus iratus esse debuit, a [c] quibus conperit [d], quod iure agere cum Epicrate nihil possent, etiamsi adesset, idcirco suum decretum pecunia [e] esse temptatum [f]: his, inquam, ipsis non modo illam hereditatem, quae Epicrati venerat; sed, ut in Heraclio syracusano, item in hoc, paulo [g] etiam atrocius, quod Epicrates appellatus omnino non erat, bona patria fortunasque eius Bidinis tradidit: ostendit enim novo modo, si quis quid de [h] absente [i] peteret, auditurum [k]. Adeunt Bidini, qui [l] petunt hereditatem, procuratores postulant, ut se ad leges [m] suas reiciat [n], aut ex lege rupilia dicam scribi iuberet [o]. Adversari [p] non audebant contradicere: nullus repperiebatur exitus [q]: insimulant hominem fraudandi causa discessisse: postulant ut bona possidere iubeat [r]. Debebat Epicrates nummum nemini [s]. Amici, si quis Cap. 24.

(a) *Ante* ait *videbar mihi legere in cod.* at; *mox pro* at *legebam* m. *Itaque nunc video retinendum fuisse* illam suam syracusanam. (b) *Pagina* 180. *non legitur. Neque rursus pag* 167. (c) *Ed.* ut a. (d) *Ed.* comp. (e) *Cod.* pecuni. (f) *Ed.* tentatum. (g) *Ed.* paullo. (h) *Ed.* ab. (i) *Cod.* apsentem *vel* absentem. (k) *Ed.* se auditurum. (l) *Deest.* qui *in ed.* (m) *Cod fortasse* legis. *Sed quia infra idem habet* leges, *idcirco dubiam lectionem non adscivi, praesertim quia non habet genitivum in* ium. (n) *Ed.* reiiciat. (o) *Ed.* iubeat. (p) *Ita cod. cum crasi. Ed.* adversarii. (q) *Ed.* exitus nullus reperiebatur. (r) *Ed.* liceat. (s) *Ed.* nullum nummum nemini, *qui est soloecismus.*

quid peteret, iudicio se [a] passuros, indicatum solvi satisdaturos esse, di||cebant. Cod. p. 161.

Cap. 25. Cum omnia consilia frigerent, admonitu istius insimulare coeperunt, Epicraten [b] litteras publicas corrupisse: a qua suspicione ille aberat plurimum: actionem eius rei postulant: amici recusare, ne quod iudicium [c], ne qua ipsius cognitio, illo absente [d], de existimatione eius constitueretur: et simul illut item [e] postulare non desistebant, ut se ad leges suas reiceret [f]. Iste amplam occasionem calumniae [g] nactus, ubi videt esse aliquid, quod amici absente Epicrate nollent defendere, adseverat [h] se eius rei in primis actionem daturum [i]. Cum omnes perspicerent, ad istum non modo illos nummos, qui per simulationem [k] ab isto exierant, revertisse, sed multo etiam plures eum postea nummos abstulisse, amici Epicraten defendere destiterunt: iste Epicratis bona Bidinos omnia possidere, et sibi habere iussit. Ad illa HS. ·ↀL· [l] hereditaria accessit ipsius antiqua ∞ ↀ [m] pecunia. Utrum res ab initio ita ducta est? an ad extremum ita perducta? an ita parva |

(a) *Ed.* iudicio secum agi passuros. (b) *Ed.* Epicratem. *Sic et infra.* (c) *Ed.* novum iudicium. (d) *Ita cod. Sed idem saepe alibi* aps. (e) *Ed.* idem illud. (f) *Ed.* reiiceret. (g) *Verba* occasionem calumniae *desunt in codice, quia librarius imprudens praetermisit versiculum antiquioris codicis, unde exscribebat.* (h) *Ed.* assev. (i) *Ed.* esse daturum. (k) *Cod.* per simulatione. (l) *De medio signo dubitabam utrum esset* Ↄ *an* X, *an alia nota. Ed.* H-S. ↀ millia. (m) *Haec nota* ↀ *non obscurata est in cod. Ed.* H-S. quindecies.

Cod. p. 162. est pecunia? an is[a] homo Verres, ut haec, quae dixi, gratis facta esse videantur? Hic nunc de miseria Siculorum, iudices, audite. Et Heraclius ille syracusanus, et hic bidinus Epicrates, expulsi bonis omnibus, Romam venerunt: sordidati, maxima barba et capillo Romae biennio[b] prope fuerunt, quoad[c] ·L· Metellus in provinciam profectus est. Tum isti bene commendati cum Metello una proficiscuntur. Metellus simul ac venit Syracusas, utrumque rescindit[d], et de Epicrate, et de Heraclio. In utriusque bonis nihil erat, quod restitui posset, nisi quod moveri loco non poterat.

Fecerat haec egregie primo adventu Metellus, Cap. 26. ut omnes istius iniurias, quas modo posset, rescinderet et irritas[e] faceret. Heraclium restitui iusserat: non restituebatur[f]: quisquis[g] erat eductus senator syracusanus ab Heraclio, duci iubebat: itaque permulti ducti sunt. Epicrates quidem continuo est restitutus[h]. Alia iudicia Lilybaei[i], alia Agri||-Cod. p. 181. genti[k] restituta sunt. Census, qui isto ·PR· sunt habiti, non servaturum se Metellus ostenderat. Decumas, quas iste contra legem hieronicam vendiderat, sese venditurum hieronica lege dixerat.

(a) *Cod* his. (b) *Ed.* biennium. (c) *Cod.* quod ad. *Ed* cum, *facta antea pausa maiore.* (d) *Ed.* rescidit. (e) *Ed.* irritas. (f) *Cod.* restituebantur. (g) *Cod.* quis *tantum, quia amanuensis non geminavit syllabam.* (h) *Ed.* restitutus est. (i) *Cod.* 1. *manu* Lilybeia, 2 *m.* Lylibaei. (k) *In ed. post* Agrigenti *additur* alia Panormi.

Omnia erant Metelli eiusmodi, ut non tam [a] suam praeturam gerere quam istius praeturam retexere videretur. Simul atque ego in Siciliam veni, mutatus est: venerat ad eum illo biduo Laetilius [b] quidam, homo non alienus a litteris: itaque eo iste tabellario semper usus est. Is epistulas [c] complures [d] attulerat: in his unam domo, quae totum mutarat [e] hominem: repente coepit dicere, se omnia Verris causa velle: sibi cum eo amicitiam cognationemque esse. Mirabantur omnes, hoc ei tum denique in mentem venisse, postea quam multis eum factis decretisque iugulasset. Erant qui putarent Laetilium [f] legatum a Verre venisse, qui gratiam, amicitiam, cognationemque commemoraret. Ex illo tempore a civitatibus laudationes petere, | testes non solum deterrere verbis, Cod. p. 162. sed etiam vi retinere coepit. Quod nisi ego [g] meo adventu illius conatus aliquantum [h] repressissem, et aput [i] Siculos non Metelli, sed Glabrionis litteris ac lege pugnassem, tam multos testes huc evocare non potuissem.

Cap. 27. Verum (1), quod institui dicere, miserias cognoscite sociorum [k]. Heraclius ille, et E-

(*a*) *Ed.* totam *pro* tam. *Tum in ed. desunt verba* non tam suam praeturam gerere quam: *quae tamen verba in mss. aliquot occurrere et admodum esse probabilia dixerat Garatonius; cuius nunc iudicium confirmat codex vat.* (*b*) *Ed.* Letilius. (*c*) *Ed.* epistolas. (*d*) *Ed.* compl. (*e*) *Ed.* immutarat. (*f*) *Ed.* Let. (*g*) *Ed.* ego nisi. (*h*) *Ed.* aliquantulum. (*i*) *Ed.* apud. (*k*) *Ed.* Siculorum.

(1) *Sic rectius fit capitis initium in codice, quam in editione a vocabulo* Heraclius.

picrates longe mihi obviam cum suis omnibus processerunt: venienti Syracusas egerunt gratias flentes: Romam mecum decedere cupiverunt [a]: quod erant oppida mihi conplura etiam reliqua, quae adire vellem, constitui cum hominibus, quo die [b] mihi Messanae praesto adessent [c]. Eo mihi nuntium miserunt, se a praetore retineri: quibus ego testimonium denuntiavi [d], quorum edidi nomina Metello: cupidissimi veniendi, maximis iniuriis adfecti [e], adhuc [f] non venerunt. Hoc iure sunt socii, ut his [g] ne deplorare quidem de
Cod. p. 105. suis incommodis liceat. Iam Heraclii centuripi||ni optimi nobilissimique adulescentis [h] testimonium [i] audistis: a quo HS. ccclↃↃↃ [k] per calumniam malitiamque petita sunt. Iste ad praesens [l] poenis compromissis [m] interpositis, HS. ccclↃↃↃ [n] extorquenda curavit: quodque iudicium secundum Heraclium compromisso [o] factum erat, cum [p] civis centuripinus inter duos [q] cives iudicasset, id inritum [r] iussit, eumque iudicio [s] falsum iudicasse iudicavit: in senatu ne esse [t], locis commodisque publicis uti vetuit: si quis eum pulsasset, edixit, sese iudicium iniuriarum non daturum:

(a) *Ed.* cupierunt. (b) *Cod.* quod idem. (c) *Ed.* essent. (d) *Ed.* denunciavi. (e) *Ed.* aff. (f) *Cod.* ad hunc. (g) *Ed.* iis. (h) *Ed.* adol. (i) *Ed.* testim. (k) *Ed.* HS. C. millia. (l) *Verba ad praesens desunt in ed.* (m) *Ed.* compromissisque. (n) *Ed.* H.S. CCC. (o) *Ed.* de compromissis. (p) *Ed.* quod. (q) *Ed.* duo. (r) *Ed.* irritum. (s) *Ed.* iudicem. (t) *Ed.* esset.

quidquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum, ipsi autem nullius actionem rei se[a] daturum. Quae istius auctoritas tantum valuit, ut neque illum pulsaret quisquam, cum praetor[b] in provincia sua verbo permitteret, re hortaretur: neque quisquam ab eo quidquam peteret, cum iste calumniae licentiam sua auctoritate[c] ostendisset[d]: ignominia autem illa gravis tamdiu in illo homine fuit, quamdiu iste in provin|cia mansit. Hoc iniecto metu iudicibus, novo more[e], nullo exemplo, et quam[f] rem putatis esse in Sicilia, nisi ad nutum istius iudicatam? Utrum id solum videtur esse actum, ut haec Heraclio pecunia eriperetur? an etiam illum[g], in quo praeda erat maxima, ut nomine iudiciorum, omnium bona atque fortunae in istius unius essent potestate? Cod. p. 116.

Cap. 28. Iam vero in rerum capitalium quaestionibus quid ego unamquamque rem colligam et causam? ex multis similibus ea sumam, quae[h] maxime improbitate[i] excellere videbuntur. Sopater quidam fuit halyciensis[k], homo domi suae cum[l] primis locuples atque honestus: is ab inimicis suis aput[m] ·C· Sacerdotem ·PR· rei capitalis cum accusatus

(a) *Ed.* sese. (b) *Cod.* populus romanus *loco* praetor, *quia amanuensis perperam legit compendium* ·P·R· *pro* ·PR· *Idem mendum inferius aliquoties recurrit.* (c) *Cod.* suam auctoritatem. (d) *Ed.* dedisset. (e) *Ed.* iure. (f) *Ed.* ecquam. (g) *Ita cod., qui archaismus fortasse est, siquidem legitur apud veteres* illae *pro* illius, illo *pro* illi. *Ed. habet* illud. (h) *Cod.* que. (i) *Ed.* impr. (k) *Ed.* halicyensis. (l) *Cod.* cum in; *utroque modo dicendi mendose cumulato.* (m) *Ed.* apud.

esset, facile eo iudicio est liberatus: huic eidem Sopatro idem [a] inimici ad C. Verrem, cum is Sacerdoti successisset, eiusdem rei nomen detulerunt. Res Sopatro facilis videbatur, et quod erat innocens || . . . .

* * *

Cod. p. 189. . . . *studiose*, *ut* dixi, conpararat [b], non tam suae delectationis causa, quam ad invitationes, adventusque nostrorum hominum, suorum amicorum atque hospitum. Quae postea quam iste omnia abstulit, alia rogando, alia poscendo, alia sumendo, ferebat Sthenius, ut poterat: angebatur [c] tamen animi [d] necessario [e], quod domum eius exornatam et [f] instructam fere iam iste reddiderat nudam atque inanem: verumtamen dolorem suum nemini inpertiebat [g]: praetoris iniurias facile [h] tacite, hospitis placide ferendas arbitrabatur. Interea iste cupiditate [i] illa sua nota atque aput [k] omnes pervagata, cum signa [l] quaedam pulcherrima atque antiquissima Thermis in publico posita vidisset, adamavit: a Sthenio petere coepit, ut ad ea tollenda operam suam profiteretur, Cap. 34.

(a) *Ed.* iidem. (b) *Ed.* comp. (c) *Ed.* tangebatur; *scilicet repetita t prioris vocabuli desinentis.* (d) *Cod.* aenimi *une tamen, quod vocabulum in interpolatione, ut puto, periit.* (e) *Ed.* dolore necessario. (f) *Ed.* atque. (g) *Ed.* imp. (h) *Deest* facile *in ed. Et quidem est varia lectio in codicem recepta cum* tacite. (i) *Ed.* cupiditate iste. (k) *Ed.* apud. (l) *Cod.* signata, *sed* ta *syllaba ibidem expuncta est.*

seseque [a] adiuvaret. Sthenius vero non solum negavit; sed etiam ostendit fieri id [b] nullo modo posse, ut signa antiquissima, monumenta ·P· Africani, ex oppido Thermitanorum, incolumi | illa civitate imperioque [c] ·P·R·, tollerentur. Cod. p. 190.

Cap. 35. Etenim, ut simul Africani quoque humanitatem et aequitatem [d] cognoscatis, oppidum Himeram Carthaginienses quondam ceperunt [e], quod fuerat in primis Siciliae clarum et ornatum. Scipio, qui hoc dignum ·P·R· arbitraretur, bello confecto, socios et sua sponte [f] per nostram victoriam recuperare, Siculis omnibus, Carthagine capta, quae potuit, restituenda curavit. Himera deleta, quos civis [g] belli calamitas reliquos fecerat, ii se [h] Thermis conlocarant [i], in isdem [k] agri finibus, nec [l] longe ab oppido antiquo. Ii [m] se patrum fortunas et [n] dignitatem recuperare arbitrabantur, cum illa maiorum ornamenta in eorum oppido collocabantur [o]: erant signa ex aere conplura [p]: in his eximia [q] pulcritudine [r] ipsa Himera in muliebrem figuram habitumque formata, ex oppidi nomine et fluminis. Erat etiam Stesichori poetae statua senilis, incurva cum libro, summo ut putant || *artificio* . . .

* * *

(a) *Ed.* seque. (b) *Ed.* id fieri. (c) *Ed.* imp. (d) *Cod.* humanitate et equitate. (e) *Cod.* coeperunt. *Ed.* ceperant. (f) *Ed. pro* et sua sponte, *habet tantummodo* sua, *mendose.* (g) *Ed.* cives. (h) *Ed.* sese. (i) *Ed.* coll. (k) *Ed.* iisdem. (l) *Ed.* neque. (m) *Ed.* hi. (n) *Ed.* fortunam, ac. (o) *Ita etiam codex* coll., *quamquam retro* conl. (p) *Ed.* compl. (q) *Ed.* mira. (r) *Ita cod.*, *quamquam retro* pulch.

Cod. p. 185. . . . *postremo me ip*sum aput [a] hoc collegium [b] TR. PL., quod [c] cum eorum omnium edicto non liceret Romae quemquam [d] esse, qui rei capitalis condemnatus essst, egisse causam Stheni [e]: et cum [f] ita rem exposuissem, quemammodum [g] nunc aput [h] vos, docuissemque hanc damnationem duci non oportere, at X. TR. S. PL. [i] hoc statuisse, idque de omnium sententia pronuntiatum [k] esse, non videri Sthenium [l] inpediri [m] edicto, quominus ei Romae liceret [n] esse. Cum haec ad istum adferrentur [o], pertimuit aliquando et commotus est. Vertit stilum in tabulis suis; quo facto causam omnem evertit suam: nihil enim sibi reliqui fecit, quod defendi aliqua ratione posset. Nam si ita defenderet: recepi [p] nomen apsentis [q]: licet hoc fieri in provincia: nulla lex vetat; mala et inproba [r] defensione, verum aliqua tamen, uti [s] videretur. Postremo illo desperatissimo perfugio uti posset, se inprudentem [t] fecisse, existimasse haec [u] licere: quamquam haec perditissima defensio est, tamen † aliquid dici videretur. Tollit ex tabulis id, Cod. p. 186. quod erat, et facit, coram esse delatum [v]. Cap. 41.

(a) *Ed.* apud. (b) *Ed.* collegium hoc. (c) *Deest in ed.* quod. (d) *Ed.* quemquam Romae. (e) *Ed.* Sthenii. *Notemus autem deperditam Ciceronis orationem.* (f) *Ed.* cum rem ita, *sine* et. (g) *Ed.* quemadm. (h) *Ed.* apud. (i) *Ed. tantum* tribunos pleb. *Lectionem codicis vaticani viderat in aliis membranis Gruterus; absque tamen* S *inter* TR. *et* PL. (k) *Ed.* pronunc. (l) *Cod. hoc loco* Sten. (m) *Ed.* imp. (n) *Ed.* liceret Romae. (o) *Ed.* aff. (p) *Ed. male* recepi; *itaque ibidem mendosa etiam interpunctio.* (q) *Ed.* abs. (r) *Ed.* impr. (s) *Cod.* ut. (t) *Ed.* impr. (u) *Ed.* id. (v) *Ed.* delatum esse.

Cap. 42. Hic videte in quot [a] se laqueos induerit, quorum ex nullo se umquam expediet [b]. Primum ipse in Sicilia saepe et palam de loco superiore dixerat, et in sermone multis idem [c] demonstrarat, licere nomen recipere apsentis [d]: se exemplo multorum [e] fecisse, quod [f] fecisset. Haec eum dictitasse priore actione et Sext. [g] Pompeius Chlorus dixit, de cuius virtute antea commemoravi [h], ·CN· Ponpeius [i] Theodorus, homo et [k] ·CN· Ponpei [l] clarissimi viri iudicio, plurimis maximisque in rebus probatissimus, et omnium existimatione ornatissimus, et Possidius [m] Macro solutinus [n], homo summa nobilitate, existimatione, virtute ornatissimus [o]: et hac actione quam voletis multi dicent, et qui ex isto [p] andierunt [q], viri primari [r], nostri ordinis: et ali [s], qui interfuerunt [t], cum absentis [u] nomen reciperetur: Deinde Romae [v], cum haec ac||*ta res esset* [x] . . .

* * *

Cap. 46. . . . de publico attingeres, cum praesertim essent multa praeclara, et tu omnia concupisses? Cod. p. 175. Denique nunc vide, quid inter te, cuius nomine

(a) *Cod.* quod. (b) *Ed.* expediret. (c) Idem *deest in ed.* (d) *Ed.* abs. (e) *Deest in ed.* multorum. (f) *Ed.* id quod. (g) *Ed.* Sex. *Sic etiam cod. p.* 432. (h) *Cod.* commemoravit. (i) *Ed.* Pomp. (k) Et *deest in ed.* (l) *Ed.* Pompeii. (m) *Ed.* Possides. (n) *Ita cod. ab urbe* Solunto. *Ed.* solentinus. (o) *Deest in ed.* ornatissimus. (p) *Ed.* ex isto ipso. (q) *Ed.* audierint. (r) *Ed.* primarii. (s) *Ed.* alii. (t) *Ed.* interfuerint. (u) *Ita cod.* abs. *At alibi* aps (v) *Cod.* Romc. (x) *Ed.* cum res esset acta.

aput [a] Siculos dies festi agitantur, et praeclara illa verria [b] celebrantur, cuius [c] statuae Romae extant [d] inauratae; a communi Siciliae, quemammodum [e] inscribtum [f] videmus, datae: vide [g], inquam, quid inter te, et hunc Siculum, qui abs te est patrono Siciliae condemnatus, intersit. Hunc civitates ex Sicilia [h] permultae testimonio suo legationibusque ad [i] eam rem missis publice laudant: te omnium Siculorum patronum una mamertina civitas, socia furtorum ac flagitiorum [k] tuorum publice laudat: ita tamen, novo more, ut legati laedant, legatio laudet: ceterae [l] quidem civitates publice litteris, legationibus, testimoniis accusant, queruntur [m], arguunt [n]: si tu absolutus sis, se eversas funditus esse [o] arbitrantur.

Cod. p. 176. Hoc de homine ac de huius bonis etiam in Eryco monte monumentum tuorum flagitiorum | crudelitatisque posuisti: in quo Sthenii thermitani nomen adscribtum [p] est. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. Quid [q] tandem habuit argumenti aut rationis res, quamobrem in eo potissimum sthenianum praemium poneretur? utrum hoc signum cupiditatis tuae, an tropaeum necessitu- Cap. 47.

(a) *Ed.* apud. (b) *Ed.* verrea. (c) *Ed.* cui. (d) *Cod.* estant, c *fortasse geminata post* Romae. *Ed.* stant. (e) *Ed.* quemadm. *Cod.* quaemam. (f) *Ed.* inscript. (g) Vide *deest in cod.* (h) *Cod.* ex Siciliae. (i) *Ed.* ob. (k) *Cod.* flagitiosorum, *sed* so *ibidem expunctum.* (l) *Cod.* cetere. (m) *Cod.* quaeruntur. (n) *Cod.* arguant. (o) *Ed.* funditus eversas se esse. (p) *Ed.* adscript. (q) *Cod.* quit, *cui ibi eadem manu* quid.

dinis atque hospitii, an amoris indicium esse voluisti? Faciunt hoc homines, quos in summa nequitia non solum libido et voluptas, verum etiam ipsius nequitiae fama delectat, ut multis in locis notas ac vestigia suorum flagitiorum [a] relinqui velint. Ardebat amore illius hospitae [b], propter quam hospitii iura violarat. Hoc non solum sciri [c] tum, verum etiam commemorari semper volebat: itaque ex illa ipsa re, quam accusante Agathino gesserat, potissimum [d] Veneri deberi praemium statuit, quae illam totam accusationem iudiciumque conflarat. Putarem gratum [e] in deos, si hoc donum Veneri non de Sthe||*nii* [f] *bonis dedisses* [g] . . .

* * *

Cap. 49. . . . *Dicta sunt priore actione et privatim et publice tes*timonia: legati centuripini, halesini, catinenses, panhormitanique [h] dixerunt, multarum praeterea civitatum: iam vero privatimque [i] plurimi: quorum ex testimoniis cognoscere potuistis tota Sicilia per triennium neminem ulla in civitate [k] senatorem factum esse gratis: neminem, ut leges eo- Cod. p. 164.

(a) *Ed.* scelerum suorum. (b) *Cod.* hospite. (c) *Cod.* scirlbtum *quasi* scribtum. (d) *Cod.* hostimimum. *Nam pro* honestissimum, *ironice?* (e) *Ed.* te gratum. *Cod. bis mendose* gratum. (f) *Cod.* She. . . (g) *Pagina* 163. *non legitur, quia funditus eluta.* (h) *Notemus rectam scripturam* panhorm. *secundum graecam etymologiam. Ed.* panorm. (i) *Cod.* privatimq. *Ergo ne emendandum* privatim quam plurimi? *Ed.* privatim. (k) *Cod.* in civitatem; *sed* m *ibi deleta.*

rum sunt, suffragiis: neminem nisi istius imperio aut litteris: atque in is [a] omnibus senatoribus cooptandis, non modo suffragia nulla fuisse, sed ne genera quidem spectata esse, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret: neque census, neque aetatis [b], neque cetera Siculorum iura valuisse: quicumque senator voluerat [c] fieri, quamvis puer, quamvis indignus, quamvis ex eo loco, ex quo non liceret: si is praetio aput [d] istum idoneus [e] ut [f] vinceret, factum esse semper: non modo Siculorum nihil in hac re valuisse leges, sed ne ab senatu quidem, populoque ·R· datas. Quas enim leges sociis amicisque dat is [g], qui habet inperium [h] a ·P·R·, auctoritatem legum dandarum || . . .

* * *

Cod. p. 159. . . . ut is amplior numerus esset. Quae cum ita se res haberet, tamen ad istum emptum venerunt illum locum [i] senatorium non solum veteres, verum etiam novi: fit ut praetio [k] novus vincat, litterasque [l] a praetore adferat [m] Agrigentum [n]. Agrigentini ad istum legatos mittunt, qui eum leges doceant, consuetudinemque omnium annorum Cap. 50.

(a) *Ita cod. pro* iis *fortasse; alioquin scribe* his *cum ed.* (b) *Cod.* aestates. (c) *Cod.* voluerit. (d) *Ed.* pretio apud. (e) *Ed.* idoneus fieret. (f) *Cod.* et. (g) *Cod.* datas *pro* dat is. (h) *Ed.* imp. (i) *Ed.* venerunt emtum locum. (k) *Ed.* pret. (l) *Cod.* litterasquae. (m) *Ed.* auferat. (n) *Deest* Agrigentum *in ed.*

demonstrent: ut iste intellegeret [a], ei se locum illum [b] vendidisse, cui neque [c] commercium quidem esse [d] oporteret: quorum oratione iste, cum praetium [e] iam accepisset, ne tantulum quidem commotus est. Idem fecit Heracleae: nam [f] eo quoque colonos ·P· Rupilius deduxit: legesque similes de cooptando senatu, et [g] de numero veterum ac novorum dedit. Ibi non solum iste, ut aput [h] ceteros pecuniam accepit: sed etiam genera [i] veterum ac novorum numerumque permiscuit.

Cap. 51. Nolite expectare, dum omnes obeam oratione mea civitates: hoc uno conplector [k] omnia, neminem | isto ·PR· senatorem fieri potuisse, nisi qui isti pecuniam dedisset. Hoc idem transfero in magistratus [l], curationes, sacerdotia: quibus in rebus non solum hominum iura, sed etiam deorum immortalium religiones [m] repudiavit. Syracusis lex est de religione, quae in annos singulos Iovis sacerdotem sortito capi iubebat, quod aput [n] illos amplissimum sacerdotium putatur. Cum suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res revocatur ad sortem. Perfecerat iste imperio, ut pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus il- Cod. p. 160.

(*a*) *Ed.* intellig. (*b*) *Ed.* illum locum. (*c*) *Ed.* ne. (*d*) *Cod.* esset. (*e*) *Ed.* pret. (*f*) *Cod.* na; *quia nimirum in pronunciando liquescebat* m *ante vocalem.* (*g*) *Ed* ac *male*, *quia sequitur aliud* ac. (*h*) *Ed.* apud. (*i*) *Cod.* degenera. (*k*) *Ed.* compl. (*l*) *Cod.* magistratu. (*m*) *Ed.* deorum religiones immortalium. (*n*) *Ed.* apud.

lis renunciaretur: in sorte, cui inperare [a] non poterat, expectabant homines, quidnam acturus [b] esset: homo, id quod erat facillimum, primo vetat sortiri: iubet extra sortem Theomnastum renunciari: negant id Syracusani per religiones sacrorum ullo modo fieri posse: fas denique negant esse: iubet ille sibi legem recitari: recitatur: in qua scribtum [c] erat ut || . . .

* * *

Cod. p. 169. . . . adepti [d] sunt: dederunt operam ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. Sic census habitus est, te ·PR·, ut eo censu nullius civitatis resp· possit [e] administrari: nam locupletissimi cuiusque census extenuarant, tenuissumi [f] auxerant [g]. Itaque in tributis inperandis [h] tantum honeris [i] plebi inponebatur [k], ut etiam si omnes tacerent, res ipsa illum censum repudiaret. Cap. 55.

Id [l] quod intellegi [m] facillime re [n] ipsa potest Cap. 56.
Nam ·L· Metellus, qui, postea quam ego inqui-

(a) *Ed.* imp. (b) Cod. accusaturus. (c) *Ed.* script. (d) *Cod.* adepsi. (e) *Ed.* posset. (f) *Ed.* tenuissimi. (g) *Ed.* penitus hauserant. *Nostram vero lectionem confirmant antiquae editiones, et praevium Garatonii iudicium.* (h) *Ed.* imp. (i) *Ed.* oneris. *Cod.* honoris. *Adspirationem retineo, quia sic legi alibi in antiquis mss.; et sic scriptum fuisse in illo codice arbitror, unde hausit vaticani codicis scriptor, qui mendose immutavit* honoris. (k) *Ed.* imp. (l) *Sic exorditur caput in cod., non autem a verbis* Nam L· Met. *ut in ed.* (m) *Ed.* intelligi. (n) *Cod.* res.

rendi causa in Siciliam [a] veni, repente ·L· Laetilii [b] adventu, istius non modo amicus, verum etiam cognatus factus est; is, quod videbat istius censu stari [c] nullo modo posse, eum censum observari iussit, qui viro fortissimo atque innocentissimo Sex· [d] Peduceo [e] ·PR· habitus esset [f]: erant enim tum censores legibus facti, delecti a suis civitatibus: quibus, si quid commisissent, poenae [g] legibus erant constitutae. Te autem praetore qui censor aut legem | metueret, qua non tenebatur, quoniam creatus lege non erat? aut animadversionem tuam, quicum [h] quod abs te emerat, vendidisset? Teneat iam sane meos testes Metellus, cogat alios laudare, sicut in multis conatus est; modo haec faciat, quae facit. Quis enim umquam tanta [i] a quoquam contumelia, quis tanta ignominia adfectus [k] est? Quinto quoque anno Sicilia tota censetur: erat censa ·PR· Peduceo [l]: quintus annus cum in te praetorem [m] incidisset, censa denuo st [n]: postero anno ·L· Metellus mentionem tui census fieri vetat: censores dicit de integro sibi creari placere: interea peducea- Cod. p. 170.

(*a*) *Cod.* in Sicilia. (*b*) *Cod.* Laetelii; *sed superius* Laetilii *legimus. Ed.* Letilii *sine praenomine.* (*c*) *Ed.* censum stare. (*d*) *Ita cod. At p.* 426. Sext. (*e*) *Ed.* Peducaeo. (*f*) *Cod.* habitatus esse. (*g*) *Cod.* poene. (*h*) *Ed.* cum id quod. (*i*) *Cod.* tantam. (*k*) *Ed.* aff. (*l*) *Ed.* Peducaeo. (*m*) *Ed.* te praetore *sine* in. *Cod.* in te populus R. *quia nimirum amanuensis perperam legebat* ·P·R· *pro* ·PR· (*n*) *Ita cod. non insolita aphaeresi.*

num[a] censum observari iubet. Hoc si tuus[b] inimicus fecisset[c], tamen si aequo animo provincia[d] tulisset, inimici iudicium grave videretur: fecit amicus recens et cognatus voluntarius: aliter enim, si provinciam retinere, si salvus ipse in provincia[e] vellet esse, facere non potuit.

Expectas etiam quid hi iudicent ‖ . . . Cap. 57.

* * *

Cod. p. 165. . . . nomine accersat[f]? Ita si neque adhuc consumta est ista pecunia[g], et est perspicuum non consumtum[h] iri; licet iam intellegamus[i], inventam esse rationem, quare et iste HS. ∞∞[k] ex hoc uno genere conciliarit et ceperit; et ceteri, hoc[l] si a vobis erit conprobatum[m], quam volent magnas hoc nomine pecunias capere possint: ut iam videamur non a pecunis[n] capiendis[o] homines absterrere; sed, cum genera quaedam pecuniarum capiendarum[p] conprobarimus[q], honesta nomina turpissimis rebus inponere[r]. Etenim, si C. Verres HS. ccIↃↃ[s] populum verbi gratia[t] centuripinum poposcisset, Cap. 58.

(a) *Ed.* peducaean. (b) *Cod.* tus. (c) *Ed.* tibi fecisset. (d) *Cod.* provinciam. (e) *Cod.* in provinciam. (f) *Ed.* arcessat. (g) *Ed.* ista pecunia est. (h) *Cod.* consumtu. (i) *Ed.* intellig. (k) *Ed.* H-S. CXX. millia. (l) *Cod.* ne ceteris hoc, *quae mihi lectio corrupta videtur.* (m) *Ed.* comp. (n) *Ed.* pecuniis. (o) *Ed.* capiundis. (p) *Ed.* capiund. (q) *Ed.* comp. (r) *Ed.* imp. (s) *In cod. post* ccIↃↃ *additur* V; *tum deletur. Ed.* H-S. CXX. millia. (t) *Cod.* gratiam.

eamque [a] ab iis [b] pecuniam abstulisset, accepisset [c], non, opinor, resset [d] dubium, quin eum, cum id [e] planum fieret, condemnari necesse esset. Quid, si eundem [f] populum HS· cc· [g] poposcit, eaque coegit atque abstulit? num idcirco absolveretur [h], quod adscribtum [i] est, eam pecuniam datam statuarum nomine? non, opinor: nisi forte id agimus, non ut magistratibus nostris | [k]. . .

* * *

Cap. 62. . . . voles eorum testium, quos produxero, qui e [l] Sicilia testes sunt [m], sive civem ·R· [n] sive siculum, rogato; et eum, qui tibi inimicissimus esse videbitur, qui se spoliatum esse [o] dicet; ecquid [p] suo nomine in tuam statuam contulerit: neminem repperies [q], qui neget: etenim omnes dederunt. Quemquam igitur putas dubitaturum, quin is quem tibi inimicissimum [r] esse oporteat, Cod. p. 99.

(a) *Cod.* et eamque, *quae sunt fortasse variae lectiones*, et, que, *in textum receptae.* (b) *Ed.* bis. (c) Accepisset *deest in ed. Est autem rursus varia fortasse lectio in textum codicis recepta.* (d) *Insignis lectio* resset *pro* esset, *ut in ed. Est enim a* resum, es; *quod verbum usurpatum a Cicerone in scaurianae orationis fragmentis a me editis cap. VIII, critici homines, me ipso dubitante, immerito respuerunt: ecce enim a Cicerone ipsomet iam confirmatur hoc loco, qui priorem dum ederem, nondum mihi notus erat. Congruit etiam dictio; ibi enim dicit Cicero* num resit suspicio, *heic* non resset dubium. (e) *Ed.* si tum id. (f) *Ed.* eumdem. (g) *Ed.* H-S. CCC. millia (h) *Ed.* absolvetur. (i) *Ed.* adscriptum. (k) *Pag.* 166. *non legitur.* (l) *Ed.* ex. (m) *Ed.* sint. (n) *In ed. pro* civem ·R· *est* togatum. (o) *In ed.* a te *pro* esse. (p) *Ita cod.* ecquid; *non, ut alibi*, et quid. (q) *Ed.* reper. (r) *Ed.* inimicissimum tibi.

qui aps [a] te gravissimas iniurias acceperit, pecuniam statuae nomine dederit, vi atque imperio [b] adductus, non officio ac voluntate? Huius [c] ego pecuniae, iudices, quae permagna est inpudidentissimeque [d] coacta ab invitis, non habui rationem, neque habere potui, quantum ab aratoribus, quantum a [e] negotiatoribus, qui Syracusis, qui Agrigenti, qui Panhormi [f], qui Lilybei [g] negotiantur, esset coactum: quoniam intellegitis [h], ipsius quoque confessione, ab invitissimis coactam esse.

Venio nunc ad civitates Siciliae, de quibus facillime iudicium fieri voluntatis [i] potest. An etiam Cap. 63.
Cod. p. 100. Si|culi inviti contulerunt? non est probabile. Etenim sic .C. Verrem praeturam [k] in Sicilia gessisse constat, ut, cum utrisque satisfacere non posset, et Siculis et togatis, offici [l] potius in socios, quam ambitionis in civis rationes [m] duxerit. Itaque eum non solum PATRONUM illius insulae, sed etiam SOTERAM [n] scribtum esse vidi [o] Syracusis. Hoc quantum est? ita magnum est, ut latine uno verbo exprimi non possit. Is est enim [p] nimirum soter, qui salutem dedit. Huius nomine etiam dies festi agitantur, pulcra illa verria [q], non quasi

(a) *Ed.* abs. (b) *Ita cod.* inp. *At alibi saepe* inp. (c) *Ed.* et huius. (d) *Ed* impud. (e) *Ed.* ab. (f) *Ed.* Panormi. (g) *Ita codex. At idem p. 49.* Lilybaei. *Ed.* Lilybaei. (h) *Ed.* intellig. (i) *Incertum est utrum in codice scribatur* volumtatis, *ut alibi;* *an* voluntatis, *ut item alibi.* (k) *Cod.* .PR. (l) *Ed.* officii. (m) *Ed.* cives rationem. (n) *Ed.* sotera. (o) *Ed.* inscriptum vidi. (p) *Deest in ed.* enim. (q) *Ed.* verrea.

marcellia [a], sed pro marcellis [b], quae illi istius iussu sustulerunt. Huius fornix in foro Syracusis est: in quo nudus filius stat: ipse autem ex equo nudatam ab se provinciam prospicit: huius statuae locis omnibus [c]; quae hoc demonstrare videntur, propemodum non minus multas statuas istum posuisse Syracusis, quam abstulisse: huic etiam Romae videmus in basi statuarum, maximis litteris incisum, a communi Siciliae [d] datas. Quamobrem? qui hoc probare potes [e] cuiquam tantos honores habitos esse ab invitis? Cod. p. 109.

Cap. 64. Hic tibi etiam multo magis, quam paulo [f] ante in aratoribus, videndum et considerandum est, quid velis: magna res est. Utrum tibi Siculos publice privatimque amicos, an inimicos existimari velis [g]? si inimicos, quid te futurum est? quo confugies? ubi nitere? quomodo [h] aratorum, honestissimorum hominum ac locupletissimorum, siculorum [i], et civium ·R· maximum numerum abs te abalienasti? Nunc de singulis [k] civitatibus quid ages? Dices tibi Siculos esse amicos? qui poteris? qui, quod nullo in homine antea fecerunt ut in eum publice testimonium dicerent, cum praesertim ex ea provincia condemnati sint conplures [l], qui ibi

---

(a) *Ed* marcellea. (b) *Ita cod. loco* marcelliis. *Ed.* marcelleis. (c) *Ed.* omnibus locis. (d) *Cod.* Sicilia. *Sed idem cod. alibi recte* Siciliae. (e) *Ed.* probari potest. (f) *Ed.* paullo. (g) *Ed.* vis. (h) *Ed.* modo. (i) *Ed* et siculorum. (k) *Ed.* siculis. (l) *Ed.* compl.

praetores fuerunt, duo soli absoluti; ii nunc [a] veniunt [b] cum litteris, veniunt cum mandatis, veniunt cum testimoniis publicis: qui, si te laudarent publice [c], tamen id potius more [d], quam merito tuo, facere viderentur: Cod. p. 110. | hi, cum de tuis factis publice conqueruntur [e], nonne hoc indicant, tantas esse iniurias, ut multo maluerint de suo more decedere, quam de tuis moribus non dicere? Confitendum igitur est [f] necessario tibi Siculos inimicos esse, qui [g] quidem in te gravissima postulata consulibus ediderunt [h], et me ut hanc causam salutisque suae defensionem susciperem, obsecrarunt [i]: qui cum a ·PR· prohiberentur, a quattuor [k] quaestoribus inpedirentur [l], omnium minas atque omnia pericula pro salute sua levia duxerunt [m]: qui priore actione ita testimonia graviter vehementerque dixerunt [n], ut Artemonem centuripinum legatum et publice testem Hortensius [o] accusatorem, non testem, esse diceret. Etenim ille cum propter virtutem et fidem cum Androne, homine [p] honestissimo et certissimo, tum etiam propter eloquentiam, legatus a suis civibus elec-

(a) *Ed* huc, *pro* ii nunc. (b) *Ed.* conveniunt. (c) *Ed.* publice laudarent. (d) *Ed.* id more potius suo. (e) *Ita cod.* conquer.; *cum alibi plerumque mendose sit* quaer. (f) *Ed.* est igitur. (g) *Deest in cod.* qui, *quia syllabam non geminavit amanuensis.* (h) *Ed.* ediderint. (i) *Ed.* obsecrarint. (k) *Ed.* quatuor. (l) *Ed.* imp. (m) *Ed.* duxerint. (n) *Ed.* dixerint. (o) *Ed.* Q. Hortensius. (p) *Cod.* hominem.

tus est, ut posset multas istius et varias iniurias quam apertissime vobis || . . .

* * *

Cap. 69. . . . causa multa feci. Ali [a] quidem acerrimi inimicissimique sunt. Inimicos habeo cives ·R·, Cod. p. 101 quod sociorum commoda ac iura defendi. At [b] socii in hostium numero [c] se, abs te habitos queruntur [d]. Aratores inimici sunt propter decumas; Quid? qui agros immunes liberosque arant, cur oderunt? Cur Halesini? cur Centuripini? cur Segestani? cur Halycienses? quod genus hominum, quem numerum, quem ordinem proferre possis, qui te non oderit, sive civium ·R· sive Siculorum? ut etiam si causas [f], cur te oderint, non possum [g] dicere, tamen illut [h] dicendum putem, quem [i] omnes mortales oderint, eum quoque vobis odio esse oportere. An hoc dicere audebis, utrum de te aratores, utrum denique Siculi universi bene existiment, aut quo modo existiment [k], ad rem id non pertinere? neque tu hoc dicere audebis: nec [l], si cupies [m], licebit: eripiunt tibi istam orationem contemnendorum Siculorum, atque aratorum, statuae illae equestres, quas tu paulo [n]

(a) *Ed.* at hi. (b) *Cod.* ad. (c) *Cod.* numeros. (d) *Cod.* quaer. (e) *Cod.* erant. (f) *Ed.* causam. (g) *Ed.* possim. (h) *Ed.* illud. (i) *Cod.* quae. (k) *Verba* aut quo modo existiment *absunt a codice, quia librarius, ut puto, atque ut fieri solet, ad simile verbum transiluit.* (l) *Ed.* neque. (m) *Ed.* cupias. (n) *Ed.* paullo.

ante quam ad urbem venires poni inscribique iussisti, ut om|nium inimicorum tuorum animos [a] accusatorumque tardares. Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellare te [b] auderet, cum videret statuas a [c] negotiatoribus, ab aratoribus, a communi Siciliae [d] positas? Quod est aliud in illa provincia genus hominum [e]? nullum. Ergo ab universa provincia, generatimque ab [f] singulis eius partibus non solum diligitur, sed etiam ornatur. Quis hunc attingere audeat? Potes [g] igitur dicere, nihil tibi obesse [h] oportere [i] aratorum, negotiatorum, Siculorumque omnium testimonia, cum eorum nominibus in statuarum inscriptione oppositis [k] omnem te speraris invidiam atque infamiam tuam posse extinguere. An quorum tu auctoritate [l] statuas cohonestare tuas conatus es, eorum ego dignitate accusationem meam conprobare [m] non potero? nisi forte, quod apud [n] publicanos gratiosus fuisti, in ea re spes te aliqua consolatur. Quae gratia ne quid tibi prodesse posset || . . .

Cod. p. 102.

* * *

(a) *Ed. pessime* amicos. (b) *Deest in ed.* te. (c) *Ed.* ab. (d) *Cod.* Sicilia. (e) *Ed. perperam* humanum. (f) *Ed.* a. (g) *Cod.* potest. (h) *Deest* obesse *in cod.* (i) *Cod.* oporteret. (k) *Ed.* positis. (l) *Ed.* auctoritate tu. (m) *Ed.* compr. (n) *Cod.* apud adversus; *varia scilicet lectione utraque in textum recepta, ut alibi factum vidimus.*

Cap. 77. . . . *an pecuarius* : in Sicilia sit, an iam decesserit. Clamare omnes ex conventu [a], neminem umquam in [b] Sicilia fuisse Verrucium [c]. Ego instare, ut mihi responderet, quis esset, ubi esset, unde esset: cur servus societatis, qui tabulas confecerit, in Verruci [d] nomine, certo in [e] loco, mendosus esset. Atque haec postulabam, non quo illum cogi putarem oportere, ut ad [f] ea mihi responderet invitus: sed ut omnia [g] istius furta, illius flagitium, utriusque audacia perspicua esse posset. Itaque illum in iure metu conscientiaque peccati mutum atque exanimatum ac vix vivum relinquo: tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo: adhibentur in exscribendo ex [h] conventu viri primarii [i]: litterae lituraeque omnes adsimulatae [k], expressae, de tabulis in libros transferuntur. Haec omnia summa cura et diligentia recognita et conlata [l], et ab hominibus honestissimis obsignata sunt. Si Carpinatius mihi tum [m] respondere noluit, res|ponde mihi nunc [n] Verres, quem esse [o] hunc tuum [p] paene gentilem Verrucium [q] putes. Fieri non potest, ut quem video te praetore in Sicilia fuisse, et quem ex

Cod. p. 107.

Cod. p. 108.

(*a*) *Cod.* ex conventum. (*b*) *Ed.* ex. (*c*) *Ed.* Verrutium. (*d*) *Ed.* semper in Verrutii. (*e*) *Ed. perperam* ex. (*f*) *Deest* ad *in ed.* (*g*) *Ed.* omnibus. (*h*) *Ed.* de. (*i*) *Tertia* i *superadditur in codice.* (*k*) *Ed.* assim. (*l*) *Ed.* coll. (*m*) *Ed.* tum mihi. (*n*) *Ed.* nunc tu. (*o*) *Cod.* es. (*p*) *Cod.* tum. (*q*) *Ed.* Verrutium. *Ita semper infra.*

ipsa ratione intellego [a] locupletem fuisse, eum tu in tua provincia non cognoris. Atque adeo ne hoc aut longius aut obscurius esse possit, procedite in medium, atque explicate describtionem [b] imaginemque tabularum, ut omnes [c] istius avaritiae non iam vestigia, sed ipsa cubilia videre possint.

Videtis Verrucium? videtis litteras primas [d] integras? videtis extremam partem nominis, codam [e] illam verrinam [f], tamquam in luto, demersam [g] in litura? Sic habent se tabulae, iudices, ut videtis. Quid expectatis [h]? quid quaeritis amplius? tu ipse, Verres, quid sedes? quid moraris? nam aut exhibeas [i] nobis Verrucium necesse est, aut te Verrucium esse [k] fateare. Laudantur oratores veteres, Crassi illi et Antoni [l], quod crimina diluere dilucide, quod || . . . Cap. 78.

* * *

(a) *Ed.* intelligo. (b) *Ed.* descript. (c) *Ed.* omnes mortales. (d) *Ed.* primas litteras. (e) *Ita cod. pro* caudam. *Sane sic Itali nunc loquimur. Sic apud Latinos* Claudius *et* Clodius, Plautius, *et* Plotius *etc.* (f) *Cod.* Verris nam. (g) *Ed.* demersam esse. (h) *Ed.* exsp. (i) *Cod.* exibeas. (k) *Ed.* esse Verrutium. (l) *Ed.* Antonii.

IN ·C· VERREM

LIBER III.

Cap. I. Omnes, qui alterum, iudices, nullis inpulsi [a] inimicitiis, nulla privatim laesi iniuria, nullo praemio adducti, in iudicium reipub. causa vocant, providere debent, non solum quid oneris in praesentia tollant, sed [b] quantum in omnem vitam negotii suscipere conentur. Legem enim sibi ipsi dicunt innocentiae, continentiae, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitae reposcunt: atque eo magis, si id, ut ante dixi, faciunt nulla re commoti alia, nisi utilitate communi. Nam qui sibi hoc sumpsit [c], ut corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat, si qua in re ipse ab religione officii declinarit? Quapropter hoc etiam magis ab omnibus eiusmodi civis laudandus ac diligendus est, qui non solum ab [d] rep. civem inprobum [e] removet, verum etiam se ipsum eiusmodi fore profitetur ac praestat, ut sibi non modo communi voluntate virtutis atque officii, sed etiam | [f] . . .

Cod. p. 174. inversa.

* * *

(a) *Ed.* imp. (b) *Ed.* sed etiam; *et sic infra est in cod* (c) *Ed.* sumsit. (d) *Ed.* a. (e) *Ed.* imp. (*f*) *Pagina sequens* 173. *inversa non legitur.*

Cod. p. 188. inv. . . . ut neque in segetibus, neque in areis, neque in horreis, neque in admovendo [a], neque in exportando [b] frumento, grano uno posset [c] arator sine maxima poena fraudare decumanum. Scripta lex ita diligenter est, ut eum scripsisse appareat, qui alia vectigalia non haberet: ita acute, ut Siculum: ita severe, ut tyrannum: qua lege Siculis tamen arare expediret: nam ita diligenter constituta sunt iura decumano, ut tamen ab invito aratore plus decuma non possit auferri. Cum haec ita essent [d] constituta, Verres tot annis, atque adeo saeculis tot [e] inventus est, qui haec non commutaret, sed verteret [f]: eaque [g] quae iamdiu ad salutem sociorum utilitatemque reip. composita conparataque [h] essent, ad suos improbissimos [i] quaestus converteret: qui primum certos constituerit nomine decumanos, re vera ministros ac satellites cupiditatum suarum: per quos ostendam sic provinciam per triennium vexatam atque vastatam [k], iudices, | ut eam multis annis, multorum innocentia sapientiaque recreare nequeamus. Cap. 8.

Cod. p. 187. inv. Eorum [l], qui decumani vocabantur, princeps erat Quintus ille Apronius, quem videtis: de Cap. 9.

(a) *Ed.* amovendo. (b) *Ed.* asportando. (c) *Cod.* posse. (d) *Ed.* essent ita. (e) *Deest* tot *in ed.* (f) *Ed.* everteret. (g) *Cod.* eamq (h) *Ita cod. quamquam in priore verbo* comp. (*Ed.* comp.) (i) *Cod.* ad vos improbissimos adque quaestus. (k) *Cod. evidenter mendoseque* vastamm. (l) *Ed.* eorum omnium.

cuius inprobitate [a] singulari gravissumarum [b] legationum querimonias [c] audistis. Aspicite [d], iudices, vultum hominis et aspectum [e], et ex ea contumacia, quam hic perditis rebus retinet, illos eius spiritus sicilienses quos fuisse putetis, recordamini [f]. Hic est Apronius, quem in provincia tota Verres, cum undique nequissumos [g] homines conquisisset, cum [h] ipse secum sui similes duxisset non parum multos, nequitia, luxuria, audacia, sui simillimum indicavit. Itaque istos inter se perbrevi tempore, non res, non ratio, non commendatio, sed studiorum turpitudo similitudoque coniunxit. Verris mores improbos inpurosque [i] nostis. Fingite vobis, si potestis, aliquem qui in omnibus istis rebus par ad omnium flagitiorum nefarias libidines esse [k] possit; is erit Apronius ille: qui, ut ipse non solum | [l] . . .

* * *

Cap. 10. . . . *diripien*dasque esse voluit: huius audaciae, nequitiae, crudelitati, fidelissimos socios, optimosque civis [m] scitote hoc ·PR· traditos, iudices, atque addictos fuisse, novis institutis et edictis; tota hieronica lege, quemadmodum [n] ante [p] dixi, Cod. p. 122.

(a) *Ed.* imp. (b) *Ed.* gravissim. (c) *Cod.* quaerim. (d) *Ed.* adsp. (e) *Ed.* adsp. (f) *Ed.* cogitate ac recordamini. (g) *Ed.* nequissim. (h) *Ed.* et cum. (i) *Ed.* impur. (k) *Cod.* sese, *quam metathesim in codice quoque Cic. de rep. vidi.* (l) *Pagina* 121. *non legitur* (m) *Ed.* cives. (n) *Cod.* adlictus *ut p.* 391. (o) *Ita heic codex. At alibi saepe* quemammodum. (p) *Ed.* antea.

reiecta et repudiata. Primum edictum, iudices, audite praeclarum: " quantum decumanus edidisset ,, aratorem sibi decumae dare oportere, ut tantum ,, arator decumano dare cogeretur ,,. Quomodo? quantum poposcerit Apronius, dato. Quid est hoc? utrum praetoris institutum in socios, an in hostis [a] victos insani edictum atque inperium [b] tyranni? Ego tantundem dabo [c] quantum ille poposcerit? poscet omne, quantum exaravero. Quid omne? plus immo [d] etiam, inquit, si volet. Quid tum? Quid censes? Aut dabis, aut contra edictum fecisse damnabere. Per deos immortales, quid est hoc? veri enim simile [e] non est. Sic mihi persuadeo, iudices: tametsi omnia in istum hominem convenire putetis, tamen hoc vobis falsum videri: ||
Cod. p. 113. ego enim, cum hoc tota Sicilia diceret, tamen adfirmare [f] non auderem, si haec edicta non ex ipsius tabulis totidem verbis recitare possem: sicuti faciam. Da, quaeso, scribae: recitet ex codice professionem [g] ·R. EDICTUM DE PROFESSIONE [h]. Negat me recitare totum: nam id significare nutu videtur. Quid praetereo? an illud, ubi caves tamen Siculis, et miseros respicis aratores? dicis enim, te in decumanum, si plura sustulerit, quam debitum sit, in octuplum iudicium daturum. Nihil

(a) *Ed.* hostes. (b) *Ed.* imp. (c) *Deest* dabo *in ed.* (d) *Ed.* immo plus. (e) *Ed.* verisimile enim. (f) *Ed.* aff. (g) *Cod.* professione. *Deest autem in ed. hoc vocabulum.* (h) *Cod.* de professionem.

mihi placet praetermitti. Recita hoc quoque, quod postulat, totum. R.[a] EDICTUM DE IUDICIIS IN OCTUPLUM. Iudicio ut arator decumanum persequatur? miserum atque inicum[b], ex agro homines traduci in forum, ab aratro ad subsellia, ab usu rerum rusticarum ad insolitam litem atque iudicium.

Cap. 11. Cum omnibus in aliis vectigalibus Asiae, Macedoniae, Hispaniae, Galliae, Africae, Sardiniae, ipsius Italiae, quae vecti|galia sunt: cum in his, inquam, rebus publicanus petitor ac pignerator, non ereptor, neque possessor soleat esse; tu de optimo, de iustissimo, de honestissimo genere hominum, hoc est de aratoribus, ea iura constituebas, quae omnibus aliis essent contraria. Utrum est aequius, decumanum petere, an aratorem repetere? iudicium integra re, an perdita fieri? eum qui manu quaesierit, an eum qui digito sit licitus[c], possidere? Quid? qui[d] singulis iugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, quo in numero magnus ante te praetorem numerus, ac[e] magna multitudo Siculorum fuit; quid facient; cum dederint Apronio, quod poposcerit? relinquent arationes? relinquent larem familiarem suum? venient Syracusas, ut, te praetore, videlicet, Cod. p. 114.

(a) *Ita in cod. vocabulum* R. recita, *aut* recitetur, *pertinet, ut spatium docet, ad* edictum; *at in ed. retrahitur ad* totum. (b) *Ed.* iniquum. (c) *Ed.* licitus sit. (d) *Ed.* qui in. (e) *Deest* ac *in ed.*

aequo iure, Apronium, delicias ac vitam tuam, iudicio recuperatorio persequantur? Verum esto: repperietur [a] aliqui [b] fortis et experiens arator, qui, cum tantum dederit decumano, quantum ille || deberi dixerit, iudicio repetat, et poenam Cod. p. 125. octupli persequatur. Expecto [c] vim edicti, severitatem praetoris: faveo aratori, cupio octupli damnari Apronium. Quid tandem postulat arator? nihil, nisi ex edicto iudicium in octuplum. Quid Apronius? non recusat: quid praetor [d]? iubet recuperatores reicere [e]. Decurias scribamus. Quas decurias? de cohorte mea reicies [f], inquit. Quid? cohors ista [g] quorum hominum est? Volusi [h] haruspicis, et Corneli [i] medici, et horum canum, quos tribunal meum vides lambere. Nam de conventu nullum umquam iudicem nec recuperatorem dedit: iniquos decumanis aiebat omnis esse [k], qui ullam agri glebam possiderent. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum aproniani convivii crapulam exalassent [l].

O praeclarum et commemorandum iudicium! Cap. 12. o severum edictum! o totum perfugium aratorum! Cod. p. 126. Atque ut intellegatis [m], cuiusmodi ista iudicia | in octuplum, cuiusmodi [n] istius de cohorte recu-

---

(a) *Ita corrigitur in codice, ab eadem manu quae scripserat reper.* (b) *Ed.* aliquis. (c) *Ed.* exsp. (d) *Cod.* pret. (e) *Ed.* reiicere. (f) *Ed.* reicies. (g) *Ed.* ista cohors. (h) *Ed.* Volusii. (i) *Ed.* Cornelii. (k) *Ed.* esse aiebat omnes. (l) *Ed.* exhalassent. (m) *Ed.* intellig. (n) *Cod.* cuiuscuiusmodi.

peratores existimati sint; sic attendite. Ecquem[a] putatis decumanum, hac licentia permissa, ut[b] tantum ab aratore, quantum poposcisset, auferret, plus quam deberetur poposcisse? Considerate cum vestris animis vosmet ipsi, et[c] quem putetis, praesertim cum id non solum avaritia, sed etiam inprudentia[d] accidere potuerit: multos necesse est. At ego omnis[e] dico plus ac multo plus, quam decumam[f] abstulisse. Cedo mihi unum ex triennio praeturae tuae, qui octupli damnatus sit. Damnatus? immo vero in quem iudicium ex edicto tuo postulatum sit. Nemo erat videlicet aratorum, qui iniuriam sibi factam queri[g] posset: nemo decumanorum, qui grano amplius sibi, quam deberetur, deberi professus esset: immo vero contra, rapiebat et asportabat quantum a quoque volebat Apronius: omnibus autem locis aratores spoliati ac vexati querebantur[h]: neque tamen ||
. . .

* * *

Cap. 16. . . . vendidisti? tu partis[i] eas, quas te senatus populusque ·R· voluit, an fructus integros, Cod. p. 115
atque adeo bona fortunasque aratorum omnis[k] vendidisti? Si palam praeco iussu tuo praedicasset,

(a) *Ita cod. At infra* et quem. (b) *Cod.* aut, *sed id item expuncta* a. (c) *Ed.* ecquem. (d) *Ed.* impr. (e) *Ed.* omnes. (f) *Ed.* decumas. (g) *Cod.* quaeri. (h) *Cod.* quaerebantur. (i) *Ed.* partes. (k) *Ed.* omnes.

non decumas frumenti, sed dimidias venire partis[a], et ita emptores[b] accessissent, ut ad dimidias partis[c] emendas; si pluris vendidisses tu dimidias, quam ceteri decumas, cuinam mirum videretur? Quid[d] si praeco decumas pronuntiavit[e]: revera[f], hoc est, lege, edicto, condicione[g] plus etiam, quam[h] dimidiae venierunt? tamen hoc tibi praeclarum putabis, te pluris quod non licebat, quam ceteros quod oportebat, vendidisse? Pluris vendidi decumas, quam ceteri. Quibus rebus id adsecutus[i] es? innocentia? Aspice[k] aedem Castoris; deinde, si audes, fac mentionem innocentiae. Diligentia? codicis lituras tu[l] contemplare in Stheni[m] thermitani nomine; deinde dicere aude te[n] diligentem. Ingenio? qui testis[o] interrogare[p] priore actione nolueris[q], et is[r] tacitus[s] os tuum praebere | Cod. p. 116. malueris, quantum vis et te et patronos tuos ingeniosos esse dicito. Qua re igitur id, quod ais, adsecutus[t] es? magna est[u] laus, si superiores consilio vicisti, posterioribus exemplum atque auctoritatem reliquisti. Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere. Ac[v] te videlicet inventorem rerum optima-

(a) *Ed.* partes. (b) *Ed.* emtores. (c) *Ed.* partes. (d) *Ed.* quid vero. (e) *Ed.* pronunc. (f) *Cod* reveram. (g) *Ed.* conditione. (h) *Ed.* quae; *sed mendum est typographi.* (i) *Ed.* assec. (k) *Ed.* adsp. (l) *Ed.* tui. (m) *Ed.* Sthenii. (n) *Ed.* aude te dicere. (o) *Ed.* testes. (p) *Ed. perperam* interrogari. (q) *Cod.* volueris. (r) *Ita cod. cum cras. Ed.* iis. (s) *Ed.* tacitum. (t) *Ed.* assec. (u) *Ed.* est enim. (v) *Sic in codice videtur. Ed.* At.

rum ac principem imitabuntur omnes. Quis arator [a], te praetore, decumam dedit? quis duas? quis non maximo se adfectum [b] beneficio putavit cum tribus decumis pro una defungeretur, praeter paucos, qui propter societatem furtorum nihil omnino dederunt? Vide, inter inportunitatem [c] tuam, senatusque bonitatem quid intersit. Senatus cum temporibus reip. cogitur ut decernat ut alterae decumae exigantur, ita decernit, ut pro his decumis pecunia [d] solvatur aratoribus; ut, quod plus sumitur, quam debetur, id emi, non auferri putetur. Tu, cum tot decumas [e] non senatus consulto sed novis edictis tuis, nefarisque [f] institutis exigeres et eri||peres, magnum te fecisse arbitrare [g] si pluris vendideris, quam ·L· Hortensius, pater istius ·Q· Hortensi [h], quam ·CN· Ponpeius [i], quam ·C· [k] Marcellus, qui ab aequitate, ab lege, ab institutis non recesserunt? An tibi unius anni, aut bienni [l], ratio fuit habenda, salus provinciae, commoda rei frumentariae, ratio reip. in posteritatem fuit neglegenda [m]? cum rem ita [n] constitutam accepisses, ut et ·P·R· satis frumenti ex Sicilia suppeditaretur, et aratoribus tamen arare atque agros colere expediret, quid effecisti? quid adsecutus es? Ut ·P·R· nescio

Cod. p. 127.

(a) *Ita cod.; nisi forte est apocope* τοῦ *aratorum, ut est in ed. Sic certe fit infra in cod., sed ibi punctum additur.* (b) *Ed.* aff. (c) *Ed.* imp. (d) *Ed.* pecunia pro his decumis. (e) *Cod.* decum. *cum apocope.* (f) *Ed.* nefariisque. (g) *Ed.* arbitrabere. (h) *Ed.* Hortensii. (i) *Ed.* Pomp. (k) *Ed.* M. (l) *Ed.* biennii. (m) *Ed.* neglig. (n) *Ed.* ita rem.

quid, te ·PR· [a], ad decumas accederet, deserendas arationes relinquendasque curasti. Successit tibi ·L· Metellus. Tu innocentior quam Metellus? tu laudis et honoris cupidior? tibi enim consulatus quaerebatur, Metello paternus honos [b] et avitus neglegebatur [c]; multo minoris vendidit, non modo quam tu, sed etiam quam qui ante [d] vendiderunt.

Quaero, si ipse excogitare non poterat, quemadmodum [e] quam plurimo venderet, ne tua quidem recentia | proxumi [f] praetoris [g] vestigia persequi poterat, ut tuis praeclaris abs te principe inventis et excogitatis edictis atque institutis uteretur? Ille vero tum se minime Metellum [h] fore putavit [i], si te ulla in re imitatus esset: qui ab urbe Roma, quod nemo umquam post hominum memoriam fecit, cum sibi in provinciam proficiscendum putaret, litteras ad civitates Siciliae miserit [k], per quas hortatur et rogat, ut arent, ut serant in beneficio [l]. Praetor hoc [m] petit aliquanto ante adventum suum: et simul ostendit, se lege hieronica venditurum, hoc est in omni ratione decumarum nihil istius [n] simile Cap. 17.

Cod. p. 128.

(a) *Ed.* praetore te nescio quid. (b) *Ed.* honor. (c) *Ed.* neglig. (d) *Ed.* ante te. (e) *Ita cod. cum ed. At saepe alibi cod.* quemammodum. (f) *Ed.* proxumi. (g) *Cod.* pret. *et sic saepe alibi.* (h) *Ed.* Metellum minime. (i) *Ed.* putasset. (k) *Ed.* misit. (l) *Cod.* in beneficio. (m) *Ed.* ut serant beneficio populi romani. Hoc etc. *Sane melius, ut arbitror; nam et vocab.* praetor *in codice fortasse natum est ex male confuso compendio* ·P·R· *cum* ·PR·, *ut alibi factum demonstravimus.* (n) *Ed.* isti.

ee *

facturum. Atque haec non cupiditate aliqua scribit inductus [a], ut in alienam provinciam litteras mittat ante tempus: sed consilio; ne, si tempus sationis praeterisset, granum de [b] provincia Sicilia nullum haberemus. Cognoscite Metelli litteras.

EPISTULA ·L· METELLI [c].

Cap. 18. Hae litterae, iudices, ·L· Metelli, quas audistis, hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini exaraverunt; || glebam commosset in agro decumano Siciliae nemo, si Metellus hanc epistulam [d] non misisset. Quid? Metello divinitus hoc venit in mentem; an a [e] Siculis, qui Romam frequentissimi convenerant, a [f] negotiatoribus Siciliae doctus est? quorum quanti conventus ad Marcellos antiquissimos Siciliae patronos, quanti ad ·CN· Pompeium, tum [g] consulem designatum, ceterosque illius provinciae necessarios fieri soliti sint, quis ignorat? Quod quidem, iudices, [h] nullo umquam de homine factum est, ut apsens [i] accusaretur ab iis palam, quorum in bona liberosque summum imperium potestatemque haberet. Tanta vis erat iniuriarum, ut homines quidvis perpeti, quam non de istius improbitate [k] deplorare et conqueri mallent. Quas litteras cum ad omnis [l] civitates prope suppliciter misisset Metellus, tamen antiquum modum sationis nulla ex parte ad-

Cod. p. 119.

(a) *Ed.* adductus. (b) *Ed.* in. (c) *Ed.* Recita epistolam L. Metelli. Litterae L. Metelli. (d) *Ed.* epistolam. (e) *Ed.* ab. (f) *Ed.* negotiatoribusque *sine praep.* a. (g) *Cod.* tuum *In ed. deest hoc vocabulum.* (h) *Cod.* iud. *idest* iudices, *ut passim alibi. At ed.* iudicium. (i) *Ed.* abs. (k) *Ed.* pravitate. (l) *Ed.* omnes.

sequi potuit; diffugerant enim permulti, id quod
Cod. p. 61. inv. ostendam: non solum arationes, sed etiam ||[a] sedes Q. XXI. (1)
suas patrias istius iniuriis exagitati relinquerant[b]. Non mehercule augendi criminis[c] causa, iudices, dicam: sed quem accepi oculis animoque sensum, hunc vere aput[d] vos, et, ut potero, planissume[e] exponam. Nam cum quadriennio post (2) in[f] Siciliam venissem, sic mihi adfecta[g] visa est ut eae[h] terrae solent, in quibus bellum acerbum diuturnumque versatum est: quos ego campos antea collesque nitidissimos viridissimosque vidissem, hos ita vastatos nunc ac desertos videbam, ut ager ipse cultorem desiderare ac lugere dominum videretur. Herbitensis ager, et hennensis[i], murgentinus, assorinus, macharensis[k], agyrinensis, ita relictus erat ex maxima parte, ut non solum iugorum[l], sed etiam dominorum multitudinem quaereremus. Aetnensis vero ager,

(a) *Pagina 120. et p. 62. inversa vacant scriptura. Connectitur autem tullianus textus p. 61. inversa.* (b) *Ita cod., non* relinquerant *ut in ed. Retentam autem n in praeterito huius verbi non semel vidi in antiquis codd.* (c) *Ed.* criminis augendi. (d) *Ed.* apud. (e) *Ed.* planissime. (f) *Cod.* im. *Iamvero* m *pro* n, *videsis in meo indice palaeographico p.* 388. *Et quidem* im meo *pro* in meo. (g) *Ed.* aff. (h) *Ed.* hae. (i) *Ed.* ennensis *sine* et ac *sine* h. (k) *Ed.* imacharensis. (l) *Ed.* iugerum. *Sic etiam cod. infra p.* 455.

(1) *Prima haec apparet in codice nota quaternionis XXI. in calce vacuae paginae* 120. *Ergo pag.* 61. *incipit quaternio XXII.*

(2) *In margine scholium litteris priscis.* Ostenditur, post quadriennium praeturae Verrem repetundarum accusatum.

qui solebat esse cultissimus, et, quod caput est rei frumentariae, campus leontinus, cuius ante [a] species haec erat, ut cum obsitum vidisses, annonae cari||*tatem non vererere . . .*

* * *

Cap. 20. . . . profecto, quamquam es singulari crudelitate et audacia; tamen abs te totam abalienari [b] provinciam, tot homines honestissimos tibi inimicissimos fieri noles [c], nisi hanc rationem et cogitationem salutis tuae pecuniae cupiditas, ac praesens illa praeda superaret. Etenim quoniam summam ac [d] numerum iniuriarum vobis, iudices, non possum exponere, singillatim autem de uniuscuiusque incommodis [e] dicere infinitum est, genera ipsa iniuriarum, quaeso, cognoscite. Cod. p. 49

Cap. 21. Nympho est centuripinus, homo gnavus [f] et industrius et experientissimus [g] arator: is cum arationes magnas conductas haberet, quod homines etiam locupletes, sicut ille est, in Sicilia facere consueverunt, easque magna inpensa [h], magno SC· [i] instrumento tueretur, tanta ab isto iniquitate oppressus est, ut non [k] modo arationes relinqueret, sed etiam ex Sicilia profugeret, Romamque una cum multis ab isto eiectis veniret:

(*a*) *Ed.* antea. (*b*) *Ed.* alienari. (*c*) *Ed.* nolles. (*d*) *Ed.* et. (*e*) *Cod.* incommodi, *ed.* incommodo. (*f*) *Ed.* navus. (*g*) *Additur in ed.* ac diligentissimus. (*h*) *Ed.* imp. (*i*) *Ita cod.; quae litterae absunt ab ed.* (*k*) *Deest in cod.* non.

fecit ut decumanus Nymphonem negaret ex edicto illo praeclaro, quod nullam ad aliam rem, | Cod. p. 50. nisi ad huiusmodi quaestus pertinebat, numerum iugerum professum esse. Nympho cum se aequo vellet [a] iudicio defendere, dat [b] iste viros optimos recuperatores, eundem [c] illum medicum Cornelium, (is est Artemidorus pergaeus, qui in sua patria dux isti quondam et magister ad spoliandum [d] Dianae templum fuit), et haruspicem Volusium [e], et Valerium praeconem. Nympho, ante quam plane constitit, condemnatur [f]. Quanti, fortasse quaeritis: nulla erat [g] edicti poena certa: frumenti eius omnis, quod in areis esset. Sic Apronius decumanus non decumam debitam, non frumentum remotum atque celatum, sed tritici VII. M. medimnum, ex Nymphonis arationibus, edicti poena, non redemtionis aliquo iure tollit.

Xenonis Menaeni [h], nobilissimi hominis, uxoris fundus erat colono locatus: colonus, quod decumanorum iniurias ferre, non poterat, ex agro profugerat. Verres in Xenonem iudicium || Cod. p. 67. dabat illud suum damnatorium de iugerum professione. Xeno [k] ad se pertinere negabat: fundum elocatum esse dicebat: dat [l] iste iudicium "si Cap 22.

(a) *Ed.* vellet aequo. (b) Dat *in ed. ponitur post* recuperatores. (c) *Ed.* eumdem. (d) *Ed.* despoliandum. (e) *Ed.* Volusianum. (f) *Cod.* condemnaturum. (g) *Cod.* erit. (h) *Ed.* Meneni. (i) *Cod.* fere. (k) *Ed.* Xenon. (l) *Ed.* dabat.

„ pareret, iugera eius fundi plura esse[a], quam colonus esset professus, tum ut[b] Xeno damnaretur „. Dicebat ille, non modo se non arasse id, quod satum[c] erat, sed nec dominum esse eius fundi nec locatorem; uxoris esse: eam ipsam suum negotium gerere: ipsam[d] locavisse. Defendebat Xenonem homo summo splendore et summa auctoritate praeditus, ·M· Cossutius[e]. Iste nilominus[f] iudicium HS. Iↄↄ[g] dabat. Ille tametsi recuperatores de cohorte latronum sibi parari videbat, tamen iudicium se accepturum[h] esse dicebat. Tum iste magna voce veneriis imperat, ut Xeno adesset[i]: " dum res iudicaretur, hominem „ adservent[k]; cum indicata[l] sit, ad se ut adducant „: et illud simul ait[m]: " se non putare, illum, „ si propter divitias poenam[n] damnationis con„ temneret, etiam virgas contemturum[o] „. Hac ille vi et hoc metu adductus, tantum decumanis dedit, quan|tum iste imperavit. Cod. p. 68.

Cap. 23. Polemarchus est murgentinus, vir bonus atque honestus: is[p], cum pro iugeribus quinquaginta medimnae Iↄↄ[q] decumae imperarentur, quod recusabat, domum ad istum in ius eductus est: et cum iste etiam cubaret, in cubiculum

(a) *Ed.* esse plura. (b) *Ed.* uti. (c) *Ed.* in satis. (d) *Cod.* ipsa. (e) *Ed.* Cossetius. (f) *Ita cod; et notemus vocabulum. Ed.* nihilominus (g) *Ed.* H-S. LXXX. (h) *Ed.* accepturum se. (i) *Ed.* audiret. (k) *Ed.* ut asserv. (l) *Ed.* iudicatum. (m) *Ed.* dixit. (n) *Ed.* poenas. (o) *Ed. male* contemnere. (p) *Cod.* et *pro* is. (q) *Ed. medimna* Iↄcc.

introductus est: quod, nisi mulieri et decumano, patebat alii nemini. Ibi cum pugnis et calcibus concisus [a] esset, qui [b] DCC. medimnis decidere noluisset, ∞ promisit. Eubulidas [c] est Grospus [d] centuripinus, homo cum virtute et nobilitate domi suae, tum etiam pecunia princeps: huic homini, iudices, honestissimo [e], non modo frumenti scitote, sed [f] vitae et sanguinis tantum relictum esse, quantum Aproni lubido [g] tulit: nam vi, malo, plagis adductus est, ut frumenti daret, non quantum vellet, sed quantum doceretur [h]. Sostratus, et Numenius, et Nymphodorus eiusdem civitatis, cum ex agris tres fratres consortes profugissent, quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant; hominibus coactis (1), || in eorum arationes Apronius Cod. p. 77. venit, omne [i] instrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. Postea cum ad eum Nymphodorus venisset Aetnam [k], et oraret ut sibi sua restituerentur, hominem corripi ac suspendi iussit in oleastro quodam; quae est arbor, iudices,

---

(a) *Ed.* conscissus. (b) *Cod.* quid. (c) *Ed.* Eubulides. (d) *Supra* R *scribitur* T. *Ed.* Grosphus. (e) *Ed.* honestissimae civitatis. (f) *Ed.* sed etiam. (g) *Ed.* Apronii libido. (h) *Ed.* non quantum haberet, sed quantum cogeretur. (i) *Cod.* omnem. (k) *Cod.* *heic* Etn. *sed mox* Aetn.

(1) *Iuris criminalis formula* (*ut in orat. pro M. Tullio*) *heic usurpata a Cicerone partim lepide partim ob invidiam augendam. Perperam igitur Hottomannus scribere malebat* hominibus exactis.

Aetnae [a] in foro: tamdiu pependit in arbore socius amicusque ·P·R· in sociorum urbe ac foro, colonus aratorque vester, quamdiu volumtas [b] Aproni [c] tulit. Genera iamdudum innumerabilium iniuriarum, iudices, singulis nominibus profero: infinitam multitudinem iniuriarum praetermitto. Vos ante oculos animosque vestros tota Sicilia decumanorum hos impetus, aratorum direptiones, huius inportunitatem [d], Aproni regnum proponite. Contemsit Siculos: non duxit homines: nec ipsos ad persequendum vehementes fore [e], et vos iniurias eorum [f] leviter laturos existimavit.

Cap. 24. Esto: falsam [g] de illis habuit opinionem, malam de vobis: verumtamen cum de Siculis male mereretur, | civis [h] ·R· coluit, is [i] indulsit, eorum volumtati [k] et gratiae deditus fuit. Iste civis [l] Cod. p. 78.
R·? An ulli [m] inimicior aut infestior fuit? Mitto vincla, mitto carcerem, mitto verbera, mitto secures: crucem denique illam praetermitto, quam iste [n] civibus ·R· testem humanitatis in eos ac benivolentiae [o] suae voluit esse: mitto, inquam, haec omnia, atque in aliut [p] dicendi tempus reicio [q]. De decumis, de civium ·R· condicione [r] in

---

(a) Aetane *deest in ed.* (b) *Ita cod.; et ita in aliis codd. hoc ipsum vocabulum interdum scribitur.* (c) *Ed.* Apronii. *Sic et infra.* (d) *Ed.* imp. (e) *Cod.* vehementius fores. (f) *Ed.* eorum iniurias. (g) *Cod.* falsa. (h) *Ed.* cives. (i) *Ita cod. cum crasi pro* iis. *Ed.* his. (k) *Ed.* voluntati. (l) *Ed.* cives. (m) *Ed.* at nullus. (n) *Deest in ed.* iste. (o) *Ed.* benevol. (p) *Ed.* aliud. (q) *Ed.* reiicio. (r) *Ed.* conditione.

arationibus disputo : qui quemadmodum essent accepti, iudices, audistis ex ipsis : bona sibi erepta dixerunt [a]. Verum haec, quoniam eiusmodi casus [b] fuit, ferenda sunt : nihil valuisse aequitatem, nihil consuetudinem : damna denique, iudices, nulla tanta sunt, quae non viri fortes, ac [c] magno et libero animo adfecti [d], ferenda arbitrentur. Quod [e] si equitibus R. non obscuris neque ignotis, sed honestis et inlustribus [f], manus ab Apronio, isto praetore, sine ulla dubitatione adferebantur [g], quid expectatis [h]? quid amplius a me || dicendum putatis? An id agendum est, ut eo celerius de isto transigamus, quo maturius ad Apronium possim [i], id quod ego illi [k] iam in Sicilia pollicitus sum, pervenire? qui C. Matrinium, iudices, summa virtute hominem, summa [l] industria, summa gratia, Leontinis in publico biduum tenuit : quo [m] Apronio, iudices, homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato, ad Verris flagitia, libidinesque accommodato, equitem R. scitote biduum cibo tectoque prohibitum [n], biduum Leontinis in foro in [o] custodiis Aproni [p] retentum atque adservatum [q],

Cod. p. 63.

(a) *Ed.* esse dixere. (b) *Ed.* causa (c) Ac *deest in ed.* (d) *Ed.* aff. (e) *Ed.* quid. (f) *Ed.* ill. (g) *Ed.* aff. (h) *Ed.* exp. (i) *Ed.* possimus. (k) *Ed.* illi ego. (l) *Cod.* summam. (m) *Ed. pro* quo *habet* atque ab, *quam lectionem in libris variis nutantem defendebat immerito Garatonius.* (n) *Cod.* prohibitum. (o) *Deest* in *in ed.* (p) *Ed.* Apronii. (q) *Ed.* servatum.

neque, ante dimissum, quam ad condicionem[b] eius depectus[c] est.

Cap. 21. Nam quid ego de ·Q· Lollio, iudices, dicam, equite ·R· spectato atque honesto? Clara res est, quam dicturus sum, tota Sicilia celeberrima atque notissima: qui cum araret in aetnensi, cumque is ager Apronio cum ceteris agris esset traditus; equestri vetere illa[d] auctoritate et gratia fretus adfirmavit[e], se decumanis plus, quam deberet, non daturum. Refertur eius sermo ad Apronium. Enimvero iste ridere ac mirari, Lollium nihil de Matrinio, nihil de ceteris rebus audisse: mittit ad hominem venerios (hoc quoque attendite, apparitores a praetore adsignatos[f], habuisse decumanum, si hoc mediocre argumentum videri potest, istum decumanorum nomine ad suos quaestus esse abusum): adducitur a veneriis, atque adeo adtrahitur[g] Lollius. Postmodum[h] cum Apronius e palaestra redisset, et in triclinio, quod in foro Aetnae straverat, recubuisset[i], statuitur Lollius in illo tempestivo gladiatorum convivio. Non mehercule haec[k] quae loquor crederem, iudices, tametsi volgo[l] audieram, nisi mecum ipse senex, cum mihi atque huic Cod. p. 64.

(a) *Deest* neque *in cod.* (b) *Ed.* conditiones. (c) *Sic Cicero pro Scauro cap. V. scribit* compecto. *Ed.* depactus. (d) *Ed.* illa et. (e) *Ed.* aff. (f) *Ed.* assign. (g) *Ed.* attrah. (h) *Ed.* commode *pro* postmodum. *Hinc etiam interpunctionem mutandam iudicavi.* (i) *Ed. perperam* decub. (k) *Deest* haec *in ed.* (l) *Ed.* vulgo.

voluntati [a] accusationis meae lacrumans [b] gratias ageret, summa cum auctoritate esset locutus. Statuitur, ut dico, eques R. annos prope [c] XC. natus in Aproni [d] convivio || . . .

* * *

Cod. p. 52. inversa. . . . insolentia consecuta. Cap. 26.

Privatim hoc modo: quid? publice civitates tractatae quemadmodum [e] sunt? audistis permulta, iudices [f], testimonia civitatum, et reliquarum audietis. Ac primum de agyrinensi populo fideli et inlustri [g] breviter cognoscite. Agyrinensis est in primis honesta Siciliae civitas, hominum ante hunc praetorem locupletum [h], summorumque aratorum. Eius agri decumas cum emisset idem Apronius, Agyrium venit. Qui cum apparitoribus eo et cum vi ac minis [i] venisset, poscere pecuniam grandem coepit, ut, accepto lucro, discederet: nolle se negoti [k] quicquam [l] habere dicebat, sed accepta pecunia quam primum in aliam civitatem occurrere. Sunt omnes Siculi non contemnendi, si per nostros magistratus liceat; sed homines satis fortes, et [m] plane frugi, ac sobrii: et in primis haec civitas, de qua lo- Cap. 27.

(a) *Ita cod., quamquam superius bis volunt.* (b) *Ed.* lacrymans. (c) *Ed.* prope annos. (d) *Ed.* Apronii. (e) *Ed.* quemadmodum tractatae. (f) *Ed.* permulta iudices et testimonia. (g) *Ed.* ill. (h) *Ed.* locupletium. (i) *Cod.* et cum agminis. *Ed.* id est cum minis ac vi. (k) *Ed.* negotii. (l) *Ed.* quidquam. (m) *Cod. iterum* sed. *Ed.* et satis fortes et satis plane.

quor, indices. Itaque homini inprobissimo [a] respondent Agyrinenses, se [b] decumas ei, quem||admodum [c] deberent, daturos: lucrum, cum [d] ille magno praesertim emisset, non addituros [e]. Apronius certiorem facit istum, cuia res erat [f]. Q. XXII. Cod. p. 80.

Cap. 28. Statim, tamquam coniuratio aliqua Agyri [g] contra remp. facta, aut legatus praetoris pulsatus esset, ita Agyrio magistratus et quinque primi, accitu istius evocantur. Veniunt Syracusas: praesto est Apronius: ait eos ipsos, qui venissent, contra edictum praetoris fecisse. Quaerebant, quid? respondebat [h], se ad reciperatores [i] esse dicturum [k]. Iste, aequissimus homo, formidinem [l] illam suam Agyrinensibus miseris iniciebat [m]: recuperatores [n] de [o] cohorte sua daturum minabatur. Agyrinenses viri fortissimi iudicio [p] se passuros esse dicebant. Ingerebat iste Artemidorum [q] Cornelium medicum [r], et Tlepolemum Cornelium pictorem, et huiuscemodi [s] recuperatores; quorum ·C·R· [t] nemo erat, sed graeci sacrilegi, iam pridem improbi, repente Corneli [u]. Videbant Agyrinen-

(a) *Ed.* in primis improbissimo. (b) *Ed.* sese. (c) *Pagina 51. inversa, itemque pag. 79. vacant scriptura. Consequitur autem oratio p. 80. In calce paginae 51. legitur nota quaternionis XXII.* (d) *Deest* cum *in cod.* (e) *Cod.* audituros. (f) *In ed. additur* quid rei esset. (g) *Ed.* Agyrii. (h) *Cod.* respondebant. (i) *Ed.* recuperatores. (k) *Cod.* dictum. (l) *Cod.* foridinem. (m) *Ed.* inniciebat. (n) *Ita hoc loco cod.* (o) *Ed.* se de. (p) *Ita prorsus scriptum in codice vidimus etiam p. 418. v. 1. Quare Ciceronis locutio habenda est. Ed.* iudicium. (q) *Cod.* Artemidolorum. (r) *Ed.* Valerium praeconem et Tlepolemum pictorem. (s) *Ed.* eiusmodi. (t) *Nempe* civis romanus. (u) *Ed.* Cornelii.

Cod. p. 69. ses, quidquid ad [a] eos recuperatores Apronius attulisset, illum perfacile probaturum: con||demnari cum istius invidia infamiaque malebant, quam ad eius condiciones [b], pactionesque accedere. Quaerebant, quae in verba recuperatores daret [c]. Respondebat " si paret adversum [d] edictum [e] fe-„ cisse; in qua re [f] in iudicio dicturum esse [g] aie-„ bat „. Iniquissimis verbis, inprobissimis [h] recuperatoribus conflictari malebant, quam quicquam [i] cum isto sua voluntate decidere. Summittebat [k] iste Timarchidem, qui moneret eos, si saperent, ut transigerent: pernegabant. Quid ergo? in singulos HS. ꟾɔɔɔ [l] damnari [m] mavultis damnari? [n] dicebant. Tum iste clare, omnibus audientibus: " qui damnatus erit, inquit, virgis ad ne-„ cem caedetur [o] „. Hic illi flentes rogare atque orare coeperunt, ut sibi suas segetes fructusque omnes arationesque vacuas Apronio tradere liceret: ut ipsi sine ignominia molestiaque discederent.

Hac [p] lege, iudices, decumas vendidit Verres. Dicat licet Hortensius, si volet, magno Verrem vendidisse. Haec condicio [q] fuit isto praetore aratorum, ut secum praeclare agi arbitrarentur, si vacuos Cap. 29. Cod. p. 70.

(a) *Cod.* at. (b) *Ed.* conditiones. (c) *Cod.* darent. (d) *Ed.* pareret adversus. (e) *Cod.* aedictum, *ut p.* 391. (f) *Ita lego in cod. Mallem autem* de qua re. *Ed.* quae se in iudicio. (g) *Deest* esse *in ed.* (h) *Ita cod. quamquam supra* impr. (i) *Ed.* quidquam. (k) *Ed.* subm. (l) *Ed.* H-S. quinquagenis millibus. (m) *Cod.* damnari septu mavultis. *Iam* septu *vel corruptio quaedam est (deest certe in ed.) vel legendum incredibiliter* septuplum. (n) *Ed.* malle dicebant. (o) *Cod.* cedetur. (p) *Sic recte exorditur in codice caput; non autem a verbis* haec conditio, *ut in ed.* (q) *Ed.* conditio.

agros Apronio tradere liceret: multas enim cruces propositas effugere cupiebant: quantum Apronius edixisset [a] deberi, tantum edicto [b] dandum erat. Etiam ne si plus edixisset [c], quam quantum natum esset? Etiam. Quando [d]? Magistratus ex istius [e] edicto exigere debebant. At [f] arator repetere poterat. Vero [g]; Artemidoro recuperatore. Quid, si minus dedisset arator [h], quam poposcisset Apronius? iudicium in aratorem in quadruplum. Ex quo iudicum numero? Ex cohorte praetoria [i] praeclara hominum honestissimorum. Quid amplius? minus te iugerum professum esse dico: recuperatores reice [k], quod adversum [l] edictum feceris. Ex quo numero? ex eadem cohorte. Quid erit extremum? Si damnatus eris; atque adeo cum damnatus eris [m]: nam dubitatio [n] damnationis, illis recuperatobus, quae poterat esse? virgis te ||

. . .

* * *

Cap. 31. . . . *tantus dolor in iniu*ria, tanta religio in testimonio. Verum non una te [o], sed univer- Cod. p. 59.

(a) *Ed.* edidisset. (b) *Ed.* ex edicto. (c) *Ed.* edidisset. (d) *Ed.* quomodo. (e) *Ed.* ipsius. (f) *Cod.* ad. (g) *Ed.* verum; *sed vero multo aptius in responsionibus. Sic Cic. de rep. l.* 37. vero, minus. *Et l.* 43. vero mihi, inquit ille, notissima. (h) *Ed.* arator dedisset. (i) *Ed.* praetoris. (k) *Ed.* reiice. (l) *Cod.* adversum s; *quae est varia lectio in textu exhibita*, adversum et adversus. (m) *Verba* atque adeo cum damnatus eris, *absunt ab ed. quia antiquitus exciderunt propter alicuius librarii socordiam transilientis a priore* eris *ad alterum* eris. *Est autem haec insignis emendatio.* (n) *Cod.* dubitio. (o) *Ed.* te tantum.

sae similibus adflictae [a] incommodis civitates, legationibus ac testimoniis publicis persecuntur [b].

Cap. 32. Etenim deinceps videamus, Herbitensis civitas honesta, et antea copiosa, quemadmodum spoliata ab isto ac vexata sit. At quorum [c] hominum? summorum aratorum, remotissimorum a foro, iudiciis, controversiis: quibus parcere, consulere [d], homo inpurissime [e], et quod genus hominum studiosissime conservare debuisti. Primo anno (1) venierunt eius agri decumae tritici me [f]. XXXIII. MII ꟾꟾX. [g] Atidius [h] istius item minister in decumis, cum emisset, et praefecti nomine cum venisset Herbitam cum veneris [i], locusque ei publice, quo [k] deverteretur, datus esset; coguntur Herbitenses ei lucri dare trit. M. ccIↃↃ ccIↃↃ ccIↃↃ ꟾꟾ ccccc [l], cum [m] decumae venissent trit. M. ccIↃↃ IↃ . . [n] XIIM ꟾꟾ [o]. Atque hoc tantum lucri coguntur dare publice, | tum cum privatim aratores ex agris spoliati, atque exagitati decumanorum iniuriis

Cod. p. 60.

(a) *Ed.* affl. (b) *Ed.* persequuntur. (c) *Cod* atque horum. (d) *Ed.* et consulere. (e) *Ed.* imp. (f) *Idest* medimnum. (g) *Ed.* medimnum XVIII. (h) *Cod.* Atfidius, *qua scriptione significatur, ut reor, varia lectio* Atidius, *et* Aufidius. (i) *Ita cod. pro* veneriis. (k) *Cod.* quod. (l) *Ed.* medimnum XXVII. millia. (m) *Cod.* cu. (n) *Lacuna trium quatuorve notarum.* (o) *Ed.* medimnum XVIII.

(1) *Sequitur locus de decumis Herbitensium, valde vitiatus in libris seu mss. seu editis, et apud criticos propter obscuritatem et corruptelam diu controversus. De eo extat auctoritas etiam Frontonis exempl. eloc. ed. rom. p. 373. Mihi quidem nunc satis erit vaticanum palimpsestum fideliter repraesentare.*

profugissent. Anno secundo cum emisset Apronius decumas tritici M. ccIↃↃ ccIↃↃ IↃↃↃ cIccc [a] et ipse Herbitam cum illa praedonum copia manuque venisset; populus publice coactus est ei conferre lucri tritici M. xxvi ccIↃↃ ccIↃↃ ∞ [b] et accessionis [c] HS. II [d] De accessione dubito an Apronio [e] data sit, merces operae atque inpudentiae [f]. De tritici quidem numero tanto quis potest dubitare, quin ad istum praedonem frumentarium, sicut agyrinense [g] frumentum, pervenerit?

Cap. 33. Anno (1) tertio vero in hoc agro consuetudine usus [h] est regia. Solere aiunt reges barbaros [i] Persarum ac Syrorum, plures uxores habere: is [k] autem uxoribus civitates attribuere, hoc modo: haec civitas mulieri [l] redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crinis [m]: ita populos habent universos non solum conscios libidinis suae, verum etiam || administros. Eandem istius, qui se regem Siculorum esse dicebat, licentiam libidinemque fuisse cognoscite. Aeschrionis [n] syracusani uxor est Pipa [o]; cuius nomen istius nequitia tota Sicilia pervagatum et [p] pervulgatum est; de qua Cod. p. 53.

(a) *Ed.* medimnum XXV. (b) *Ed.* medimnum XXVI. (c) *Ed.* accessionem. (d) *Ed.* H-S. cIↃ cIↃ. (e) *Ed.* Apronio ipsi. (f) *Ed.* imp. (g) *Cod.* agir. (h) *Cod.* 1. *manu* usos *cum archaismo*, 2. usus. (i) *Ed.* barbaros reges. (k) *Ita cod. pro* iis. *Ed.* his. (l) *Cod.* mulierem. (m) *Ed.* crines. (n) *Cod.* Aeschry *Sed idem recte infra* Aeschri. (o) *Ita cod. constanter*, *at ed.* Pippa. (p) *Verba* pervagatum et *desunt in ed.*

(1) *Ita exorditur caput in cod.; non autem absurde a* solere, *ut in ed. postquam sententia iam loci coeperat.*

muliere versus plurimi supra tribunal et supra praetoris caput scribebantur. Hic Aeschrio, Pipae vir adumbratus, in herbitensibus decumis novus instituitur publicanus. Herbitenses cum viderent, si ad Aeschrionem praetium [a] resedisset [b], se ad arbitrium lubidinosissimae [c] mulieris spoliatum iri; liciti sunt usque adeo [d], quoad se efficere posse arbitrabantur: supra adiecit Aeschrio: neque enim metuebat [e], ne, praetore Verre [f], decumana mulier damno adfici posset [g]. Addicitur med. IↃↃↃVIIIↀↀↀCIↃ nimio [h] fere pluris, quam superiore anno. Aratores funditus evertebantur: adeo [i] magis, quod iam superioribus annis adflicti [k]
Cod. p. 54. erant ac paene | perditi. Intellexit iste ita magno venisse, ut amplius ab Herbitensibus exprimi non posset: demit de capite medimnum [l]. Iubet in tabulas pro med. [m] IↃↃↃↀↀↀↀD referre DIIIↃↃↃↀↀ [n].

Hordei (1) decumas eiusdem agri Docimus emerat. Hic est Docimus, ad quem iste adduxerat Tertiam Isidori mimi [o] filiam, vi abductam ab rho- Cap. 34.

(a) *Ed.* pret. (b) *Ed.* recidisset. (c) *Ed.* libid. (d) *Ed.* eo. (e) *Cod.* metuebant. (f) *Cod.* Vere. (g) *Cod.* posse. (h) *Ed.* addicitur medimnum XXXV. millibus, dimidio *etc.* (i) *Ed.* et eo *pro* adeo. (k) *Ed.* exhausti. (l) *Cod.* med. (m) *Ed.* pro medimnum. (n) *Ed.* demit de capite medimnum CIↃ CIↃ CIↃ IↃC. iubet in tabulas pro medimnum XXV. referri XXXI. et CCCD. *Codex tamen in postrema summa* DIIIↃↃↃↀↀ *fortasse habet* DET *pro* DII. (o) Cod. TERTIAMMISIDORIMI; *quae scriptura*

(1) *Heic in codice fit capitis initium, sic postulante sententia: perperam autem in ed. a verbis* hic est Docimus.

ff *

dio tibicine. Huius Tertiae plus etiam, quam Pipae, plus quam ceterarum, ac prope dicam[a] tantum aput[b] istum in siciliensi praetura auctoritas potuit, quantum in urbana[c] Chelidonis. Veniunt Herbitam duo praetoris aemuli[d] non molesti, mulierculaurum deterrumarum inprobissimi[e], cognitores: incipiunt postulare, poscere, minari: non poterant tamen, cum cuperent, Apronium imitari. Siculi Siculos non pertimescebant. Cum omni[f] ratione tamen illi calumniarentur, promittunt Herbitenses vadimonium Syracusas. Eo postea quam ventum || . . . . . .

* * *

Cap. 36. . . . *de populi romani* victu, de vectigalium nervis, de sanguine detraxisset aerari[g], Tertiae mimae condonavit. Utrum inpudentius ab sociis apstulit[h]? an turpius meretrici dedit? an inprobius[i] ·P·R· ademit? an audacius tabulas publicas commutavit? Ex horum severitate te ulla vis eripiet aut ulla largitio? non eripiet. Si eripuerit[k], non intellegis[l], haec, quae iamdudum loquor, ad aliam quaestionem, atque ad peculatus iudicium pertinere? Itaque hoc mihi reservabo genus integrum totum: Cod. p. 75.

prorsus indicat variam codicum lectionem mimi Isidori *et* Isidori mimi.

(a) *Cod.* ac pro decimam. (b) *Ed.* apud. (c) *Cod.* urbanam. (d) *Cod.* praetores simul. (e) *Ed.* teterrimarum impr. (f) *Cod.* omnia. (g) *Ed.* aerarii. (h) *Ed.* imp. a sociis abst. (i) *Ed.* impr. (k) *Ed.* largitio eripiet? sed si eripuerit etc. *Deest igitur in ed.* comma non eripiet; *additur autem* sed. (l) *Ed.* intellegis.

ad illam, quam institui, causam frumenti ac decumarum revertar. Qui cum agros maximos et [a] feracissimos per se ipsum [b] hoc est, per Apronium, Verrem alterum, depopularetur, ad minores civitatis [c] habebat alios, quos tamquam canes immitteret, nequam homines et improbos; quibus aut frumentum, aut pecuniam publice cogebat [d] dari.

Aulus Valentius est in Sicilia interpres: quo iste interprete [e] non ad linguam | graecam, sed ad furta et flagitia uti solebat. Fit hic interpres [f], homo levis atque egens, repente decumanus: emit [g] agri liparensis miseri atque ieiuni decumas med. cIↃ [h]. Liparenses vocantur [i]: ipsi accipere decumas, et numerare Valentio coguntur lucri HS. xxx. [k] Per deos immortales! utrum tibi sumes ad defensionem? tanto ne minoris te decumas vendidisse, ut ad med. clc [l] HS. xxx. [m] lucri statim sua voluntate civitas adderet, hoc est tritici med. ∞∞ [n]? an, cum magno decumas vendidisses, te expressisse ab invitis Liparensibus hanc pecuniam? Sed quid ego ex te quaero, quid defensurus sis potius, quam cognoscam ex ipsa civitate, quid gestum sit? [o] [R. testimonium publicum Liparensium;] deinde quem-

Cap. 37.

Cod. p. 76.

(a) *Ed.* ac. (b) *Cod.* pulsum *pro* ipsum. (c) *Ed.* civitates. (d) *Cod.* cogebant. (e) *Cod.* inpreto. (f) *Ed.* interpres hic. (g) *Cod* exiit. (h) *Ed.* tritici medimnis IↃC. (i) *Cod.* vocatur. (k) *In ed. additur* millia. (l) *Ed.* ad medimna IↃC. (m) *In ed. additur* millia. (n) *Ita etiam ed.* medimnum duo millia. (o) *Quae uncis claudo verba, ea codex desiderat, relicto vacuo spatio.*

admodum nummi [a] Valentio sint dati. TESTIMONIUM PUBLICUM QUOMODO SOLUTUM SIT. EX LITTERIS PUBLICIS. Etiam ne haec tam par||va civitas, tam procul a manibus tuis atque a conspectu remota, seiuncta a Sicilia, in insula [b] inculta, tenuique [c] posita in loco [d], cumulata aliis [e] tuis maioribus iniuriis, in hoc quoque frumentario genere, praedae tibi et quaestui fuit? quam tu totam insulam cuidam tuorum sodalium, sicut aliquod munusculum, condonaras: ab hac etiam haec frumentaria lucra, tamquam a mediterraneis, exigebantur? Itaque qui tot annis agellos suos, te ·PR·[f], redimere a piratis solebant, idem [g] se ipsos abs te [h] praetio imposito redemerunt. Cod. p. 65.

Cap. 38. Quid vero a Tissensibus [i] perparva [k] ac [l] tenui civitate, sed aratoribus laboriosissimis, frugalissimisque hominibus, nonne plus lucri nomine eripitur, quam quantum omnino frumenti [m] exararant? ad quos tu decumanum Diognetum [n].

(a) *Cod.* numina *pro* nummi. (b) *Ed.* in insulula. *Sed iam caveant lexicographi, ne hoc vocabulum unquam adament, quod vetustissimus codex vaticanus respuit, nullus alius auctor confirmat.* (c) *Cod.* tenuitque. (d) In loco *abest ab ed.* (e) *Cod.* ais. (f) *Ed. melius* ante te praetorem. (g) *Ita cod. cum cras.* (h) *Ed.* a te. (i) *Cod* ATHENIENSIBUS, *ita scribente inerudito vel socorde librario nomen celebre Graeciae pro obscuro Siciliae. Neque licuit mihi ponere* a Themensibus; *infra enim idem librarius scribit* ATHENIENSES *pro* Tissenses, *quo postremo loco evidentius apparet litteram* a *mendose addi a librario.* (k) *Cod.* perparum. (l) *Ed.* et. (m) *Ed.* frumenti omnino. (n) *Ed.* Diognotum.

venerium misisti, novum genus publicani. Cur hoc auctore non Romae quoque servi publici ad [a] vectigalia accedant? Anno secundo Tissenses [b] [c]. . . Q. XXIII.

* * *

Cod. p. 88. . . . periculum pertinebant: non, inquam, Cap. 56. perpeterere, ut homines iniuriae tuae remedium morte ac suspendio quaererent, nisi ea res ad quaestum et ad praedam tuam pertineret. Quid illud perpeterere [d]? attendite iudices; omnibus enim nervis mihi contendendum [e] est, atque in hoc elaborandum [f], ut omnes intellegant [g], quam improbam, quam manifestam, quam confessam rem pecunia redimere conetur [h].

Grave (1) crimen est hoc, et vehemens, et post Cap. 57. hominum memoriam iudiciaque de pecuniis [i] repetundis constituta, gravissimum praetorem [k] socios habuisse decumanos. Non hoc nunc primum audit [l], privatus de inimico, reus ab accusatore: iam ante [m] in sella sedens praetor, cum provinciam Siciliam optineret [n], cum ab omnibus non solum, id quod com-

(a) *Ed.* servi ad publica *perperam.* (b) *Cod.* Athenienses. (c) *Pagina* 66. *non legitur. Extat tamen in eius calce nota quaternionis XXIII. Item p.* 87. *non legitur.* (d) *Cod.* pertinerere. (e) *Ed.* connitendum. (f) *Ed.* laborandum. (g) *Ed.* intellig. (h) *Ed.* conentur. (i) *Ita cod.* 2. *manu; at* 1. pecunis, *ut alibi* (k) *Ed.* praetorem populi romani. (l) *Ita cod.* 2. *manu; at* 1. audivit. (m) *Ed.* antea. (n) *Ed.* obt.

(1) *Sic in codice recte inquit capitulum. Perperam vero in ed. post quatuor versus incipit a verbis* non hoc nunc primum. *Ratio rei cuique considerantı patescet.*

mune est propter imperium, sed etiam id quod istius praecipuum est, propter crudelitatem metueretur, miliens [a] audivit, cum eius animum ad persequendum non neglegentia [b] tardaret, sed conscientia sceleris avaritiaeque suae refrenaret [c]. Loquebantur enim decu||*mani* . . .

* * *

Cap. 60. . . . totam iniquam eierat [d]. Impudentiam [e] singularem! id [f] postulat se Romae absolvi, qui in sua provincia iudicavit absolvi se [g] nullo modo posse? qui plus existimet apud lectissimos senatores pecuniam, quam aput [h] tres negotiatores metum [i], valere? Scandilius vero negat se [k] aput Artemidorum recuperatorem verbum esse facturum: et tamen auget atque onerat te bonis condicionibus [l], si uti [m] velis. Si ex provincia Sicilia tota statuas idoneum iudicem aut recuperatorem nullum posse repperiri [n], postulat abs te [o], ut Romam rem [p] reicias [q]. Hic enimvero tu exclamas, hominem improbum, qui postulet ibi [r] de tua existimatione iudicium fieri, ubi te invidiosum esse intellegit [s]; negas te Romam reiecturum: negas de conventu recuperatores daturum: cohortem [t] pro- Cod. p. 131.

(*a*) *Ed.* millies. (*b*) *Ed.* neglig. (*c*) *Ed.* refraen. (*d*) *Ed.* eiurat. (*e*) *Ed.* o imp. (*f*) *Ed.* hic. (*g*) *Ed.* se absolvi. (*h*) *Ed.* apud. *Sic et infra.* (*i*) *Cod.* metu. (*k*) *Ed.* sese. (*l*) *Ed.* condition. (*m*) *Ed.* si tu uti. (*n*) *Ed.* reper. (*o*) *Ed.* a te. (*p*) *Deest in ed.* rem. (*q*) *Ed.* reiicias. (*r*) *Cod. mendose* tibi. (*s*) *Ed* intelligebat. (*t*) *Ed.* cohortem tuam.

ponis. Scandilius rem se totam relicturum dicit; et suo tempore esse rediturum. Quid tu ibi tum? quid facis? Scandilium cogis; quid? sponsionem acceptam facere? Inpudenter[a] tollis expectatum[b] existimationis tuae iudicium; non facis. Quid Cod. p. 132. ergo? Apronio permittis, ut quos | velit de cohorte sumat recuperatores? Indignum, uni potius ex iniquis sumendi, quam utrisque ex aequis reiciendi[c] fieri potestatem. Neutrum facis eorum. Quid ergo? est ne[d] aliquid, quod improbius fieri possit[e]? cogit enim Scandilium quinque illa milia[f] nummum dare atque adnumerare Apronio. Quid potuit elegantius facere praetor cupidus existimationis bonae, qui ab se[g] omnem suspicionem propulsare[h]? qui se eripere ex infamia cuperet?

Adductus erat in sermonem, invidiam, vituperationem; dictitarat homo improbus atque inpurus[i] Apronius, socium esse praetorem: venerat res in iudicium atque in[k] discrimen: potestas erat isti homini integro atque innocenti data ut, in Apronium cum animadvertisset[l], sese gravissima levaret infamia. Quid excogitat poenae? quid animadversionis in Apronium? cogit Scandilium Apronio ob singularem improbita- Cap. 61.

(a) *Ed.* imp. (b) *Ed.* exsp. (c) *Ed.* reiic. (d) *Ed.* est aliquid. (e) *Ed.* potest. *Cod.* possit est; *quod fit ob indicandam variam lectionem* possit et potest. (f) *Ed.* millia. (g) *Ed.* ab sese. (h) *Ed. perperam* propulsaret. (i) *Ed.* imp. (k) *Deest* in *in ed.* (l) *Cod.* animum advertisset.

tem atque audaciam praedicationemque nefariae societatis, HS. ꟾↄↄ .[a] mercedis ac praemii nomine [b] dare. || Quid interfuit, homo audacissime, utrum hoc decerneres, an id, quod Apronius dictitabat, ut tute de te [c] confiterere [d] ac dictitares? quem hominem, si quis pudor in te, atque adeo si quis metus fuisset, sine supplicio dimittere non debuisti; hunc [e] abs te sine praemio discedere noluisti. Omnia simul intellegere potestis [f], iudices, ex hoc [g] uno crimine scandiliano: primum, hoc non esse Romae natum de societate decumarum; non ab accusatore fictum; non, ut, ut solemus interdum in defensionibus dicere, crimen domesticum ac vernaculum, non ex tempore periculi tui constitutum; sed vetus, agitatum [h] iam et, te praetore [i], iactatum, et non ab inimicis Romae compositum, sed Romam ex provincia deportatum [k]. Simul illut intellegi [l] potest istius in Apronium studium, Aproni [m] de isto non modo confessio, verum etiam commemoratio. Eodem accedit, quod hoc quoque intellegere [n] potestis, istum statuisse in provincia sua existumationis [o] suae iudicium extra cohortem suam committendum fuisse nemini. | Cod. p. 137.

(a) *Ed.* H-S. V. millia. (b) *Deest* nomine *in ed.* (c) *Ed.* tu de te *sine* ut. (d) *Ed.* profiterere. (e) *In codice videtur* nunc. (f) *Ed.* intelligere potuistis. (g) Hoc *deest in ed.* (h) *Ed.* excogitatum. (i) *Pro* et te praetore *nil aliud est in cod. quam* ·PR. (k) *Ed.* *Ed.* de provincia exportatum. (l) simul intelligi. (m) *Ed.* Apronii. (n) *Ed.* intelligere. (o) *Ed.* caution.

Cod. p. 138. Ecquis est iudex, cui non ab initio decumani criminis persuasum sit, istum in aratorum bona fortunasque impetum fecisse? quis hoc non ex eo statim iudicavit, quod ostendi, istum decumas nova lege, atque adeo nulla lege, contra omnium consuetudinem atque instituta vendidisse? Verum ut [a] istos ego iudices tam severos, tam diligentes, tam religiosos non haberem; ecquis est, ex iniuriarum magnitudine, improbibitate decretorum, iudiciorum iniquitate, qui hoc non iamdudum statuerit et iudicarit? Etiam sane sit aliqui [b] dissolutior in iudicando, legum, officii, rei publicae, sociorum atque amicorum neglegentior [c], quid? is possit ne de istius improbitate dubitare, cum tanta lucra facta, tam iniquas pactiones vi et metu expressas cognoverit? tanta [d] praemia civitates vi atque imperio virgarum, ac mortis metu, non modo Apronio, atque eius militibus [e], verum etiam veneriis servis dare coactas? Quod si qui [f] sociorum incommodis minus commovetur [g]: si quem aratorum || Cap. 62.

. . .

* * *

Cod. p. 89. Tenetur igitur iam, iudices, et manifesto tenetur avaritia, cupiditas hominis, scelus, improbitas, audacia. Quid si haec, quae dico, ip- Cap. 65.

(a) *Deest* ut *in cod.* (b) *Ed.* aliquis. (c) *Ed.* neglig. (d) *Ed.* cum tanta. (e) *Ed. melius* similibus. (f) *Ed.* si quis. (g) *Ed.* movetur.

sius amici defensoresque iudicarunt? quid am-
plius voltis[a]? Adventu ·L· Metelli ·PR·, cum om-
nes eius comites iste sibi suo illo panchresto me-
dicamento amicos reddidisset, aditum est ad
Metellum: eductus est Apronius: eduxit vir pri-
marius ·C· Gallus[b] senator: postulavit ab[c] ·L·
Metello, ut ex edicto suo iudicium daret in A-
pronium, QUOD PER VIM ET[d] METUM APSTULIS-
SET[e]: quam formulam octavianam et Romae Me-
tellus habuerat, et habebat in provincia: non im-
petrat; cum hoc diceret Metellus, praeiudicium
se[f] de capite ·C· Verris per hoc iudicium[g] nolle
fieri. Tota Metelli cohors hominum non ingrato-
rum aderat Apronio. C· Gallus[h], homo vestri[i]
ordinis, a suo familiarissimo ·L· Metello iudicium
ex edicto non potest impetrare. Non reprehendo
Metellum: pepercit homini amico, et, quemad-
modum ipsum dicere audivi, necessario: non re-
Q. XXVI. prehendo, inquam, Metellum[k]: | sed hoc miror, Cod. p. 90.
quomodo, de quo homine praeiudicium noluit[l]
fieri per recuperatores, de hoc ipso non modo
praeiudicaret[m] verum gravissime ac vehementissi-
me iudicaret[n]. Primum enim, si Apronium ab-
solutum[o] iri putabat[p], nihil erat quod ullum
praeiudicium vereretur: deinde, si condemnato

(a) *Ed.* voltis amplius. (b) *Ed.* Gallius. (c) *Ed.* a. (d) *Ed.* aut. (e) *Ed.* abst. (f) *Ed. pro* a se. (g) *Cod.* iugium. (h) *Ed.* Gallius. (i) *Ed.* nostri. (k) *Pagina* 90. *et* 95. *carent scriptura. Connectitur autem textus tullianus p.* 96. (l) *Ed.* noluerit. (m) *Ed.* praeiudicarit. (n) *Ed.* iudicarit. (o) *Cod.* absolutu. (p) *Cod.* putabant. *Ed.* putaret.

Apronio, coniunctam cum eo Verris causam omnes erant existimaturi; Metellus quidem certe iam hoc iudicabat, eorum rem causamque esse coniunctam, qui statuerat [a], Apronio condemnato, de isto praeiudicium [b] futurum: et simul una res utrique rei est argumento; et aratores vi et metu coactos Apronio multo plus, quam debuerint, dedisse; et Apronium istius rem suo nomine egisse, cum L. Metellus statuerit non posse Apronium condemnari, quin simul de istius scelere atque improbitate iudicaretur.

Venio nunc ad epistulam [c] Timarchidis [d] liberti istius et accensi: de qua cum dixero, toCap. 66.
Cod. p. 85. tum hoc crimen decumanum perorabo [e]. || Haec epistula [f] est, iudices, quam nos Syracusis in aedibus Aproni [g], cum litteras conquireremus, invenimus: missa est, ut ipsa significat [h], ex itinere, cum Verres iam de provincia decessisset, Timarchidis manu scripta. R. epistulam [i] Timarchidis. TIMARCHIDES [k] VERRIS ACCENSUS. Iam hoc quidem non reprehendo, cum scribat [l] TIMARCHIDES ACCENSUS; cur enim hoc sibi [m] scribae soli sumant? L. PAPIRIUS [n] SCRIBA. Volo ego hoc esse commune accensorum, lictorum,

(a) *Ed.* statuerit. (b) *Cod.* praeiudicio. (c) *Ed.* epistolam. (d) *Vituperabilem amanuensis inconstantiam vel in hoc nomine licet cognoscere, quod non semel recte ab eo scribitur* Timarchides; *sed etiam mendose* Thimarchides, Tymarchides, Timarcides. (e) *Ed.* peroraro. (f) *Ed.* epistula. (g) *Ed.* Apronii. (h) *Cod.* significant. (i) *Cod.* epistula; *quam lectionem retinere, licebit si* R. *legas* recitetur. (k) *Deest hoc vocab. in cod.* (l) *Ed.* quod adscripsit. (m) *Ed.* sibi hoc. (n) *Cod.* 1. *manu* Papinius; 2. Papirius.

viatorum. FAC DILIGENTIAM ADHIBEAS QUOD AD PRAETORIS EXISTIMATIONEM TENET [a]. Commendat Apronio Verrem, et ortatur [b], ut inimicis eius resistat. Bono praesidio munitur existimatio tua, siquidem in Aproni [c] constituitur diligentia atque auctoritate. HABES VIRTUTEM ELOQUENTEM [d]. Quam [e] copiose laudatur Apronius a Timarchide! quam magnifice! cui ego illum non putem [f] placere oportere, qui tanto opere [g] Timarchidi probatus sit! HABES SUMTUM UNDE FACIAS. | Necesse est, quod redundarit de vestro frumentario quaesstu, ad illum potissimum, per quem agebatis, defluxisse. SCRIBAS APPARITORES RECENTIS A ARRIPE CUM ·L· VULTEIO, QUI PRIMUM, PLURIMUM POTEST. CAEDE [k], CONCIDE. Videte quam valde malitiae suae confidat Timarchides, qui etiam Apronio inprobitatis [l] praecepta det. Iam hoc, CAEDE CONCIDE, nonne verba domo patroni depromere videtur, ad omne genus nequitiae accommodata? VOLO, MI FRATER [m], FRATERCULO TUO CREDAS. Consorti quidem in lucris atque in [n] furtis gemino, et simillimo nequitia, inprobitate, audacia. Cod. p. 86.

Cap. 67. IN COHORTE CARUS HABERIS [o]. Quid est hoc, IN COHORTE? quo pertinet? Apronium doces? quid? in vestram cohortem, te monitore, an sua sponte

(a) *Ed.* ad existimationem praetoris attinet. (b) *Ita cod. sine adsp.* (c) *Ed.* Apronii. (d) *Ed.* virtutem atque eloquentiam. (e) *Cod.* qua. (f) *Ed.* non putem illum. (g) *Ed.* tantopere. (h) *Ed.* recentes. (i) Primum *deest in ed.* (k) *Cod.* cedere. (l) *Ed.* impr. (m) *Deest* frater *in cod.* (n) *Deest* in *in ed.* (o) *Ed.* habere.

pervenerat? QUOD CUIQUE [a] OPUS SIT OPPONE. Qua inpudentia [b] putatis eum in dominatione [c] fuisse, qui in fuga tam improbus sit? Ait, omnia pecunia effici posse. DARE PROFUNDERE OPORTET [d] SI VELIS VINCERE. Non hoc mihi tam [e] molestum est Apronio suadere Timarchidem, quam quod hoc || idem patrono suo praecipit. TE POSTULANTE OMNES VINCERE SOLENT. Verre [f] quidem ·PR·, non Sacerdote, non Paeduceo [g], non ii hoc ipso Metello. SCIS METELLUM SAPIENTEM ESSE. Hoc vero ferri non potest, inrideri [h] viri optimi, ·L· Metelli ingenium, et contemni ac despici a fugitivo Timarchide. SI VOLTEIUM [i] HABEBIS, OMNIA LUDIBUNDUS CONFICIES. — Hic vehementer errat [k] Timarchides, qui aut Volteium pecunia [l] corrumpi putet posse [m], aut Metellum unius arbitratu gerere praeturam; sed errat coniectura domestica: quia multos per se et per alios multa lubidinosa aput [n] Verrem effecisse vidit; ad omnis [o] eosdem patere aditus arbitratur: facilius vos efficiebatis a Verre [p], quod multa eius ludorum genera noratis. INCULCATUM EST METELLO ET VOLTEIO TE ARATORES EVERTISSE. Quis istuc

Cod. p. 83.

(a) *Cod.* quidquid. (b) *Ed.* imp. (c) *Cod.* dominationes. (d) *Cod.* oporteres. *Ed.* da, profunde, oppone. (e) *Deest* tam *in ed.* (f) *Cod.* Verrem. (g) *Ita etiam ed.* Paed. *At enim retro cod.* Peduceo. *ed.* Peducaeo. (h) *Ed.* irrid. (i) *Ed.* Vulteium. *Sic et infra.* (k) *Cod.* erat. (l) *Cod.* pecuniam. (m) *Cod* posset. (n) *Ed.* multa ludibundos libidinosa apud. (o) *Ed.* omnes. (p) *Ed.* efficiebatis ludibundi quae volebatis a Verre.

Apronio attribuebat, cum aratorem aliquem everterat? aut Timarchidi, cum ob iudicandum, aut decernendum, aut imperandum aliquit [a], aut remittendum, pecuniam acceperat? aut | Sextio lictori, cum aliquem innocentem securi percusserat? Cod. p. 85. nemo; omnes enim ei [b] tunc attribuebant, quem nunc comdemnari [c] volunt. OBTUDERUNT AURES TE SOCIUM PRAETORIS FUISSE. Vides hoc [d] quam clarum sit et [e] fuerit? cum etiam Timarchides hoc metuat: concedes ne, hoc crimen in te nos non [f] confingere, sed iampridem ad crimen aliquam defensionem libertum quaerere? Libertus est [g] accensus tuus, et tibi ac liberis tuis omnibus in rebus coniunctus ac proximus: ad Apronium scribit, volgo [h] esse ab omnibus ita demonstratum Metello, tibi Apronium in decumis socium fuisse. FAC SCIAT IMPROBITATEM ARATORUM: IPSI SUDABUNT SI DII VOLUNT [i]. Quid [k] istud [l], per deos immortalis [m], aut qua de causa excitatum esse dicamus in aratores tam infestum odium atque tantum? quantam iniuriam fecerunt Verri aratores ut eos etiam libertus et accensus [n] eius tam irato animo ac [o] litteris insequatur?

Cap. 68. Neque ego huius fugitivi, iudices, vobis epis-

(a) *Ed.* aliquid. (b) *Ed. absurde* ei Verri *pro* enim ei. (c) *Ita cod.* com *pro* con. (d) *Ed.* vides ne hoc. (e) *Ed.* ac. (f) *Ed.* non hoc crimen nos in te. (g) *Ed.* et *pro* est. (h) *Ed.* vulgo. (i) *Cod.* si dolunt. (k) *Ed.* quod. (l) *Ita cod.* 2. *manu*; *at* 1. istum. (m) *Ed.* immortales. (n) *Cod.* accessus. (r) *Ed.* his *pro* ac.

tulam, recitassem, nisi ut ex ea totius familiae praecepta et instituta et disciplinam cognosceretis. Videtis ut || . . .

* * *

Cod. p. 93. . . . *quis de*nique conatus est facere, aut posse fieri cogitavit, ut cum senatus usura publicanos [b] saepe iuvisset [c], magistratus a publicanis pecuniam pro usura [d] auderet auferre? Certe huic homini spes nulla salutis esset, si publicani, hoc est si equites ·R· iudicarent: minor esse nunc, iudices, vobis disceptantibus debet: et tanto minor, quanto est honestius alienis iniuriis, quam re [e] sua, commoveri. Quid ad haec respondere cogitas? Utrum factum negabis? an tibi hoc licitum esse defendes? Negare qui potes? an ut tanta auctoritate litterarum, tot testibus publicanis convincare [f]? Licuisse vero qui? si hercule te tuam pecuniam [g], praetorem [h] in provincia faeneratum [i] docerem? tamen effugere non posses (1): set [k] publicam, sed ob frumentum decretam, sed a publicanis fenore [l] acceptam [m]: hoc licuisse cuiquam probabis? quo Cap. 72.

(*a*) *Ed.* epistolam vobis. (*b*) *Ed.* publicanos usura. (*c*) *Cod.* iusisset. (*d*) *Ed.* usuris. (*e*) *Cod.* res (*f*) *Cod.* convincere. (*g*) *Ed.* si mehercule te pecuniam tuam. (*h*) *Ita cod. At ed.* non populi romani; *nempe ob confusionem* ·P R· *cum* ·PR· (*i*) *Ed.* foen. (*k*) *Ed.* sed. (*l*) *Ita cod., quamquam paulo ante faen. Ed.* foen. (*m*) *Ed.* accepto.

(1) *Hoc loco Lambinus lacunam asterisco denotabat; sed immerito.*

non modo ceteri [a], sed tu ipse nihil audacius improbiusque fecisti. Non mehercule hoc, quod omnibus singulare videtur, de quo mihi deinceps dicendum est, possum, iudices, | dicere audacius esse aut inpudentius [b], quod permultis civitatibus pro frumento nihil solvit omnino. Maior haec praeda fortasse [c]: sed illa inpudentia [d] certe non minor. Et quoniam de illa faeneratione [e] satis dictum est, nunc de hac tota pecunia aversa, quaeso, cognoscite. Cod. p. 94.

Cap. 73. Siciliae civitates multae sunt, iudices, ornatae atque honestae; ex quibus in primis numeranda est civitas Halaesina [f]: nullam [g] enim repperietis [h] aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, aut auctoritate graviorem. Huic iste in annos singulos cum LX. M. tritici [i] modium imperavisset, pro tritico nummos apstulit [k], quantum [l] erat in Sicilia triticum: quos de publico nummos acceperat, retinuit omnis [m]. Obstipui [n], iudices, cum hoc mihi primum Halaesae [o] demonstravit in senatu Halaesinorum [p] homo summo ingenio, summa prudentia, summa auctoritate praeditus, halaesinus Aeneas, cui senatus [q] dederat publicam [r] causam uti mihi fratrique meo gratias age-

(a) *Cod.* cet. (b) *Ed.* imp. (c) *Ed.* fortasse est. (d) *Ed.* imp. (e) *Ed.* foen. (f) *Ed.* Hales. (g) *Cod* nulla. (h) *Ed.* reper. (i) *Ed.* tritici millia. (k) *Ed.* abst. (l) *Ed.* quanti. (m) *Ed.* omnes. (n) *Ed.* obstupui. (o) *Cod.* Halaese. *Ed.* Halesae. (p) *Ed.* Hales. *Sic deinceps.* (q) *Cod.* saenatus, *ut in cod. Cic. de rep.* (r) *Ed.* publice.

ret, et simul qui nos ea, quae ad iudicium pertinerent, doceret. Demon||stravit [a] hanc istius consuetudinem [b] fuisse, quod omnis frumenti pecunia [c] decumanorum [d] nomine paenes [e] istum esset redacta: solitum esse istum pecuniam cogere a civitatibus, frumentum improbare: quantum esset frumentum [f] Romam [g] mittendum, tantum de suo quaestu ac de sua copia frumenti mittere. Posco rationem [h]: inspicio litteras: video frumenti granum Halaesinos, quibus LX. M. modium inperata [i] erant, nullum dedisse: pecuniam Timarchidi et Volcatio [k] scribae dedisse. Repperio [l] genus huiusmodi, iudices, praedae, ut praetor qui frumentum [m] emere debeat [n], non emat sed vendat: pecunias, quas civitatibus distribuere debeat [o], eas omnes avertat atque auferat. Non mihi iam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur, civitatum frumentum improbare, cum suum frumentum [p] probasset: praetium ei frumento constituere; quod constituisset, id a [q] civitatibus auferre [r]: quod a P.R. accepisset, tenere.

Quot [s] voltis [t] esse in uno furto peccatorum gradus? ut si singulis insistere velim, | progredi Cap. 74.

(Cod. p. 91. / Cod. p. 92.)

(a) *Ed.* demonstrat. (b) *Ed.* consuetudinem ac rationem. (c) *Ed.* copia. (d) *Ed.* decumarum. (e) *Ed.* penes. (f) *Ed.* quantum frumenti Romam esset mittendum. (g) *Cod.* Romae. (h) *Ed.* rationes. (i) *Ed.* imp. (k) *Ed.* Volcatio et Timarchidi. (l) *Ed.* reper. (m) *In codice* frumen *legitur.* (n) *Ed.* debebat. (o) *Ed.* debebat. (p) *Non repetitur* frumentum *in ed.* (q) *Deest* a *in ed.* (r) *Cod.* auferet. (s) *Cod.* quod. (t) *Ed.* vultis.

iste non possit. Inprobas[a] frumentum Siculorum[b]. Quid, ipse quod[c] mittis? peculiarem habes aliquam Siciliam, quae tibi ex alio genere frumentum subpeditare[d] possit? Cum senatus decernit, ut ematur in Sicilia frumentum[e], aut cum populus iubet; hoc, ut opinor, intellegit[f], ex Sicilia siculum frumentum apportari oportere. Tu cum civitatum Siciliae vulgo omne frumentum improbas, nunc[g] ex Aegypto, aut Syria[h] frumentum Romam[i] missurus esses[k]? Improbas halesinum[l], cephaloeditanum, thermitanum, amestratinum[m], tyndaritanum[n], herbitense, multarum praeterea civitatum. Quid accidit tandem, ut horum populorum agri frumentum eiusmodi, te ·PR· , ferrent, quod numquam antea; quod[o] neque tibi, neque ·P·R· possit[p] probari, praesertim cum ex isdem[q], agris, eiusdem[r] anni frumentum ex decumis Romam mancipes advexissent? quid acciderat, ut ex eodem horreo decumanum probaretur, emptum improbaretur[s]? Dubium est[t], quin ista omnis improbatio cogendae pecuniae cau||sa nata sit? Cod. p. 81.
Esto: improbas halaesinum: habes ab alio populo quod probes: eme illud, quod placet: missos fac eos, quorum frumentum improbasti. Sed

(a) *Ed.* impr. *Et sic infra cod.* (b) *Ed.* siculum. (c) *Cod.* quem. (d) *Ed.* supped. (e) *Cod.* in Sici aut. *Amanuensis enim praetermisit verniculum.* (f) *Ed.* intelleg. (g) *Ed.* num. (h) *Ed.* aut ex Syria. (i) *Cod.* Roma. (k) *Ed.* mittis. (l) *Hoc loco etiam cod.* halcs. *sine diphth.* (m) *Ed.* amistr. (n) *Cod.* tind. (o) *Ed.* ut *pro* quod. (p) *Cod.* possint. *Ed.* posset. (q) *Ed.* iisdem. (r) *Ed.* eiusdemque. (s) *Ed.* emtum non probaretur (t) *Ed.* dubium ne est.

ab aliis [a], quos repudias, exigis tantum pecuniae, quantum ad eum numerum frumenti satis sit, quem civitati imperas emendum [b]. In medimma singula video ex libris [c] publicis tibi Halaesinos HS. quinos denos dedisse. Ostendam ex tabulis locupletissimorum aratorum, eodem tempore neminem in Sicilia pluris frumentum vendidisse.

Quae est ergo ista ratio, aut quae potius amentia, frumentum improbare id, quod ex eo loco [d] sit ex quo senatus et ·P·R· emere [e] voluerit, et [f] ex eo acervo, ex quo partem tu idem, decumanorum [g] nomine, probaris: deinde a civitatibus pecuniam [h] ad emendum frumentum cogere, cum ex aerario acceperis? Utrum enim [i] te lex terentia Siculorum pecunia frumentum emere, an populi romani pecunia frumentum a [k] Siculis emere iussit? || [l] . . . Cap. 75.

Q. XXVII.

* * *

Cod. p. 129.

. . . . . cognoscite ex litteris publicis civitatium [m], et ex testimoniis publicis: in quibus nihil a te fictum, nihil ad tempus accommodatum [n] intellegitis [o]. Omnia quae dicimus, rationibus populorum non interpositis neque perturbatis neque repentinis, sed certis, institutis, ordine relata

(a) *Ed.* ab iis. (b) *Ed.* civitati imperas. Dubium est quid egeris? In medimna etc. (c) *Ed.* litteris. (d) *Cod.* locos. (e) *Ed.* emi. (f) *Deest* et *in ed.* (g) *Ed.* decumarum. (h) *Ed.* pecunias. (i) *Deest* enim *in ed.* (k) *Ed.* ab. (l) *Pagina* 82. *non legitur. Est tamen in eius calce nota quaternionis XXVII.* (m) *Ed.* civitatum. (n) *Cod.* ac commodo datum. (o) *Ed.* intellig.

atque confecta sunt. R. RATIONES HALESINORUM. Cui pecuniam datam dicit? Dic [a] etiam clarius. VOLCATIO, TIMARCHIDI, MAEVIO.

Cap. 76. Quid est, Verres? ne illam quidem tibi defensionem reliquam fecisti, mancipes in istis rebus esse versatos? mancipes frumentum improbasse? mancipes praetio cum civitatibus decidisse, et eosdem abs te illarum civitatum [b] nomine pecunias abstulisse, deinde ipsos sibi frumentum coemisse: nihil haec ad te pertinere? Mala mehercule ac misera defensio, praetorem hoc dicere: ego frumentum neque attigi, neque aspexi [c]: mancipibus potestatem probandi improbandique permisi: mancipes a civitatibus pecunias extorserunt: ego autem, quam | pecuniam populis dare debui, mancipibus dedi. Mala est haec quidem, ut dixi, ac potius perdita [d] maximorum peccatorum, huius autem iniquitatis et inertiae confessione, defensio criminis: sed hac ipsa tibi, si uti cupias, non licet: vetat te Volcatius, tuae tuorumque deliciae, mentionem mancipis facere. Timarchides autem, columen familiae vestrae, premit fauces defensionis tuae: cui simul, et Volcatio [e] pecunia a civitatibus [f] numerata est. Iam vero scriba tuus anulo [g] aureo suo, quem ex is [h] rebus invenit, Cod. p. 150.

(a) *In ed. geminatur* dic. (b) *Ita cod.; quamquam paulo ante* civitatium. (c) *Ed.* adsp. (d) *Octo verba sequentia usque ad* defensio *desunt in ed. Et ipsa quidem e vetusto codice dederat olim Lambinus, sed eadem postea laevo consilio editorum exclusa fuerant; quae nunc demum antiquissimus vat. codex restituit.* (e) *Cod. hoc loco* Volcacio. (f) *Ed.* a civitate. (g) *Ed.* annulo. (h) *Ed.* his.

ista te ratione uti non sinet. Quid igitur est relicum [a], nisi ut fateare, te Romam frumentum emptum [b] Siculorum pecunia [c] misisse: publicam pecuniam domum tuam convertisse? O consuetudo peccandi, quantum habes iucunditatem [d] improbis et audacibus, cum poena abfuit [e] et licentiam [f] consecuta est! Iste in hoc genere peculatus non nunc primum invenitur, sed nunc demum tenetur. Vidimus || . . .

* * *

Cod. p. 135. . . . *oppug*nari iura dicet? quasi vero hoc scribis [g] ullo exemplo sit aut ullo iure concessum. Quid ergo vetera [h] repetam? aut quid eorum scribarum mentionem faciam, quos constat sanctissimos homines atque innocentissimos fuisse? Non praeterit [i], iudices, vetera exempla pro fictis fabulis iam audiri atque haberi: in his temporibus versabor miseris ac perditis. Nuper, Hortensi, quaestor fuisti: quid tui scribae fecerint, tu potes dicere: ego de meis hoc dico, cum in eadem ista Sicilia pro frumento pecuniam civitatibus [k] solverem; et mecum duos frugalissimos homines scribas haberem, ·L· Mamilium et ·L· Sergium, non modo istas duas quinquagesimas, sed omnino nummum nullum cuiquam esse deductum [l]. Cap. 78.

(*a*) *Ed.* reliquum. (*b*) *Ed.* emtum. (*c*) *Cod.* pecuniam. (*d*) *Ed.* in improbis. (*e*) *Cod.* poenam fuit; *quae fuerunt pronunciantis in dictando vitia.* (*f*) *Ed.* licentia. (*g*) *Cod.* scribit. (*h*) *Cod.* revera. (*i*) *Ed.* non me fugit. (*k*) *Ed.* civitatibus pecuniam. (*l*) *Cod.* decem.

Cap. 79. Dicerem, hoc mihi totum esse adtribuendum [a], iudices, si illi umquam hoc a me postulassent [b], si umquam omnino [c] cogitassent. Quamobrem enim scriba deducat, non mulio plus qui advexerit [d]? non tabellarius, cuius adventu cer|tiores facti pe- Cod. p. 136. tiverunt? praeco, qui adire iussit? viator aut venerius, qui fiscum (1) sustulit? quae pars operis [e] aut opportunitatis in scriba est, cur ei non modo merces tanta detur, sed cur cum eo tantae pecuniae partitio fiat? Ordo est honestus. Quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? est vero honestus, quod eorum hominum fidei [f] tabellae publicae [g] periculaque magistratuum committuntur. Itaque ex his scribis, qui digni sunt illo ordine, patribus familias [h], viris bonis atque honestis, percunctamini [i] quid sibi istae quinquagesimae velint: iam omnes [k] intellegetis [l], novam rem totam atque indignam [m] videri. Ad eos me scribas revoca si placet: noli hos colligere [n], qui nummulis corrogatis de nepotum bonis [o], ac de scenicorum corollaris [p],

---

(a) *Ed.* attr. (b) *Cod.* possent. (c) *Cod.* omni. (d) *Ed.* ac non potius mulio qui advexit. (e) *Ed.* operae. (f) *In cod. post* fidei *repetitur* hominum. (g) *Cod.* publice. (h) *Cod.* familiis. (i) *Ed.* percont. (k) *Cod.* omnibus. (l) *Ed.* intellig. (m) *Cod.* indigna. (n) *Cod.* corrigere. (o) *Cod.* donis. (p) *Ed.* corollariis.

(1) *Sacculum pecuniae scilicet. Extat autem in museo vaticano, haud procul atrii iuliani ingressu fiscus saxeus tumens sculptus; iuxtaque grandius ad depromendos nummos veluti cochlear, cum inscriptione* VIATOR AD AERARIUM.

cum decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum [a] in secundum ordinem civitatis evenisse [b] dicunt. Eos scribas tecum disceptatores [c] huius || criminis habebo, qui istos scribas moleste ferunt esse [d]. Tametsi id [e], cum in eo ordine videamus esse multos non idoneos, qui ordo industriae propositus est et dignitati; quid mirabimur, turpis [f] esse aliquos [g], quo cuivis praetio licet [h] pervenire?

Cod. p. 133.

Cap. 80.

Tu ex pecunia publica HS. terdeciens [i] scribam tuum permissu [k] tuo cum abstulisse fateare, reliquam tibi ullam defensionem putas esse? hoc quemquam ferre [l] posse? hoc quemquam denique nunc tuorum advocatorum animo aequo audire arbitrare? qua in civitate C. Catoni, consulari homini, clarissimo viro [m] S. [n] VIII M. [o] lis aestimata [p] sit; in eadem civitate adparitori [q] tuo esse concessum, ut S. terdeciens [r] uno nomine auferret? Hinc ille est anulus [s] aureus, quo tu istum in concione donasti, quae tua donatio singulari inpudentia [t] prae-

(a) *Cod.* exspilosoporum. (b) *Ed.* se venisse. (c) *Cod.* disceptatorem. *Dormitabat sine dubio aut insaniebat librarius, cum tam mendose nonnullas paginas scriberet.* (d) *Ed.* esse moleste ferunt. (e) *Insolitum hoc* id, *deestque in ed.* (f) *Cod.* turbis. *Ed.* turpes. (g) *Ed.* aliquos ibi esse, quo. (h) *Cod.* proelio. *Ed.* licet pretio. (i) *Ed.* tredecies. (k) *Cod.* permissum. (l) *Ed.* ferre quemquam. (m) *Ed.* clarissimo viro, consulari homini. (n) *Ed.* H-S. *Sic infra.* (o) *Ed.* XVIII. millibus. (p) *Deest* lis *in cod.* (q) *Cod.* adpari. *Ed.* appar. (r) *Haec esse debet in codice scriptura, et sic partim saltem mihi legere videbar.* *Ed.* H-S. tredecies uno nomine. (s) *Ed.* annulus. *Sic infra.* (t) *Ed.* imp.

Cod. p. 134.

dita, nova Siculis omnibus, mihi vero incredibilis videbatur. Saepe enim nostri imperatores superatis [a] hostibus, optime rep. gesta scribas suos [b] anulis aureis in concione | donarunt. Tu vero quibus rebus gestis, quo hoste superato, concionem donandi causa advocare ausus es? Neque enim solum scribam tuum anulo, sed etiam virum fortissimum ac tui dissimillimum ·Q· Rubrium, excellentem virtute, auctoritate, copiis, corona et phaleris et torque donasti: ·M· Cossutium, sanctissimum virum atque honestissimum: ·M· Castricium [c], summo splendore, ingenio, gratia praeditum. Quid haec sibi horum [d] civium ·R· dona voluerunt? Siculos praeterea potentissimos nobilissimosque [e] donasti: qui non, quemadmodum sperasti, tardiores fuerunt; sed ornatiores tuo iudicio ad testimonia dicenda [f] venerunt. Quibus ex hostium spoliis? de qua victoria? qua ex praeda aut manubiis haec abs te donatio constituta est? an quod, te praetore, paucorum adventu myoparonum [g] classis pulcherrima, Siciliae praesidium propugnaculumque [h], provinciae, piratarum manibus incensa est? quod [i] ager syracusanus praedonum || . . .

* * *

(a) *Cod.* separatis; *sed recte infra.* (b) *Cod.* scriba suis. (c) *Ed.* Castritium. (d) *Ed.* horum trium. (e) *Cod. tantum* potentissimosque, *omisso per imprudentiam vocabulo priore.* (f) *Ed.* dicunda. (g) *Cod.* miop. (h) *Ed.* propugnaculum praesidiumque. (i) *Ed.* an quod.

Cod. p. 139. . . . *meminimus* aut audivimus, non fecerunt [a]. Cap. 82.

Quaero abs te nunc [b], Hortensi, cum utris ne [c] tandem istius factum collaturus es? cum is [d], credo, qui benignitate adducti, per beneficium et gratiam civitatibus concesserunt, ut nummos pro frumento darent. Hoc, credo, petisse [e] ab isto aratores, ut cum ex ternis tritici modium vendere non possent, pro singulis modiis ternos denarios dare liceret. An, quoniam hoc non [f] audes dicere, illuc confugies, vecturae [g] difficultate adductos ternos denarios dare maluisse? Cuius vecturae? quo ex loco? in quem locum? ne portarent Philomelio [h] Ephesum? Video, quid inter annonam [i] interesse soleat: video quot [k] dierum via sit: video Philomeliensibus expedire, quanti Ephesi sit frumentum, dare [l] potius in Phrygia [m], quam Ephesum portare, aut ad emendum [n] frumentum Ephesum pecuniam et legatos mittere. In Sicilia vero quid eiusmodi est [o]? Henna [p] mediterranea est maxime: coge, ut ad aquam [q], id quod [r] sumi [s] iuris est, frumentum Hennenses metiantur: vel Phintiam | vel Halesam, vel Catinam, loca inter se Cod. p. 140. maxime [t] diversa, eo die quo iusseris, deporta- Cap. 83.

(a) *Ed.* fecerint. (b) *Ed.* nunc a te. (c) *Deest* ne *in ed.* (d) *Ed.* iis. (e) *Ed.* petiisse. (f) *Ed. male* cum non. (g) *Cod.* vectura. (h) *Cod.* Philomelo. (i) *Cod.* annona. (k) *Cod* quod. (l) *Ed.* tantum dare. (m) *Cod.* potius Phryagia. (n) *Cod.* portare ad amendum. (o) *Desideratur in ed.* est. (p) *Ed.* Enna. (q) *Ed.* ad aquam tibi. (r) *Cod.* quot. (s) *Ed.* summi. *Sed* sumi *aliam sententiam nobis exhibet.* (t) *Cod.* maxima.

bunt : tametsi ne vectura quidem est opus [a]. Nam totus quaestus hic [b], iudices, existumationis [c] ex annonae natus est varietate : hoc enim magistratus in provincia adsequi potest, uti ibi accipiat [d], ubi est carissimum : ideo valet ista ratio aestumationis [e] in Asia : valet in Hispania : valet in his provinciis, in quibus unum praetium frumento esse non solet. In Sicilia vero quid cuiusquam intererat, quo loco daret ? neque enim portandum erat : et quo quisque vehere [f] iussus esset, ibi tanti [g] frumentum emeret, quanti domi vendidisset. Quam ob rem si vis, Hortensi, docere, aliquid [h] ab isto simile in aestumatione [i], atque a ceteris esse factum, doceas oportet, aliquo' in loco Siciliae, praetore Verre, ternis denaris [k] tritici modium fuisse.

Cap. 84. Vide, quam tibi defensionem patefecerim, quam iniquam [l] in socios, quam remotam ab utilitate reip. quam seiunctam voluntate [m], ac [n] sententia legis. Tu cum tibi ego frumentum in meis agris, atque in mea || , *civitate* . . .

. . . cum tibi senatus ex aerario pecuniam promisisset [p], et singulos tibi denarios adnumerasset, Cod. p. 156.

(a) *Ed.* opus est. (b) *Cod.* hoc. (c) *Ed.* aestimationis. *Codex quoque paulo infra habet* aestumationis. (d) *Cod.* accipiant. (e) *Ed.* aestim. (f) *Cod.* veneri. (g) *Ed.* tantidem. (h) *Ed.* si quid, Hortensi, docere vis. (i) *Ed.* aestim. (k) *Ed.* denariis. (l) *Ita cod.; quamquam alibi* inicus. (m) *Cod.* sciunctam voluntatem. *Ed.* seiunctam a voluntate. (n) *Ed.* atque. (o) *Pagina 155. non legitur, quia funditus, ut aliae complures, eluta.* (p) *Cod.* promisisset.

quos tu pro singulis modis [a] aratoribus persolveres [b], quid facere debuisti? Si quod L. Piso ille Frugi, qui legem de pecunis [c] repetundis primus tulit; cum emisses quanti esset, quod superaret pecuniae rettulisses [d]: si, ut ambitiosi homines aut benigni; cum pluris senatus aestumasset [e], quam quanti [f] esset annona, ex senatus aestumatione [g], non ex annonae ratione [h] solvisses: sin, ut plerique faciunt, in quo [i] erat aliqui quaestus [k], sed is honestus atque concessus, frumentum, quoniam vilius erat, ne emisses, sumsisses id nummorum, quod tibi senatus cellae nomine concesserat.

Hoc vero quid est? quam habet rationem, non quaero aequitatis, sed ipsius improbitatis atque inpudentiae [l]? Neque enim [m] fere quicquam [n] quod homines palam facere [o] audeant in magistratu, quamvis improbe [p], quin eius facti, sin [q] bonam at [r] aliquam rationem adferre soleant. Hoc quid || Cap. 85.

* * *

Cod. p. 147. . . . ut daret arator, quos non exararat, quos non aratro ac manu quaerit, boves et aratrum Cap. 86.

(a) *Ita cod. cum crasi pro* modiis. (b) *Ed.* solveres. (c) *Ed.* pecuniis. (d) *Ed.* retulisses. (e) *Ed.* aestim. (f) *Cod.* aestumasset quanti quanti. (g) *Ed.* aestim. (h) *Cod.* rationes. (i) *Ed.* in quo etiam. (k) *Cod. mendose* aliquetus. *Scripsi autem* aliqui, *more tulliano, pro* aliquis. (l) *Ed.* imp. (m) *Ed.* enim est. (n) *Ed.* quidquam. (o) *Cod.* fecere. (p) *Ed.* improbi. (q) *Ed.* si non. (r) *Cod.* aut.

ipsum atque [a] omne instrumentum vendat, necesse est. Non enim debetis hoc cogitare, habet idem in nummis, habet idem in urbanis praedis [b]: nam cum aratori ius [c] aliquod inponitur, non hominis [d], si quae sunt praeterea facultates, sed arationis ipsius vis ac ratio consideranda est; quid ea sustinere, quid pati, quid efficere possit ac debeat. Quamquam [e] illi quoque homines sunt/ab isto omni ratione exinaniti ac perditi; tamen hoc vobis est statuendum, quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in rep. fungi ac sustinere velitis. Imponitis decumas; patiuntur: alteras; temporibus vestris serviendum putant: emptum [g] praeterea; dabunt, si voletis. Haec quam sint gravia, et quid his rebus detractis possit ad dominos puri ac reliqui pervenire, credo vos ex vestris inpensis [h], ex vestris rebus rusticis coniectura adsequi posse. [i] [Addite nunc eodem istius, edicta, instituta, iniurias:] addite Aproni [k] veneriorum|que servorum in agro decumano regna ac rapinas. Quamquam haec omitto: de cella loquor. Placet [l] vobis in cellam magistratibus nostris [m] frumentum Siculos dare gratis [n]? quid hoc indignius? quid hoc iniquius? atqui [o] hoc [p] scitote, aratori- Cod. p. 148.

(a) *Ed.* et. (b) *Ita cod. cum crasi, loco* praediis. (c) *Ed.* onus. (d) *Ed.* omnes. (e) *Cod.* quam. (f) *Ed.* sunt homines. (g) *Ed.* emtum. (h) *Verba* ex vestris inpensis *desunt in ed.* (i) *Sequentia verba a me uncis inclusa absunt a codice.* (k) *Ed.* Apronii. (l) *Ed.* placet ne. (m) *Ed.* vestris. (n) *Ed.* gratis dare. (o) *Cod.* atq. *Ergo* atque *videtur legendum.* (p) *Deest* hoc *in ed.*

bus, Verre [a] praetore, optandum ac petendum fuisse.

Sositheus [b] est entellinus, homo cum primis prudens, et domi nobilis, cuius verba audistis: qui ad hoc iudicium legatus publice cum Artemone [c], et Menisco [d], primariis viris, missus est. Is [e] cum in senatu entellino multa mecum de istius iniuriis ageret, hoc dixit: si hoc de cella atque hac aestumatione [f] concederetur, velle Siculos senatui polliceri frumentum in cellam gratis, ne posthac tantas pecunias magistratibus nostris decerneremus. Perspicere vos certo scio, Siculis quanto opere [g] hoc expediat, non aequitate condicionis [h], sed ad minima malorum eligenda: nam qui mille modium Verri suae [i] partis in cellam || gratis dedisset; duo ·M· nummum aut [k] summum tria dedisset; idem nunc pro eodem numero frumenti [l] S. [m] VII· M. dare coactus est. Hoc arator adsequi per triennium, certe fructu suo, non potuit; vendiderit instrumentum, necesse est. Quod si hoc munus et hoc vectigal aratio tolerare, hoc est Sicilia [n] ferre ac pati potest, populo romano ferat potius, quam nostris magistratibus. Magna est enim [o] pecunia, magnum praeclarumque vectigal: si modo id salva provincia, sine [p] iniuria so-

Cap. 87.

Cod. p. 117.

(a) *Ed.* hoc praetore. (b) *Ed.* Sosithenus. (c) *Ed.* Arth. (d) *Cod.* Medinisco, *sed ni ibidem expungitur.* (e) *Cod.* his. (f) *Ed.* aestim. (g) *Ed.* quantopere. (h) *Ed.* non ad aequitatem conditionis. (i) *Cod.* Verris ea partis. (k) *Cod.* aput. (l) *Cod.* frumentum. (m) *Ed.* H-S. (n) *Cod.* Sicia. (o) Enim deest in *ed.* (p) *Ed.* si sine.

ciorum percipere possumus [a], nihil detraho. Magistratibus tantumdem detur in cellam, quantum semper datum est: quod praeterea Verres imperat, id si facere non possunt, recusent: si possunt, populi romani potius hoc sit vectigal, quam praeda praetoris. Deinde, cur in isto [b] genere solo frumenti ista aestumatio [c] constituatur [d]? Si est aequa et ferenda, debet populo romano Sicilia decumas: det pro singulis M.[e] tritici ternos denarios [f]: sibi habeat frumentum. Data tibi est pecunia [g], Verres: una, qua frumentum tibi emeres in cellam: altera qua frumentum emeres a civitatibus, quod Romam mitteres. Tibi datam pecuniam domi retines, et praeterea pecuniam permagnam tuo nomine aufers. Fac idem in eo frumento, quod ad ·P·R· pertinet: exige eadem aestumatione pecuniam a civitatibus, refer [h], quam accepisti: tum refertius erit aerarium ·P·R· quam umquam fuit. At enim istam rem in publico frumento Sicilia non ferret: hanc rem in meo frumento tulit. Proinde quasi aut aequior sit ista aestumatio in tuo, quam in ·P·R· commodo: aut ea res, quam ego dico, et ea, quam tu fecisti, inter se genere iniuriae, non magnitudine pecuniae differat. Cod. p. 118.

(a) *Ed.* positis. (b) *Ed.* in uno. (c) *Ed.* aestim. (d) *Ed.* constituitur. (e) *Id est modiis.* (f) *Ed.* ternos X, *quod perinde est: etenim nota* X *significat denarium.* (g) *Ed.* pecunia est. (h) *Ed.* et refer.

Verum (1) istam ipsam cellam ferre nullo modo possunt: ut omnia remittantur, ut omnibus iniuriis et calamitibus [a], quas te praetore tulerunt, in posterum liberentur; istam cellam [b] atque istam aestumationem [c] negant [d] ullo modo ferre posse. Multa Sosippus [e] agrigenti||nus aput [f] CN. Pompeium cos. nuper, homo disertissimus, et omni doctrina et virtute ornatissimus, pro tota Sicilia de aratorum miseriis graviter et [g] copiose dixisse ac deplorasse dicitur, ex quibus hoc iis, qui aderant [h] . . . Cap. 88.

* * *

Cod. p. 124. . . . | non ex eo quod licuerit, set [i] ex eo quod aliquis fecerit, id quod reprehenditur, recte factum esse defendes? Fecerunt alii. Quid [k]? alia quam multa. Cur in hoc crimine isto genere defensionis uteris? Sunt quaedam omnino in te singularia, quae in nullum hominem hominem alium [l] dici, neque convenire possint: quaedam tibi cum multis communia. Ergo, ut omittam tuos peculatus, ut ob ius dicendum pecunias acceptas, ut eiusmodi cetera, quae

(a) *Cod.* camitatibus. (b) *Ed.* istam se cellam. (c) *Ed.* aestim. (d) *Ed.* negant se. (e) *Ed.* Sophocles. (f) *Ed.* apud. (g) *Ed.* ac; *male, quia aliud ac mox sequitur.* (h) *Reliquam paginae partem prope ad purum oblitteratam praetermitto.* (i) *Ed.* sed. (k) *Deest* quid *in ed.* (l) *Ed.* alium hominem

(1) *Ita exorditur capitulum in cod.; non autem a* multa Sophocles (*seu* Sosippus) *ut fit in ed.*

forsitan alii quoque etiam [a] fecerint : illud, in quo te gravissimum [b] accusavi, quod ob iudicandam rem pecuniam accepisses, eadem ista ratione defendes, fecisse alios? Ut ego adsentiar [c] orationi, defensionem tamen non probabo. Potius enim, te damnato, ceteris angustior locus improbitatis defendendae relinquetur [d], quam, te absoluto, ali [e] quod [f] audacissime fecerunt, recte fecisse existimentur.

Cap. 89. Lugent omnes provinciae: queruntur omnes liberi populi: regna denique etiam [g] omnia || de nostris cupiditatibus et iniuriis expostulant: locus intra oceanum iam nullus est, neque tam longinquus neque tam reconditus, quo non per haec tempora nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit: sustinere iam populus romanus omnium nationum non vim, non arma, non bellum, sed luctum, lacrimas [h], querimonias [i] non potest. In eiusmodi re ac moribus, si is [k], qui erit adductus in iudicium, cum manifestis in flagitiis tenebitur, alios eadem fecisse dicet, illi exempla non deerunt: reip. salus deerit, si improborum exemplis improbi iudicio ac periculo liberabuntur. Placent vobis hominum mores? placet ita geri magistratus, ut Cod. p. 149.

(a) *Ed. tantum* etiam. *Videtur autem varia lectio in codicem recepta.* (b) *Ed.* gravissime. *Iam* gravissimum, *si sana lectio est, dicitur heic adverbialiter.* (c) *Ed.* assent. (d) *Ed.* relinquatur. (e) *Ed.* alii. (f) *Cod.* quid. *Ergo* aliquid *scripsit amanuensis.* (g) *Ed.* iam. (h) *Ed.* lacrym. (i) *Cod.* quaer. (k) *Cod.* suis.

geruntur? placet socios sic tractari, quod restat, ut per haec tempora tractatos videtis? Cur haec a me opera consumitur? quid sedetis? cur non in media oratione mea consurgitis atque disceditis? Voltis [a] autem istorum audaciam [b] ac li-
Cod. p. 150. bidines aliqua ex parte resecare? Desinite | dubitare, utrum sit utilius, propter multos improbos uni parcere [c], an unius improbi supplicio multorum [d] improbitatem coercere.

Tametsi (1) quae ista sunt exempla multo- Cap. 90.
rum? nam in causa tanta cum in crimine maximo dici a defensore coeptum est, factitatum esse aliquid, expectant ii, qui audiunt, exempla ex vetere memoria ex [e] monumentis ac litteris, plena dignitatis, plena antiquitatis: haec enim plurimum solent et auctoritatis habere ad probandum, et iucunditatis ad audiendum. Africanos mihi, et Catones, et Laelios commemorabis? et eos fecisse idem dices? quamvis mihi res [f] non placeat, tamen contra hominum auctoritatem inpugnare [g] non potero. An cum eos non poteris; proferes [h] hos recentes, ·Q· Catulum patrem, ·C· Marium, ·Q· Scaevolam, ·M· Scaurum, ·Q· Metellum? qui omnes provincias habuerunt,

---

(a) *Ed.* vultis. (b) *Ed.* audacias. (c) *Cod. mendose* iuntparere. (d) *Cod. item mendose* suplicio multorum. (e) *Ed.* et. (f) *Ed.* res mihi. (g) *Ed.* pugnare. (h) *Ed.* poteris proferre; proferes.

(1) *Ita recte in codice exorditur capitulum; male vero in ed. a verbis* haec enim plurimum.

et frumentum cellae nomine imperaverunt. Magna est hominum auctori||*tas* . . .

* * *

Cap. 91. . . . adflictam[a] et perditam erexisti atque recreasti: nam hoc de cella ne Lepidus quidem fecerat, cui tu successisti. Quae sunt tibi igitur exempla ex[b] Sicilia cellae, si hoc crimen non modo Marcelli facto, sed ne Lepidi quidem potes defendere? An me ad ·M· Antoni aestumationem[c] frumenti, exactionemque pecuniae revocaturus es? Ita, inquit, ad Antoni[d]: hoc enim mihi significasse et annuisse visus est. Ex omnibus igitur praetoribus, cos·[e], imperatoribus, ·M· Antonium delegisti, et eius unum improbissimum factum, quod imitarere? Et hic utrum mihi difficile est dicere, an his[f] existimare, ita se in isto[g] infinito imperio ·M· Antonium gessisse, ut multo isti perniciosius sit dicere, se in re[h] improbissima voluisse ·M·[i] Antonium imitari, quam si posset defendere[k], nihil in vita se ·M· Antoni[l] simile fecisse. Homines in iudiciis ad crimen defendendum, non quid[m] fecerit quispiam proferre solent, sed quid probarit. Antonium, cum multa contra sociorum salutem, |[n] multa contra

Cod. p. 141.

Q. XXVIIII. Cod. p. 144.

(a) *Ed.* affl. (b) *Ed.* in. (c) *Ed.* M· Antonii aestum. (d) *Ed.* ad ·M· Antonii. (e) *Ed.* procos. *Confer p.* 507. *v.* 13. *ubi* consules, *non* procos. (f) An his *deest in cod.* (g) *Ed.* illo. (h) *Deest in cod.* se in. (i) *Deest* M· *in ed.* (k) *Ed.* defendere possit. (l) *Ed.* M. Antonii. (m) *Cod.* at quis. (n) *Pagg.* 142. 143. *scriptura carent; connectitur tamen tullianus textus p.* 144. *In calce paginae* 143. *est nota quaternionis XXVIIII.*

utilitatem provinciarum et faceret et cogitaret, in mediis eius iniuriis et cupiditatibus mors oppressit. Tu mihi, quasi eius omnia facta atque consilia senatus populusque R. conprobarint [a], ita M. Antoni [b] exemplo istius audaciam defendis.

At [c] idem fecit Sacerdos. Hominem innocentem et summa prudentia praeditum nominas: sed tum idem fecisse erit existimandus, si eodem consilio fecerit. Nam genus aestimationis ipsum a me numquam est reprehensum: sed eius aequitas aratorum commodo et voluntate perpenditur. Non potest reprehendi ulla aestumatio [d], quae aratori non modo incommoda non est, sed etiam grata est. Sacerdos, ut in provinciam venit, frumentum in cellam imperavit. Cum esset ante novum tritici modius denaris [e] quinque [f], petierunt ab eodem civitates ut aestumaret [g]: remissior aliquanto eius fuit aestimatio, quam annona [h]: nam aestimavit [i] denaris III. Vides eandem [k] aestimationem, propter temporis dissimilitudinem, in illo || . . . Cap. 92.

* * *

Cod. p. 151. . . . quotus erit iste denarius, qui non sit ferendus, et in quo primum aestumationis [l] ini- Cap. 94.

(a) *Ed.* iudices compr. (b) *Ed.* M. Antonii. (c) *Cod.* ad. (d) *Ita cod.; et sic idem paulo ante et post* aestim. (e) *Ed.* denariis. *Ita et infra.* (f) *In codice pro* quinque *legitur* num, *quasi* nummis. (g) *Ed.* aestim. (h) *Cod.* annonam, *sed* m *ibidem expuncta. Ed.* annonae. (i) *Cod.* aestumatio. (k) *Ed.* eamd. (l) *Ed.* aestim. *Sic et infra.*

quitas atque improbitas reprehendatur? non enim a vobis summa, sed genus aestumationis erit conprobatum: neque hoc potestis iudicare, tribus [a] denariis [b] aestumare [c] licere, denis non licere: ubi enim semel ab annonae ratione, et ab aratorum voluntate res ad praetorum [d] libidinem translata est; non est iam in lege, neque [e] in officio, sed in voluntate hominum atque avaritia positus modus aestumandi [f]. Quapropter si vos semel in iudicando finem aequitatis et legis transieritis, scitote, vos nullum ceteris in aestumando [g] finem improbitatis [h] et avaritiae reliquisse.

Cap. 95. Videte (1) igitur quam multa simul a vobis postulentur. Absolvite illum [i], qui se fateatur maximas pecunias cum summa sociorum iniuria cepisse [k]: non est satis. Sunt alii quoque complures [l], qui idem fecerint: absolvite etiam illos, si qui sunt; ut uno iudicio quam plurimos improbos liberetis. | Ne id quidem satis est: facite ut ceteris posthac idem liceat: licebit. Cod. p. 152. Adhuc parum est. Permittite, ut liceat, quanti quisque velit, tanti aestimet: aestumabit [m]. Vi-

(a) *Ed.* ternis. (b) *Ita cod.; etsi idem retro* denariis. (c) *Ed.* aestim. (d) *Ed.* praetoris. (e) *Ed. male* atque. (f) *Ed.* aestim. (g) *Ed.* aestim. (h) *Ed.* impr. (i) *Ed.* eum. (k) *Cod.* coepisse. (l) *Ed.* plures. (m) *Ed.* aestim. *Sequuntur in codice duo versus oblitterati; sive ea interpolatio aut corruptio est, sive revera rectus textus, sed obscuratus. Mirum autem quod huius paginae prius laterculum continet versus XXII; alterum vero*

(1) *Ita rectius in codice fit capituli initium, deterius vero in ed. a verbis* quapropter si vos.

detis iam profecto, iudices, hac aestumatione[a] a vobis conprobata[b], neque modum posthac avaritiae cuiusquam, neque poenam improbitatis futuram. Quam ob rem[c] quid agis, Hortensi? Consul es designatus: provinciam sortitus es: de aestumatione[d] frumenti cum dices[e], sic te audiemus, quasi id, quod ab isto recte factum esse defendes, te facturum profiteare; et quasi quod isti licitum esse dices, vehementer cupias tibi licere. Si[f] id licebit, nihil est quod putetis quemquam posthac commissurum, ut[g] de pecunis[h] repetundis condemnari possit. Quantam enim quisque concupierit pecuniam, tantam licebit per cellae nomen aestumationis[i] magnitudine consequatur.

Cap. 96. At enim est quiddam, quod etiamsi palam in defendendo non dicet[k] Hortensius, tamen ita dicet ut vos id suspicari et cogitare possitis: pertinere hoc ad[l] commodum senatorium: pertinere ad utilitatem eorum, qui iudicent, qui in provinciis cum potestate aut legatione se futuros aliquando arbitrarentur[m]. Praeclaros vero exis||tumas[n] iudices nos habere, quos alienis peccatis concessuros putes, quo facilius ipsis[o] errare[p] liceat. Ergo id volumus populum romanum, id provincias, id socios, nationesque exteras existuma-

Cod. p. 145.

XXIII, cum tamen ceterarum paginarum latercula versus habeant XX.

(a) *Ed.* aestim. (b) *Ed.* compr. (c) *Ed.* quas ob res. (d) *Ed.* aestim. (e) *Ed.* cum dices frumenti. (f) *Ed.* atqui si. (g) *Deest* ut *in cod.* (h) *Ed.* pecuniis. (i) *Ed.* aestim. (k) *Ed.* dicit *heic et postea.* (l) *Cod.* ac. (m) *Ed.* arbitrentur. (n) *Ed.* existim. (o) *Ed. perperam* ipsos. (p) *Ita cod. 2. manu, at 1.* recreare. *Ed.* peccare.

re [a], si senatores iudicent, hoc certe unum genus infinitae pecuniae per summam iniuriam cogendae nullo modo posse reprehendi? Quod si ita est, quid possumus contra illum praetorem dicere, qui cotidie [b] templum tenet, qui remp. sistere negat posse, nisi [c] ad equestrem ordinem iudicia referantur? Quod si ille hoc unum agitare coeperit, esse aliquod genus cogendae pecuniae, senatorum commune, et iam prope concessum ordini, quo genere a [d] sociis maxima pecunia per summam iniuriam auferatur [e]; neque ullo modo senatoriis iudiciis reprehendi posse; idque, dum equester ordo iudicaret, numquam esse commissum, quis obsistet? quis erit tam cupidus vestri, tam [f] fautor ordinis, qui de transferendis iudiciis possit recusare?

Cap. 97. Atque utinam posset aliqua ratione hoc crimen, quamvis falsa, modo humana atque usitata defendere! minore periculo vestro, minore periculo provinciarum omnium iudicaretis. Negaret hac aestumatione [g] se usum? vos id credidissetis? homini credidisse [h], non factum conprobasse [i] videremini: nullo modo negare potest: urgetur a tota Sicilia: nemo est ex tanto numero aratorum, a quo pecunia cellae nomine non sit exacta. Vellem etiam hoc posset dicere, nihil ad se istam rationem pertinere: per quaestores rem Cod p. 146.

(a) *Ed.* existim. (b) *Ed.* quotidie. (c) *Ed.* ni. (d) *Ed.* ab. (e) *Ed.* avertatur, *quae lectio eiicienda est.* (f) *Cod.* ta. *Ergo vel* ita *vel* tam. (g) *Ed.* hac aestim. (h) *Ed.* *tantum* vos id credidisse homini. (i) *Ed.* compr.

frumentariam esse administratam: ne id quidem[a] licet dicere; propterea quod ipsius litterae recitantur ad civitates de tribus denariis[b] missae. Quae est igitur defensio? Feci quod arguis: coegi pecunias maximas cellae nomine: sed hoc mihi licuit: vobis, si prospicitis, licebit. Periculosum provinciis, genus iniuriae confirmari iudicio: perniciosum nostro ordini, populum romanum existumare[c] non posse eos homines, qui ipsi legibus teneantur, leges in iudicando religiose defendere. Atque isto praetore, iudices, non solum aestumandi[d] frumenti modus non fuit, sed ne inperandi[e] quidem: neque enim id, quod debebatur[f], sed quantum commodum fuit, imperavit. Summam faciam vobis ex publicis litteris ac testimonis[g] civitatum, frumenti in cellam imperati: repperietis[h] quinque[i] tanta[k], iudices, amplius istum quam quantum[l] in cellam sumere licitum sit, civitatibus imperasse. Quid ad hanc inpudentiam[m] addi potest, si aestumavit[n] tanti || . . .

* * *

Cod. p. 153. . . . *nul*lo modo potuerunt[o]. Arationes omnes[p] tota Sicilia desertas atque omnino[q] relictas esse cog- Cap. 98

(a) *Ed.* ei licet. (b) *Ed.* de ternis denariis. (c) *Ed.* existim. (d) *Ed.* aestim. (e) *Ita cod.*, *sed paulo post* imp. (f) *Cod.* dabitur. (g) *Ed.* et testimoniis. (h) *Ed.* reper. (i) *Ed.* quinquies; *cod.* quinq., *idest* quinque. (k) *Ita cod. et sic loquitur etiam Fronto. Ed.* tanto. (l) *Ed.* quantum ei. (m) *Ed.* imp. (n) *Ed.* si et aestim. (o) *In ed. additur* non pertulerunt. (p) *Deest* omnes *in ed.* (q) *Ed.* a dominis. *Cod.* 1. *manu* ab omnibus, 2. omnino.

noscitis: neque quicquam [a] aliud agitur hoc indicio, nisi ut antiquissimi socii, fidelissimi [b] Siculi, coloni populi ·R·, atque aratores, vestra severitate et diligentia, me duce et [c] auctore, in agros atque in sedes [d] suas revertantur.

IN ·C· VERREM III.

INCIPIT LIB. IIII.

FELICITER.

(a) *Ed.* quidquam. (b) *Ed.* fidelissimique. (c) *Ed.* atque. (d) *Ed. male* aedes.

IN ·C· VERREM

LIBER IIII.

Cap. 3. . . . *ho*spes esset Heiorum, mamertini autem populi patronus, ut illis benignis usus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum. Cod. p. 72. [a] Nuper homines nobiles eiusmodi, iudices, et quid dico nuper? immo vero modo ac plane paulo [b] ante vidimus: qui forum et [c] basilicas non spoliis provinciarum, sed ornamentis amicorum; commodis hospitum, non furtis nocentium ornarent: qui tamen signa atque ornamenta sua cuique reddebant; non ablata ex urbibus sociorum atque a-

---

(a) *Pagina* 71. *non legitur.* (b) *Ed.* paullo. (c) *Ed.* ac.

micorum [a] quadridui [b] causa [c], per simulationem aedilitatis, domum deinde atque ad suas villas auferebant. Haec omnia, quae dixi, signa, indices, ab Heio de sacrario Verres abstulit: nullum, inquam, horum reliquit, neque aliud ullum tamen, praeter unum pervetus ligneum, bonae Fortunae [d]: ut opinor, eam [e] iste habere domi suae || noluit.

Cod. p. 56. inv. Pro deum hominumque fidem! quid hoc est? Cap. 4.
quae haec causa est? quae ista inpudentia [f]? quae dico signa, ante quam abs te sublata sunt, nemo [g] Messanam cum imperio venit, quin viderit; tot praetores, tot consules in Sicilia, tum in pace, tum etiam in bello fuerunt; tot homines cuiusque modi; non loquor de integris, innocentibus, religiosis; tot cupidi, tot improbi, tot audaces: quorum nemo sibi tam vehemens, tam potens, tam nobilis visus est, qui ex illo sacrario quicquam [h] poscere, aut tollere, aut attingere auderet. Verres (1), quod ubique erit pulcherrimum auferet, nihil habere cuiquam praeterea [i] licebit? tot domus locupletissimas istius domus [k] una capiet? idcirco nemo superiorum attigit, ut iste tolleret? ideo Claudius Pulcher rettulit [l], ut C. Verres pos-

---

(*a*) Atque amicorum *deest in cod.* (*b*) *Ed.* quatridui. (*c*) *Cod.* causam. (*d*) *Ed.* bonam Fortunam. (*e*) *Ed.* eam, ut opinor. (*f*) *Ed.* imp. (*g*) Nemo *in ed. ponitur ante* venit. (*h*) *Ed.* quidquam. (*i*) *Ed.* praeterea cuiquam. (*k*) *Ed.* domus istius. (*l*) *Ed.* retulit.

(1) *In margine litteris priscis.* Argumentum per receptionem.

set auferre? | At [a] non requirebat ille Cupido (1) lenonis domum ac meritriciam disciplinam: facile illo sacrario patrio continebatur: Heio se a maioribus relictum esse sciebat in hereditate sacrorum: non quaerebat meretricis heredem. Sed quid ego tam vehementer invehor? verbo iam uno repellar. Emi, inquit. O di [b], immortales, praeclaram defensionem! mercatorem in provinciam [c] cum imperio ac securibus misimus, omnia qui [d] signa, tabulas pictas, omne argentum, aurum, ebur, gemmas coemeret: nihil cuiquam relinqueret: haec enim mihi ad omnia defensio patefieri videtur, emisse. Primum, si id, quod vis, tibi ego concedam (2), ut emeris; quoniam in toto hoc genere hac una defensione usurus es, quaero, cuiusmodi tu iudicia Romae putaris esse, si tibi hoc quemquam concessurum putasti, te in praetura atque imperio tot res, tam praetiosas [e], omnes denique res, quae alicuius praetii fuerint, tota ex provincia coemisse.

(a) *Cod. ad.* (b) *Ed.* dii. *Ita et cod. infra.* (c) In provinciam *transfertur post* securibus *in ed.* (d) *Ed.* qui omnia (e) *Ed.* pret. *Est autem haec pagina valde oblitterata, ita ut verba complura legi nequiverint.*

(1) *In margine litteris priscis scholium hoc.* Celidonem tangit; et ut crimina Verris ostenderet, in Cupidine illo nomen obicit meretricis.

(2) *In margine.* Argumentum per concessionem.

Videte maiorum diligentiam, qui nihil dum etiam . . . [a] Cap. 5.

* * *

Cod. p. 57. inv. . . . domi suae esse, non [b] aput [c] Verrem? qui poterat quicquam [d] eiusmodi dicere? ut homo turpissimus esset inpudentissimeque [e] mentiretur, hoc diceret: illa se habuisse venalia, eaque sese, quanti voluisset [f], vendidisse? Homo domi suae nobilissimus, qui vos de religione sua ac dignitate vere existimare maxime vellet, primo dixit se istum publice laudare, quod sibi ita mandatum esset: deinde neque se habuisse illa [g] venalia, neque ulla condicione [h], si, utrum vellet, liceret, adduci umquam potuisse, ut venderet illa quae in sacrario fuissent a maioribus suis relicta et tradita. Cap. 7.

Quid sedes, Verres? quid expectas [i]? quid te a Centuripina civitate, a Catinensi, ab Halesina [k], a [l] Tyndaritana, Hennensi [m], Agyrinensi [n], ceterisque Siciliae civitatibus circumveniri atque opprimi dicis? tua te altera patria, quemadmodum dicere solebas, Messana circumvenit: Cap. 8.

(a) *Paginae 196. et 195. inversae (capp. 5. et 6.) valde sunt oblitteratae, neque ad suppeditandas varietates idoneae. Item paginae 198. et 197. inversae, ubi continuatur oratio, neque ferme sunt oblitteratae.* (b) *Cod* non esse. (c) *Ed.* apud. (d) *Cod.* quisquam. *Sed s expungitur. Ed.* quidquam. (e) *Ed.* imp. (f) *Ed.* voluerit. (g) *Ed.* illa habuisse. (h) *Ed.* condit. (i) *Ed.* exsp. (k) *Cod.* Alesina. (l) *Ed.* ab. (m) *Ed.* Enn. (n) *Cod.* Agiryn.

tua, inquam, Messana, tuorum adiutrix scelerum, libidinum testis, praedarum ac furtorum re|ceptrix[a]: adest enim vir amplissimus eius civitatis, legatus, huius[b] iudicii causa domo missus, princeps laudationis tuae, qui te publice laudat[c]; ita enim mandatum atque imperatum est: tametsi rogatus de cybea (1), tenetis memoria quid responderit: aedificatam publicis operis publice coactis, eique aedificandae publice mamertinum senatorem praefuisse. Idem ad vos privatim, iudices, confugit: utitur hac lege, qua iudicium est communis rei sociorum[d]: tametsi lex est de pecunis[e] repetundis, ille se negat pecuniam repetere; quam ereptam non tanto opere[f] desiderat: sacra se maiorum suorum repetere abs te dicit: deos penatis te[g] patrios reposcit. Et qui[h] pudor pudor est? et quae religio, Verres? ecqui[i] metus? habitasti aput[k] Heium Messanae: res illum divinas aput eos deos in suo sacrario prope cotidie[l] facere vidisti: non movetur pecunia: denique quae ornamenti causa fuerunt, non requirit: tibi habe canephoros: deorum simulacra restitue.

Cod. p. 73. inv.

(a) *Pagina 58. inv. vacat scriptura; sed materia continuatur p. 73.* (b) *Ed.* huiusce. (c) *Cod.* laudant. (d) *Ed.* communis et privatae rei sociorum. (e) *Ed.* pecuniis. (f) *Ed.* tantopere. (g) *Ed.* penates a te. (h) *Ed.* ecqui, *et mox* ecqua. (i) *Ita codex insigni inconstantia a semet dissidens.* (k) *Ed.* apud. *Ita et mox.* (l) *Ed.* quotidie.

(1) *In margine priscis litteris.* Navis quae Verri aedificata est.

Cod. p. 74. Quae (1) quia dixit, quia, tem|pore dato, Cap. 9.
modeste aput vos socius amicusque ·P·R· questus[a] est; quia religioni suae non modo in diis patriis repetendis[b], sed etiam in ipso testimonio ac iureiurando[c] proximus fuit; hominem missum ab isto scitote esse Messanam de legatis unum, illum ipsum qui navi istius aedificandae publice praefuit, qui a senatu peteret, ut Heius adficeretur ignominia[d]. Homo amentissime, quid putasti inpetraturum te[e]? quanti, a civibus suis fieret, quanti auctoritas eius haberetur, ignorabas? Verum fac te inpetravisse[f]; fac aliquid gravius in Heium statuisse Mamertinos; quantam putas auctoritatem laudationis eorum futuram, si in[h] eum, quem constet verum pro testimonio dixisse, poenam constituerint? tametsi quae est ista laudatio, cum laudator interrogatus laedat necesse est? Quid? isti laudatores tui, nonne testes mei sunt? Heius[i] est laudator: laesit gravissume[k]: producam ceteros: reticebunt, quae poterunt, libenter: dicent, quae necesse erit, ingratis. Negent isti onerariam || . . .

* * *

(a) *Cod.* quaestus. (b) *Ed.* repetundis. (c) *Ed.* in ipso iureiurando ac testimonio. (d) *Ed.* ignom. affic. (e) *Ed.* te impetr. (f) *Ed.* quanti is. (g) *Ed.* imp. (h) *Cod.* sin. (i) *Cod.* Haeius. (k) *Ed.* gravissime.

(1) *Sic incipit capitulum in cod., non ut in ed. ab* homo amentissime.

IN C. VERREM

LIBER V.

Cap. 28. . . . propter hanc causam cum instituisset alios alio tempore producere, tamen in tanto conventu nemo erat[a], quin rationem numerumque haberet, et reliquos non desideraret solum, sed etiam posceret[b]. Cum magnus[c] numerus deesset, tum iste homo nefarius in eorum locum, quos domum suam de piratis abduxerat, substituere et subponere[d] coepit C. R.[e], quos certos[f] in carcerem antea coniecerat: quorum alteros[g], sertorianos milites fuisse insimulat[h], et ex Hispania fugientis[i] ad Siciliam adpulsos[k] esse dicebat: alios, qui a praedonibus capti erant[l], cum mercaturas facerent: alios quam ob causam[m] navigarent, sua volumtate[n] cum piratis fuisse arguebat. Itaque cum aliis[o] C. R. ne cognoscerentur, involutis e carcere capitibus[p] ad palum, ad necem rapiebantur[q]: alii cum a multis civibus romanis[r] cognoscerentur[s], ab omnibus defenderentur[t], se- Cod. p. 2.

(a) *Pagina* 1. *non legitur.* (b) *In ed. additur* et flagitaret. (c) *Ed.* maximus. (d) *Ed.* supp. (e) *Nempe* cives romanos. (f) *Cod.* cervos. *Editio non habet hoc vocabulum.* (g) *Ed.* alios. (h) *Ed.* insimulabat. (i) *Ed.* fugientes. (k) *Ed.* app. (l) *Ed.* erant capti. (m) *Notemus* quam ob causam, *pro* quamobrem, *vel* propterea quod. *Ed.* facerent, aut ob aliquam causam. (n) *Cod.*]voluntateme. *Et in quidem mendosa; verum e varia lectio pro* cum. (o) *Ed.* alii. (p) *Ed.* capitibus obvolutis e carcere. (q) *Cod.* repieb. (r) *Cod.* ameonis. (s) *Ed.* recognosc. (t) *Cod.* defenderetur.

curi ferebantur. Quorum ego de acerbissima morte crudelissimo||*que cruciatu* . . .

* * *

Cod. p. 23. . . . *praesi*dio [a], verum etiam praeda posset esse [b]. Cap. 31.
Nam aestate summa, quo tempore ceteri ·PR· obire provinciam et concursare consuerunt, aut [c] etiam in tot [d] praedonum metu et periculo ipsi navigare: eo tempore ad luxuriam [e] libidinesque suas domo sua regia, quae regis Hieronis fuit, qua ·PR· uti solent, contentus non fuit: tabernacula, quemadmodum consuerat temporibus aestivis, quod antea [f] demonstravi, carbaseis intenta velis, conlocari [g] iussit in litore: quod est litus in insula Syracusis post Arethusae fontem, propter ipsum introitum atque ostium portus, amoeno sane et ab arbitris remoto loco: hic dies aestivos iam continuos [h] praetor populi romani [i], custos defensorque provinciae, sic vixit, ut muliebria cotidie [k] convivia essent, vir accubaret [l] nemo, praeter ipsum, et praetextatum filium: tametsi recte sine exceptione [m] dixeram, virum, cum isti essent, neminem fuisse. Nonnumquam etiam libertus Timarchides adhibeba-

(a) *Cod.* dio cuius hiatum expleri scribens praesidio. *Ed.* saluti. (b) *Ed.* ipsi praedae esse posset. (c) *Cod.* ut. (d) *Ed.* in tanto. (e) *Ed.* luxuriem. (f) *Ed.* antea iam. (g) *Ed.* colloc. (h) Sic infra p. 516. v. 2. a fin. Editio autem hoc loco habet dies aestivos sexaginta. Sed enim sexaginta non reperiebat in duobus codicibus priscis Lambinus, quibus nunc suffragatur vaticanus antiquissimus. (i) Pro his tribus verbis in codice est PROPR. (k) *Ed.* quotidie. (l) *Ed.* accumberet. (m) Deest hoc vocabulum in cod.

tur: mulieres autem nuptae | nobilissimorum [a], praeter unam mimi Isidori filiam, quam iste propter amorem ab rhodio tibicine abduxerat; et Pipa [b], quaedam, uxor Aeschrionis [c] syracusani: de qua muliere plurimi versus, qui in istius cupiditatem [d] facti sunt, tota Sicilia percelebrantur. Erat [e] Nice, facie eximia, ut praedicatur, uxor Cleomenis syracusani: hanc Cleomenes [f] amabat: verumtamen huius libidini adversari nec poterat nec audebat: et simul ab isto donis beneficiisque multis [g] devinciebatur. Illo autem tempore iste, tametsi ea est hominis inpudentia [h] quam nostis, ipse tamen, cum vir esset Syracusis, uxorem eius parum poterat animo soluto ac libero tot inactos [i] dies secum habere. Ita ut [k] excogitat rem singularem. Naves, quibus legatus praefuerat, Cleomeni tradit: classi ·P·R· Cleomenem syracusanum praeesse iubet atque imperare. Hoc eo facit, ut ille non solum abesset a domo, dum [l] navigaret, sed etiam libenter cum magno hono||re beneficioque abesset: ipse autem, remoto atque ablegato viro, non liberius, quam ante (quis enim umquam istius libidini opstitisset [m]?) paulo [n] solutiore animo tamen secum illam haberet, si non tamquam virum, at tamquam aemulum removisset.

Cod. p. 24.

Cod. p. 25.

(a) *Ita cod. 1. manu, non sine aliqua interpolatione; at 2. ut ed.* nobiles. (b) *Ed.* Pippa. *Recole autem simillimum locum eademque saepe verba lib. III.* 33. 34. (c) *Cod.* Aescr. (d) *Cod.* cupiditate. (e) *Ed.* erat et. (f) *Ed.* Cleomenes vir. (g) *Ed.* plurimis. (h) *Ed.* imp. (i) *Ed.* in acta. (k) *Ed.* itaque. (l) *Ed.* tum cum. (m) *Ed.* obstitit. (n) *Ed.* sed paullo.

Accipit (1) naves [a] sociorum atque amicorum Cleomenes syracusanus. Quid primum autem aut accusem aut querar [b]? Siculo ne homini, legati, quaestoris, praetoris denique potestatem, honorem, auctoritatem dare [c]? Si te inpediebat [d] ista conviviorum mulierumque occupatio, ubi quaestores? ubi [e] ternis denaris aestumatum [f] frumentum? ubi muli? ubi tabernacula? ubi tot tantaque ornamenta magistratibus et legatis a senatu populoque ·R· permissa et data? denique ubi praefecti, ubi tribuni tui? Si civis [g] ·R· dignus isto negotio nemo fuit, quid civitates, quae in amicitia fideque ·P·R· perpetuo manserant? ubi Segestana, ubi Centuripina civitas, quae cum [h] officiis, fide, vetustate, tum etiam cognatione ·P·R· nomen attingunt? | O dii immortales! quid si [i] harum ipsarum civitatum militibus, navibus, navarchis, syracusanus Cleomenes iussus est imperare? non omnis honos ab isto dignitatis, aequitatis, officiique sublatus est? Ecquod in Sicilia bellum gessimus, quin [k] Centuripinis sociis, Syracusanis hostibus uteremur? Atque ego haec [l] ad memoriam vetustatis non ad contumeliam civitatis referri volo. Itaque ille ·V·C·, summusque imperator, ·M·

Cap. 32.

Cod. p. 26.

(a) *Ed. male* navem. (b) *Cod.* quaerar. *Ed.* querar, iudices. (c) *Ed.* dari. (d) *Ed.* imp. (e) *Ed.* ubi legati? ubi ternis denariis *etc.* (f) *Ed.* aestim. (g) *Cod.* cives. (h) *Ed.* tum. (i) *Cod.* in. (k) *Cod.* quoin. (l) *Ed.* haec omnia.

(1) *Ita in cod. fit capitis initium; non ut in ed. a verbis* quid primum.

Marcellus, cuius virtute captae, misericordia conservatae sunt Syracusae, habitare in ea parte urbis, quae in insula [a] est, syracusanum neminem voluit. Hodie, inquam, syracusanum in ea parte habitare non licet: est enim locus, quem vel pauci possent defendere. Committere igitur eum non ante [b] fidelissimis hominibus noluit: simul [c] ab illa parte urbis navibus aditus ex alto est. Quamobrem qui nostros exercitus saepe excluserant, iis claustra [d] loci committenda non existimavit. Vide quid inter tu||*am* . . .

* * *

Cap. 36. . . . sagum sumit. Lucebat iam fere: procedit in medium vini, somni, stupri plenus. Excipit [e] ab omnibus eiusmodi clamorem [f], ut ei lamsaceni [g] periculi similitudo versaretur ante oculos: hoc etiam maius hoc videbatur, quod in odio sui similitudo [h] hominum haec erat maxima. Tum istius acta commemorabantur: tum flagitiosa illa convivia: tum appellabantur a multitudine mulieres nominatim [i]: tum quaerebatur ex ipso palam, tot dies continuos, per quos numquam visus esset, ubi fuisset, quid egisset? tum in, Cod. p. 15.

(*a*) *Ed.* quae insula. (*b*) *Deest* ante *in ed. Et quidem etiam in codice expungitur; postremaque littera potius* o *est vel* c, *quam* e. (*c*) *Ed.* simul quod. (*d*) *In codice deest vel* iis *vel* claustra. (*e*) *Ed.* excipitur. (*f*) *Ed.* clamore. (*g*) *Ed.* lamps. *Et ita cod. p.* 395. (*h*) *Ed.* odio simili multitudo. (*i*) *Cod.* nominati. (*k*) *Cod.* im. *Sic prorsus retro p.* 453. *n. f.*; *et infra p.* 519. *v.* 16.

publico ab isto praepositus Cleomenes flagitabatur [a]: neque quicquam [b] propius est [c] factum, quam ut uticense [d] exemplum de Adriano [e] transferretur Syracusas, ut duo sepulchra [f] duorum ·PR· improborum, duabus [g] in provinciis constituerentur: verum habita est a multitudine ratio temporis, habita [h] tumultus, habita etiam dignitatis existimationisque communis, quod is est conventus Syracusis civium ·R·, ut non modo illa provincia, verum [i] |
Q. XXXXI. Cod. p. 48. etiam hac [k] rep· dignissimus existimetur. Confirmant ipsi se: cum hic etiam tum semisomnus [l] stupri plenus stuperet, arma capiunt, totum forum atque insulam, quae est urbis magna pars, complent. Nam [m] illam noctem solam [n] praedones ad Pelorum commorati, cum fumantis [o] etiam nostras naves reliquissent, accedere incipiunt ad Syracusas. Qui videlicet saepe audissent, nihil esse pulcrius, quam Syracusarum moenia ac portus, statuerant se [p], si ea Verre ·PR· non vidissent, numquam esse visuros.

Ac primo illa [q] aestiva praetoris accedunt, ip- Cap. 37.

(a) Cod. flatigabatur; *mendose sane: quamquam saepe in mss. priscis* fraglo *pro* flagro, *simili metathesi*. (b) *Ed.* quidquam. (c) *Cod.* esse. (d) *Cod.* uticemse 1. *manu*; *at* 2. *mendosius* vicem se. (e) *Ed.* Hadr. (f) *Ed.* sepulcra. *Cod.* sepulchra. (g) *Ed.* duabusque. (h) *Ed.* habita est. (i) *Pagina* 46. *caret scriptura, sed tamen in eius calce est nota quaternionis* XXXXI. *Pagina item* 47. *vacua est; connectitur nihilominus oratio p.* 48. (k) *Cod.* in hac. *Sed* in *ibidem expungitur.* (l) *Ed.* semisomnis. (m) *Ed.* unam *pro* nam. (n) *Ed.* solam noctem. (o) *Ed.* fumantes. (p) *Ed.* sese. (q) *Ed.* ad illa.

eam illam ad partem litoris, ubi iste per eos[a] dies, tabernaculis positis, castra luxuriae conlocarat[b]: quem postea quam inanem locum offenderunt, et praetorem commovisse ex eo loco castra senserunt; statim sine ullo metu in ipsum portum penetrare coeperunt. Cum in portum dico, iudices, explanandum est enim diligentius, eorum causa, qui locum ignorant, in urbem atque in urbis || intumam[c] partem venisse piratas: non enim portu illud oppidum clauditur, sed urbe portus ipse cingitur, et continetur[d]: ut non adluantur[e] mari moenia extrema, sed ipse[f] influat in urbis sinum portus. Hic, te praetore, Heracleo pirata[g] cum quattuor[h] parvis myoparonibus[i] ad arbitrium suum navigavit. Pro dii immortales! piraticus myoparo, cum imp. ·P·R·, nomen ac fasces essent Syracusis, usque ad forum syracusanum et ad omnis crepidines urbis[k] accessit: quo neque Carthaginiensium gloriosissimae classes, cum mari plurimum poterant, multis bellis saepe conatae, umquam aspirare[l] potuerunt: neque ·P·R· invicta ante te ·PR· gloria illa navalis, umquam tot punicis siciliensibusque bellis penetrare potuit: qui locus eiusmodi est, ut ante Syracusani in moenibus suis, in urbe, in foro hostem armatum ac victorem, quam in portu ullam hostium navem viderent: Cod. p. 45.

(a) *Cod.* os. (b) *Ed.* coll. (c) *Ed.* intimam. (d) *Ed.* concluditur. (e) *Ed.* alluantur a mari. (f) Ipse *deest in ed.* (g) *Ed.* archipirata. (h) *Ed.* quatuor. (i) *Ed.* myoparonibus parvis. (k) *Ed.* ad omnes urbis crepidines. (l) *Ed.* adsp.

Cod. p. 46. hic, te ·PR·, praedonum naviculae | pervagatae sunt, quo Atheniensium classis sola post hominum memoriam secentis [a] vi ac multitudine invasit: quae in eo ipso portu, loci ipsius natura victa atque superata est: hic primum opes illius civitatis [b] comminutae depressaeque sunt: in hoc portu Atheniensium nobilitatis, imperii, gloriae naufragium factum existimatur. Eo [c] ne pirata penetravit, quo [d] simul atque adisset, non modo a latere, sed etiam a tergo magnam partem urbis relinqueret?

Insulam (1) totam praetervectus est, quae [e] est urbs Syracusis suo nomine ac moenibus: quo [f] in loco maiores, ut [g] ante dixi, syracusanum [h] habitare vetuerunt: quod [i] qui illam partem urbis tenerent, in eorum potestatem portum futurum intellegebant [k]. At quem in [l] modum vagatus [m]? radices palmarum agrestium, quas in nostris navibus invenerant, iaciebat [n], ut omnes istius inprobitatem [o] et calamitatem Siciliae possent cognoscere. Siculos ne milites? aratorum || . . . Cap. 38

* * *

Cod. p. 19. . . . *dissolutus*, qui solus habuerit constratam na- Cap. 40.

(a) *Ed.* CCC navibus; *Thucydides paulo minus ducentis. Codex videtur exprimere* sexcentis. (b) *In ed. interponitur* victae. (c) *Deest* eo *in cod.* (d) *Cod.* quod. (e) *Cod.* qua. (f) *Cod.* suo. (g) *Cod.* et. (h) *Ed.* syracusanum quemquam. (i) *Cod.* quo. (k) *Ed.* intellig. (l) *Cod.* im, ut p. 516. v. ult. (m) *Ed.* pervagatus. (n) *Ed. male* iaciebant. (o) *Ed.* impr.

(1) *Heic fit initium capituli in in cod. At in ed. in verbis* eo ne pirata.

vem et minus exinanitam? pereat Cleomenes una. Ubi fides? ubi execrationes [a]? ubi dextrae complexusque [b]? ubi illut [c] contubernium muliebris militiae in illo delicatissimo litore? fieri nullo modo poterat, quin Cleomeni parceretur. Vocat Cleomenem [d]: dicit ei, se statuisse animadvertere in omnis [e] navarchos: ita sui periculi rationes ferre ac postulare. Tibi uni parcam, et potius [f] istius culpae crimen, vituperationemque inconstantiae suscipiam, quam aut sim [g] crudelis, aut tot tamque [h] graves testes vivos incolumesque esse patiar. Agit gratias Cleomenes; adprobat consilium; dicit, ita fieri oportere; admonet tamen it [i], quod istum fugerat, in Falacrum [k] centuripinum navarchum non posse animadverti, propterea quod secum una fuisset [l] in centuripina quadriremi. Quid ergo? iste homo ex eiusmodi civitate, adulescens [m] nobilissimus, testis relinquetur? In praesentia, inquit Cleomenes, quoniam ita necesse est: sed | post aliquid videbimus, ne iste nobis obstare possit. Cod. p. 20.

Cap. 41. Haec postea quam acta et constituta sunt, procedit iste repente e praetorio, inflammatus scelere, furore, crudelitate: in forum venit: navar-

---

(a) *Ed.* exsecr. (b) *Ed.* compl. (c) *Ed.* illud. (d) *Ed.* Cleomenem vocat. (e) *Ed.* omnes. (f) *Editio* totius, *quae tamen postea addit* potius *ante* suscipiam. (g) *Ed.* quam ut in te sim. (h) *Cod.* totam graves. (i) *Ita cod. pro* id. *Ed.* illud. (k) *In ed. hic et alibi homo hic dicitur perperam* Phalargus. *At vera lectio* Phalacrus, *ex quo graeco nomine factum latinum* Calvus. (l) *Ed.* fuisset una. (m) *Ed.* adol.

chos ad se venire iubet [a]. Qui nihil metuerent, nihil suspicarentur, statim accurrunt. Iste hominibus miseris, innocentibus inici [b] catenas imperat. Implorare illi fidem ·P·R·, et quare id faceret, rogare. Tunc iste hoc causae dicit, quod classem praedonibus prodidissent. Fit clamor et admurmuratio [c] populi, tantam esse in homine [d] inpudentiam [e] atque audaciam, ut aut [f] aliis causam calamitatis attribueret, quae omnis propter avaritiam istius [g] accidisset: aut, cum ipse praedonum socius putaretur, aliis proditionis crimen inferret: deinde hoc quinto decimo die crimen esse natum, postquam classis esset amissa. Cum haec fierent, quaerebatur ubi esset Cleomenes; non quo [h] illum ipsum, qui [i] cuiusmodi es-
Cod. p. 29. set, || quisquam supplicio propter illud incommodum dignum putaret: nam quid Cleomenes facere potuit [k]? non enim possum quemquam insimulare falso; quid, inquam, magnopere potuit Cleomenes facere [l], istius avaritia navibus exinanitis? atque eum vident sedere ad latus praetoris, ad [m] aurem familiariter, ut solitus erat, insusurrare. Tum vero omnibus indignissimum visum est, homines honestissimos, electos ex suis civitatibus, in

(a) *Ed.* navarchos vocari iubet. (b) *Ed.* innocentibusque iniici. *In codicibus priscis saepe vidi asyndeton.* (c) *Ed.* admiratio. (d) *Cod.* hominem. (e) *Ed.* imp. (f) *Deest* aut *in ed.* (g) *Ed.* ipsius. (h) *Cod.* qui. (i) *Deest* qui *in ed.* (k) *Cod.* posset. *tum additur in serie versiculi* fuit; *quam esse lectionem variam, nemo non videt.* (l) *Ed.* facere potuit. (m) *Ed.* et ad.

ferrum, atque in vincla coniectos; Cleomenem, propter flagitiorum ac turpitudinum [a] societatem, familiarissimum esse ·PR·. Apponitur eis [b] tamen accusator Nevius [c] Turpio quidam, qui, ·C· Sacerdote ·PR·, iniuriarum damnatus est, homo bene appositus ad istius audaciam: quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia, praecursorem habere solebat et emissarium.

Cap. 42. Veniunt Syracusas parentes propinquique miserorum adulescentium [d], hoc repentino calamitatis suae commo|ti nuncio: vinctos catenis aspiciunt [e] liberos suos, cum istius avaritiae poenam collo et cervicibus suis sustinerent: adsunt, defendunt, proclamant: fidem tuam, quae nusquam erat, nec umqam fuerat, inplorant [f]. Pater aderat Dexo [g] tyndaritanus, homo nobilissimus, hospes tuus, cuius tu domi fueras, quem hospitem appellaras: eum cum illa auctoritate miseria [h] videres praeditum, non te eius lacrimae [i], non senectus, non hospiti [k] ius atque nomen ab [l] scelere aliquam ad partem humanitatis revocare potuit. Sed quid ego hospiti iura in hac inmani belua [m] commemoro? qui Sthenium [n] thermitanum hospitem suum, cuius domum per hospi- Cod. p. 30.

(a) *Ed.* turpitudinis. (b) *Ed.* his. (c) *Ed.* Naevius. (d) *Ed.* adol. (e) *Ed.* adsp. (f) *Ed.* impl. (g) *Ed.* Dexio. (h) *Ed.* et miseria. (i) *Ed.* lacrymae. (k) *Ita cod. cum cras. Ed.* hospitii. *Sic et infra.* (l) *Ed.* a. (m) *Ed.* tam immani bellua. (n) *Cod.* Sten.

tium exhausit et inanivit [a], absentem in reos [b] retulerit [c], indicta causa [d], capite damnarit, ab eo nunc hospitiorum iura atque officia quaeramus? cum homine [e] enim crudeli nobis res est, an cum fera atque inmani [f] belua? Te patris lacrumae [g] de innocentis fili [h] periculo non movebant, cum patrem domi reli||*quisses* . . .

* * *

Cod. p. 35. . . . isto praetore, in Sicilia fuit, primus ab isto iudex reiectus [i] est: sed de latronum, hoc est de comitum suorum sententia condemnat omnes. Hic cuncti Siculi, fidelissimi atque antiquissimi socii, plurimis adfecti [k] beneficiis a maioribus nostris, graviter commoventur, et de suis periculis fortunisque omnibus pertimescunt. Indigne ferunt [l], illam clementiam mansuetudinemque imperii [m] in tantam crudelitatem inhumanitatemque esse conversam: condemnari tot homines uno tempore nullo crimine: defensionem suorum furtorum praetorem inprobum [n] ex indignissima morte innocentium quaerere? Nihil addi iam videtur, iudices, ad hanc inprobitatem [o], amentiam, crudelitatemque posse: et recte nihil videtur: si [p], cum illorum in- Cap. 44.

(a) *Ed.* exinanivit. (b) *Cod.* eos. (c) *Ita cod. cum unica* t; *quod errore potius factum arbitror. Alibi enim constanter cum duabus*. (d) *Ed.* causa indicta. (e) *Cod.* cum hominem. (f) *Ed.* immani. (g) *Ed.* lacrymae. (h) *Ed.* filii. (i) *Cod.* relectus, *sicuti cap.* 49. exangula *pro* exanguia. (k) *Ed.* aff. (l) *Verba* indigne ferunt *desunt in ed. Est ergo haec emendatio nobilis.* (m) *Ed.* nostri imperii. (n) *Ed.* impr. (o) *Ed.* impr. (p) *Ed.* nam si.

probitate [a] certet, longe omnesque multum [b] superabit: secum [c] ipse certat: id agit, ut semper superius suum facinus novo scelere vincat. Falacrum [d] centuripinum | dixeram exceptum esse a Cleomene, quod in eius quadriremi [e] vectus esset: tamen quia pertimuerat adulescens [f], quod eam [g] suam causam videbat esse, quam illorum, qui innocentes peribant; accedit ad hominem [h] Timarchides: a securi negat ei [i] periculum: virgis ne caederetur, monet ut caveat. Ne multa; ipsum dicere adulescentem [k] audistis, ob hunc metum [l] pecuniam Timarchidi numerasse. Levia sunt haec in hoc reo [m]: metum virgarum navarchus nobilissimae civitatis praetio [n] redemit; humanum est: alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit; usitatum est: non vult ·P·R· obsoletis criminibus accusari Verrem: nova postulat, inaudita desiderat: non de praetore [o] Siciliae, sed de nefario [p] tyranno fieri iudicium arbitratur. Cod. p. 30.

Cap. 45. Includuntur in carcere [q] condemnati, supplicium constituitur in illos [r], sumitur de miseris pa-

---

(a) *Ed.* impr. (b) *Ed.* longe omnes multumque. (c) *Ed.* sed secum. (d) *Ed.* Phalargum. (e) *Heic in ed. perperam repetitur* Cleomenes. (f) *Ed.* adol. (g) *Ed.* eamdem. (h) *Ed.* ad hominem accedit. (i) *Ed.* ei esse. (k) *Ed.* adol. (m) *Ed.* se ob hunc virgarum metum. (m) *Ed.* in hoc reo crimina. (n) *Ed.* pret. (o) *Cod.* populi R., *quia librarius perperam legit* ·P·R· *pro* PR· *ut iam alibi observavimus.* (p) *Ed.* crudelissimo *pro* nefario, *quam postremam lectionem ex regio quoque codice parisprotulit olim Graevius.* (q) *Ita cod.; nisi forte, quod suspicor, ducta est lineola finalis supra* e, *quae* m *denotet.* (r) *Obscuratum est hoc vocabulum in cod.; nec satis video utrum sit* illos *an* eos.

rentibus navarchorum: prohibentur adire ad filios,
Cod. d. 33. prohibentur || liberis suis cibum vestitumque intro [a] ferre. Patres hi, quos videtis, iacebant in limine ipso [b], matresque miserae pernoctabant ante [c] ostium carceris, ab extremo conspectu liberorum [d] exclusae: quae nihil aliut [e] orabant, nisi ut filiorum suorum postremum [f] spiritum ore excipere liceret [g]. Aderat ianitor carceris, carnifex praetoris, mors, terrorque sociorum et civium ·R· [h] lictor Sextius [i]: cui ex omni gemitu doloreque certa merces conparabatur [k]: ut adeas, tantum dabis: ut tibi cibum vestitumque [l] intro ferre liceat, tantum: nemo recusabat. Quid, ut uno ictu securis mortem filio tuo adferam [m], quid dabis? ne diu crucietur? ne saepius feriatur? ne cum sensu doloris aliquo [n] spiritus ei auferatur? Etiam ob hanc causam pecunia lictori datur [o]. O magnum atque intolerabilem [p] dolorem! o gravem acerbamque fortunam! ubi [q] non vitam liberorum, sed mortis celeritatem praetio [r] redimere cogebantur parentes. Atque ipsi etiam adulescen|*tes* [s]. . . [t]

* * *

Q. XXXXII. Cod. p. 41. . . . , *loque*bantur? non omnes omnium propin-

(*a*) *Deest* intro *in ed.* (*b*) Ipso *deest in ed.* (*c*) *Ed.* ad *pro* ante. (*d*) *Ed.* complexu liberum. (*e*) *Ed.* aliud. (*f*) *Ed.* extremum. (*g*) *Ed.* sibi liceret. (*h*) *Deest* ·R· *in ed.* (*i*) *Ed.* Sestius. (*k*) *Ed.* comp. (*l*) *Deest in ed.* vestitumque. (*m*) *Ed.* afferam mortem filio tuo. (*n*) *In ed. additur* aut cruciatu. (*o*) *Ed.* dabatur. (*p*) *Ed.* intolerandum. (*q*) *Deest* ubi *in ed.* (*r*) *Ed.* pret. (*s*) *Ed.* adol. (*t*) *Pagina* 34. *non legitur.*

qui adhibebantur? non palam vivorum [a] funera locabantur?

Cap. 46. Quibus (1) omnibus rebus actis atque decisis, producuntur in carcere, deligantur [b]. Quis tam fuit illo tempore durus, quis tam inhumanus, praeter unum te, qui non illorum aetate, nobilitate, miseria commoveretur? et quis [c] fuit, quin lacrumaret [d]? quin ita calamitatem illam [e] putaret illorum, ut fortunam putaret [f] tamen non alienam, periculum autem commune [g] arbitraretur? Feriuntur securi; laetaris tu in omnium gemitu et triumphas: testes avaritiae tuae gaudes esse sublatos. Errabas, Verres, et vehementer errabas, cum te maculas furtorum et flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare: praeceps amentia ferebare, qui te existimares avaritiae volnera [h] crudelitatis remediis posse sanare. Etenim quamquam illi sunt mortui sceleris tui testes, tamen eorum propinqui neque illis neque tibi [i] desunt: tamen ex illo

---

(*a*) *Cod.* viborum; b *pro* v, *quod insolitum in hoc codice, in quibusdam est frequentissimum.* (*b*) *Melius, ut reor, editio* producuntur e carcere, deligantur ad palum. *Sed tamen* ad palum *deerat etiam in codice regio paris., teste Graevio.* (*c*) *Ed.* ecquis. (*d*) *Ed.* lacrymaretur. (*e*) *Cod.* illa. (*f*) *Deest hoc alterum* putaret *in ed.* (*g*) *In ed. interponitur* agi. (*h*) *Sic videtur in cod. Ed.* vuln. (*i*) *Ed.* neque tibi neque illis.

(1) *Sic incipit in codice capitulum; et quidem rectius quam fit in ed. a verbis* quis tam fuit, *coepta iam narratione supplicii.*

Cod. p. 42. ip|so numero navarchorum [a] aliqui vivunt, adsunt [b]: quos, ut mihi videtur, ad illorum [c] innocentium poenas fortuna et ad hanc causam reservavit [d]. Adest Philarchus [e] haluntinus [f], qui quia cum Cleomene non fugit, oppressus [g] a praedonibus et captus est: cui calamitas saluti fuit: qui, nisi captus a piratis esset, in hunc praedonem sociorum incidisset; dicit is pro testimonio de missione [h] nautarum, de fame, de Cleomenis fuga. Adest centuripinus Falacrus [i], in amplissima civitate amplissimo loco natus; eadem dicit, nulla in re discrepat. Per deos immortales, quo tandem animo sedetis, iudices [k]? aut haec quemammodum [l] auditis? Utrum ego desipio, et plus quam satis [m], doleo tanta calamitate miseriaque sociorum? An vos quoque hic acerbissimus innocentium cruciatus, et maeror [n] pari sensu doloris adficit?

(a) *Cod.* navarcorum; *et sic interdum alibi. Id demonstrat pronunciationem c non magnopere discrepavisse a* ch. (b) *Ed.* et adsunt. (c) *Sequitur verbum interpolatum (videtur* civium) *et partim certe expunctum ante* innocentium. (d) *Ed.* ab illorum innocentium poena fortuna ad hanc causam reservavit. (e) *Ed.* Philargus. *Sed* Philarchus *etiam ed. cap.* 34; *quod cum in scholio adnotaret Garatonius, nescio cur neapolitanus editor textum non emendaverit. Sed et alia huiusmodi ἄμουσα meminisse me videre in hac editione, scholia praesertim cum textu pugnantia.* (f) *Cod.* alintinus. (g) *Cod.* oppressu. (h) *Cod.* ussione. (i) *Ed.* Phalargus. (k) *Ed.* iudices, quo tandem animo sedetis. (l) *Ed.* quemadm. (m) *Ed.* satis est. (n) *Cod.* meror. *Ed.* moeror. *Scribo* maeror, *more constanti emendatorum veterum codd.*

Cap. 47. Ego (1) enim cum herbitensem, cum heraclensem securi percussum esse[a] dico, versatur mihi ante oculos indignitas calamitatis. Eorum ne po||pulorum cives, Cod. p. 5. eorum[b] agrorum alumnos, ex quibus maxima vis frumenti quotannis plebi romanae illorum operis ac laboribus quaeritur[c], qui a parentibus spes[d] nostri imperii nostraeque aetatis[e] suscepti educatique sunt, ad ·C· Verris nefariam immanitatem et ad eius funestam securem[f] esse servatos? Cum mihi tyndaritani illius venit in mentem, cum segestani, tum iura simul civitatum atque officia considero: quas urbes ·P· Africanus etiam ornandas esse spoliis hostium arbitratus est, eas ·C· Verres non solum illis ornamentis, sed etiam viris nobilissimis, nefario scelere privavit. En quod Tyndaritani libenter praedicent: " Nos in septemdecim populis Siciliae numeramur[g]: nos semper omnibus[h] punicis siciliensibusque bellis amicitiam, fidemque ·P·R· secuti sumus[i]: a nobis omnia populo romano semper et belli adiumenta, et pacis ornamenta administrata[k] sunt ". Multum vero haec iis[l] iu-

(*a*) *Ed.* esse percussum. (*b*) *In ed. rursus* ne. (*c*) *Cod.* ac laboris queritur. (*d*) *Ed.* spe. (*e*) *Ed.* aequitatis. *Itaque alia sententia est.* (*f*) *Ed.* securem funestam. (*g*) *Cod.* miramur. (*h*) *Ed.* in omnibus. (*i*) *Sic emendatur etiam in cod., ubi primum mendose erat* securemus. (*k*) *Ed.* ministrata. (*l*) *Ed.* his.

(1) *Sic omnino rectius in cod. incipit capitulum, quam in ed. infra a verbis* eorum ne populorum, *post coeptam novi commatis sententiam.*

ra profuerunt in istius imperio ac potestate. Vestros quondam [a] nautas contra Cartha|ginem Scipio adduxit [b] : at [c] nunc naves contra praedones paene inanes Cleomenes ducit. Vobiscum Africanus hostium spolia et praemia laudis communicavit; at nunc per hunc spoliata navi [d] a praedonibus [e] ipsi in hostium loco numeroque [f] ducemini. Quid vero? illa Segestanorum non solum litteris tradita, neque commemorata verbis, sed multis officiis illorum usurpata et comprobata [g] cognatio, quos tandem fructus huiusce necessitudinis in istius imperio tulit? Nempe hoc iure fuit [h], iudices, ut ex sinu patris nobilissimus adulescens [i], et ex conplexu [k] matris ereptus innocens istius carnifici Sextio [l] dederetur. Cui civitati maiores nostri maximos agros atque optimos concesserunt, quam immunem esse voluerunt, haec aput [m] te cognationis, fidelitatis, vetustatis, auctoritatis [n], ne hoc quidem iuris optinuit [o], ut unius honestissimi civis mortem, ac [p] sanguinem depraecaretur [q].

Cod. p. 6.

Quo confugient socii? quem inplorabunt [r]? qua spe || denique, ut vivere velint, tenebuntur, si vos eos deseretis? ad senatum ne venient? quit [s]? Cap. 48.

Cod. p. 17.

(a) *Cod.* quodam. (b) *Ed.* duxit. (c) *Cod.* ad. (d) *Ed.* spoliati nave. (e) *In ed. interponitur* abducta. (f) *Ed.* numero locoque. (g) *Cod. rursus* commemorata. (h) *Ed.* fuit iure. (i) *Ed.* adol. (k) *Ed.* e complexu. (l) *Ed.* Sestio. (m) *Ed.* apud. (n) *Ed.* auctoritate. (o) *Ed.* obt. (p) *Ed.* et. (q) *Ed.* deprec. *Recte sane; sed* praecari *pro* precari *vulgatissimum est in vetustis codd.* (r) *Ed.* impl. (s) *Ed.* ad senatum venient, qui de Verre etc. *Porro* quit *pro* quid *ponitur, ut* illut, aliut.

ut de Verre supplicium sumat [a]? non est usitatum, non est senatorium. Ad ·P·R· confugient? facilis est causa ·P·R·: legem enim se sociorum causa iussisse, et eius [b] custodes ac vindices praeposuisse dicet. Hic [c] locus igitur est [d] unus, quo perfugiant: hic portus, haec arx [e], haec ara sociorum: quo quidem nunc non ita confugiunt, ut antea in suis repetundis [f] rebus solebant; non aurum, non argentum [g], non vestem, non mancipia repetunt: non ornamenta, quae ex urbibus fanisque erepta sunt; metuunt [h] homines imperiti, ne iam haec concedat, et ita [i] velit fieri [k]. Patimur enim multos iam annos [l] et silemus, cum videamus ad paucos homines omnes omnium nationum pecunias pervenisse [m]: quod [n] magis ferre animo aequo, et [o] concedere videmur, quia nemo eistorum [p] dissimulat, nemo laborat, ut obscura sua cupiditas esse videatur [q]. In urbe nostra pulcherrima [r] atque ornatissima quod signum, quae tabula picta est, quae non ab hostibus victis capta atque adportata [s] sit? At istorum villae, sociorum fidelissimorum plurimis [t] Cod. p. 18.

(a) *Cod.* sumant. (b) *Ed.* et vos et legi custodes. (c) *Cod.* hi. (d) *Ed.* est igitur. (e) *Cod.* ars, *quod fuit pronunciantis vitium.* (f) *Ed.* repetendis. (g) *Ed.* non argentum non aurum. (h) *Cod* metunt. (i) *Ed.* iam *pro* ita. (k) *Ed.* fieri velit. (l) *Ed.* iam multos annos. (m) *Inter* pervenisse *et* quod *scribuntur supra versum litterae* KP. *quas non explico.* (n) *Ed* quod eo. (o) *Ed.* atque. (p) *Ita cod. Est autem archaismum ei pro* i. (q) *Cod.* videamur. (r) *Cod.* pulcerrima. *Sed mox idem* pulcherrimus. (s) *Ed* app. (t) *Ed.* et plurimis.

et pulcherrimis spoliis ornatae refertaeque sunt. Ubi pecunias exterarum nationum esse arbitramini, quae [a] nunc omnes egent? cum Athenas, Pergamum, Cyzicum, Miletum, Chium, Samum, totam denique [b] Achaiam, Graeciam, Siciliam, iam in paucis villis inclusas [c] esse videatis?

Sed (1) haec, ut dico, omnia iam socii [d] vestri relincunt [e] et neglegunt [f], iudices [g]. Ne enim [h] publice a praetore [i] spoliarentur, officio [k], ac fide providerunt. Paucorum cupiditati [l] tum cum obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant: his [m] nunc vero iam adempta [n] est non modo resistendi, verum etiam suppeditandi facultas: itaque res suas neglegunt [o]: pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, non repetunt; relincunt [p]; hoc iam ornatu [q] ad vos confugiunt; aspicite [r], iudices, squalorem sordesque sociorum. Sthenius hic || thermitanus cum hoc capillo atque veste, domo sua tota [s] expilata, mentionem tuo- Cap. 49.

Cod. p. 51.

(a) *Ed.* quibus. (b) *In ed. interponitur* Asiam. (c) *Ed.* inclusa. (d) *Cod.* soliei. (e) *Cod.* relicunt. *Addidi* n; *retinui* c, *ut paulo infra scribitur in codice.* (f) *Ed.* neglig. (g) *Deest* iudices *in ed.* (h) Enim *deest in ed.* (i) *Ita cod. explicatis litteris. At ed.* populo romano; *melius sane: erravit enim, ut reor, amanuensis legendo notam* ·PR· *pro* ·P·R·, *ut alibi factum non semel dixi.* (k) *Ed.* officiis. (l) *Cod.* cupiditate (m) *Cod.* hi. *In ed. non est vocabulum.* (n) *Ed* ademta. (o) *Ed.* neglig (p) *Ed.* relinquunt et negligunt. (q) *Cod.* ornati. (r) *Ed* adspicite, *et quidem bis.* (s) *Cod.* toto.

(1) *Heic in codice incipit capitulum, cuius initium reiicitur in ed. ad verba* Sthenius hic.

rum furtorum non facit : sese ipsum a [a] te repetit, nihil amplius; totum enim [b] tua libidine, scelere [c] ex sua patria, in qua multis virtutibus ac [d] beneficiis floruit princeps, sustulisti. Dexo [e] hic, quem videtis, non quae publice Tyndaridae [f], non quae privatim sibi eripuisti, sed unicum miser abs te filium optimum: atque innocentissimum flagitat; non ex litibus aestimatis tuis pecuniam, domum; sed ex tua calamitate cineri atque ossibus fili [g] sui solatium vult aliquod reportare. Hic tam grandis natu Eubulida, hoc [h] tantum, exacta aetate, laboris itinerisque suscepit, non ut aliquid de [i] suis bonis recuperaret; sed ut quibus oculis cruentas cervices fili [k] sui viderat, isdem [l] te condemnatum videret [m]. Si per ·L· Metellum licitum esset, iudices, matres illorum miserorum [n], sororesque [o], uxoresque [p] veniebant: quarum una, cum ego ad Heracleam [q] noctu accederem [r], cum | omnibus matronis eius civitatis, et cum multis facibus mihi obviam venit; et ita me suam salutem appellans, te suum carnificem nominans, fili [s] nomen inplorans [t], mihi ad pedes misera iacuit, quasi ego excitare ab inferis filium [u] possem. Faciebant hoc idem ceteris Cod. p. 32.

(a) *Ed.* abs. (b) *Cod.* enim a. (c) *Ed.* et scelere. (d) *Ed.* et. (e) *Ed.* Dexio, *ut supra.* (f) *Ed.* Tyndari. (g) *Ed.* filii. (h) *Cod.* Eubolida, hic. (i) *Ed.* ex. (k) *Ed.* fili. (l) *Ed.* iisdem. (m) *Cod.* viderent. (n) *Deest* miserorum *in ed.* (o) *Ita cod* (p) *Ed.* uxores sororesque. (q) *Ed.* Heracliam. (r) *Cod* accedere. (s) *Ed* filii. (t) *Ed.* impl. (u) *Ed.* filium eius ab inferis.

in [a] civitatibus grandes natu matres, et item parvi [b] liberi miserorum: quorum utrorumque [c] aetas laborem et industriam meam, fidem et misericordiam vestram requirebat. Itaque ad me, iudices, hanc querimoniam [d] praeter ceteras Siciliae lacrumis detulit: ego huc [e] non gloria inductus accessi [f], sed ne falsa damnatio, ne carcer, ne catenae, ne verbera, ne secures, ne cruciatus sociorum, ne sanguis innocentium, ne denique etiam exangnia [g] corpora mortuorum, ne maeror [h] parentum ac propinquorum magistratibus nostris quaestui posset esse. Hunc ego si metum Siciliae, damnatione istius, per vestram fidem et veritatem [i] deiecero, iudices, satis officio meo, satis
Cod. p. 11. illorum volun||tati, qui a me hoc petiverunt, [k] factum esse arbitrabor.

Quapropter si quem [l] forte inveneris, qui hoc Cap. 50.
navale crimen conetur defendere, is ita defendat: illa communia, quae ad causam nihil pertinent [m] praetermittat [n]; me culpae fortunam adsignare [o],

(a) *Ed.* in ceteris. (b) *Ed.* parvuli. (c) *Cod.* utrumque. (d) *Cod.* quaerim. (e) *Ed.* Sicilia detulit: lacrymis ego ad hoc. (f) *Cod.* accessit. (g) *Cod.* exangula, *sicuti p.* 523. relectus *pro* reiectus. *Ed.* exsanguium. (h) *Sic fortasse in cod.* 2. *manu*; *at* 1. meror, *ut p.* 527. (i) *Ed.* severitatem. *Verumtamen* veritas *pro* aequitas, *tullianum prorsus videtur. Nam in Verr. lib.* 1. 58. *p.* 409. *codex habet* iudiciis veris, *id est* aequis, *non* vestris, *ut ed. Et sic etiam Fronto ed. rom. p.* 65. verum *dicit pro* aequum *vel* rectum. (k) *In cod. repetitur heic* satis. (l) *Cod.* siq. *Ergone compendium* q. *non semper significat* que? *Et quidem mox in cod.* q. *significat* quae. (m) *Cod.* pertinet. (n) *Cod.* praetermittam. (o) *Ed.* assign.

calamitatem crimini dare [a]: amissionem classis obicere [b]; cum multi viri fortes in communi incertoque periculo belli et terra et mari saepe offenderint [c]. Nullam tibi obicio [d] fortunam: nihil est, quod ceterorum res minus commode gestas proferas: nihil est, quod multorum naufragia fortunae colligas: ego naves inanis [e] fuisse dico: remiges nautasque dimissos: reliquos stirpibus vixisse palmarum: praefuisse classi ·P·R· siculum, praefectum sociis atque [f] amicis syracusanum: [te [g] illo tempore ipso superioribusque diebus omnibus in litore cum mulierculis perpotasse dico: harum rerum omnium auctores testesque produco. Num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugium fortunae, num casus bellicos exprobrare atque obicere videor?] tametsi solent ii fortunam sibi obici [h] nolle qui se fortunae commiserunt, qui in eius periculis sunt ac varietate versati: istius calamitatis [i] quidem [k] tuae fortuna particeps non fuit: homines enim in proeliis [l], non in conviviis, belli fortunam | periclitari [m] solent [n]: in illa autem calamitate [o] Cod. P. 1? non Martem fuisse communem, sed Venerem pos-

(a) *Cod.* daret. (b) *Ed.* objicere. (c) *Cod.* defenderint. (d) *Ed.* objicio. (e) *Ed.* inanes. (f) *Cod.* perpetum (*sic*) sociumque. *Ed.* perpetuo socius atque. *Omnino adscivi veteris codicis nescio cuius lectionem ab Ursino exhibitam.* (g) *Ed.* objici, *et paulo ante* objicere. (h) *Totus tractus a me uncis inclusus a vaticano limpsesto nescio quo casu abest.* (i) *Cod.* calamitates (k) *Ed.* quidem calamitatis. (l) *Cod.* praeliis. (m) *Ed.* tentare, periclitari. (n) *Cod.* solen. (o) *Cod.* in illam autem calamitatem.

simus [a] dicere. Quod si fortunam obici [b] non oportet, cur tu fortunae illorum innocentium veniam ac locum non dedisti?

Cap. 51. Etiam (1) illud praecidas [c] licet, te quod supplicium more maiorum sumpseris [d], securique percusseris, idcirco a me in crimen et invidiam vocari. Non in supplicio crimen meum vertitur: non ego nego securi [e] quemquam feriri oportere [f]: non ego metum in [g] re militari, non severitatem imperii, non poenam flagitii tolli dico oportere: fateor non modo in socios, sed etiam in cives militesque nostros, persaepe esse severe ac vehementer vindicatum. Quare haec quoque praetermittas licet. Ego culpam non in navarchis, sed in te fuisse demonstro: te praetio [h] remiges militesque [i] dimisisse arguo: hoc navarchi reliqui dicunt: hoc Netinorum foederata civitas publice dicit, hoc Herbitenses, Cod. p. 39. hoc Amestratini, hoc Ennenses [k], || Agyrinenses [l], Tyndaritani publice dicunt: tuus denique testis, tuus imperator, tuus aemulus [m], tuus hospes Cleo-

(a) *Ed.* possumus. (b) *Ed.* obici. (c) *Cod.* praedices, *quae lectio in aliis quoque codd. occurrit.* (d) *Ed.* sums. (e) *Ed.* securi nego. (f) *Ed.* debere. (g) *Ed.* ex. (h) *Ed.* pret. (i) *Ed.* milites remigesque. (k) *Ita etiam codex; quamquam alibi* Henn. (l) *Cod.* Agrin. (m) Tuus aemulus *deest in ed. Sed. genuinum esse, cognoscimus ex cap. 31. Et sic legisse Lambinum Graeviumque in codd. adnotat Garatonius, quin tamen neapolitanus editor praeclaram lectionem admiserit. Atque id sane in hac aliisque interdum*

(1) *Ita in cod. fit capituli initium; at in ed. multo infra in verbis* quare haec quoque.

menes hoc dicit, sese [a] in terram [b] esse egressum, ut Pachino [c] e terrestri praesidio milites colligeret, quos in navibus collocaret: quod certe non fecisset, si suum numerum naves haberent: ea est enim ratio instructarum [d] navium ut non modo plures, sed ne singuli quidem possint accedere. Dico praeterea, illos ipsos reliquos nautas fame atque inopia rerum omnium confectos fuisse ac perditos [e]: dico, aut omnes extra culpam fuisse; aut, si uni adtribuenda [f] culpa sit, in eo maximam fuisse, qui optimam navem, plurimos nautas haberet, summum imperium obtineret: aut, si omnes in culpa fuerint, non oportuisse Cleomenen [g] constitui spectatorem illius [h] mortis atque cruciatus: dico etiam [i], in illo supplicio mercedem lacrimarum [k], mercedem vulneris atque plagae, mercedem funeris ac sepulturae constitui [l] nefas fuisse. | Quapropter si mihi respondere voles, haec dicito: classem instructam atque ornatam fuisse, nullum propugnatorem abfuisse, nullum vacuum tractum esse [m], rem [n] frumentariam esse subito [o] suppeditatam, mentiri Cod. p. 40.

editionibus mirari licet, quod lectiones saepe optimae, neque a criticorum arbitrio sed a codicibus suppeditatae, in textum non sunt receptae.

(a) *Cod.* esse, *quam metathesim alibi quoque iam reprehendi* (b) *Cod* in terra. (c) *Ed.* Pachyno. (d) *In ed. additur* ornatarumque. (e) *Cod.* perdictos. (f) *Ed.* attr. (g) *Ed.* Cleomenem; *sed paulo infra codex quoque* Cleomenem. (h) *Ed.* illorum. (i) *Cod.* est iam. (k) *Ed.* lacrym. (l) *Cod.* constituit. (m) *Ed.* transtrum fuisse. (n) *Ed.* remigi rem. (o) Subito *deest in ed.*

navarchos, mentiri tot et tam[a] graves civitates, mentiri etiam Siciliam[b]: proditum esse te[c] a Cleomene, qui se dixerit exisse in terram, ut Pachino[d] deduceret milites; animum illis, non copias defuisse: Cleomenem acerrume[e] pugnantem ab his relictum esse atque desertum: nummum ob sepulturam datum nemini: quae si dices, tenebere: sin alia dices, ea quae a me dicta sunt[f], refutabis.

Hic tu etiam dicere audebis "est in iudicibus ille familiaris meus, est paternus amicus ille?" non ut quisquam[g] maxime est, quocum[h] tibi aliquit[i] sit, ita te in huiuscemodi crimine maxime eius pudet[k]? Paternus amicus est. Ipse pater si iudicaret, per deos immortalis[l], quid facere posseit[m], cum tibi haec diceret? Tu in provincia ·P·R·[n] cum tibi || . . . Cap. 52.

Hactenus vaticanus palimpsestus.

(a) *Cod.* mentiri totam graves. (b) *Ed.* Siciliam totam. (c) *Ed.* te esse. (d) *Ed.* Pachyno. (e) *Ed.* acerrime. (f) *Ed.* sunt. (g) *Ed.* quisque. (h) *Ed.* quicum. (i) *Ita cod.* (k) *Ed.* ita tui huiuscemodi criminis maxime pudet. *In codice ergo pudet Verrem, non amicos eius.* (l) *Ed.* immortales. (m) *Ita cod.; quem ego non tam archaismum iudico ei pro i, quam variam lectionem posset et possit.* (n) *Ed.* populi romani praetor. *Ergone in codice bis scribendum erat compendium, diverseque punctis distinctum* ·P·R· *et* ·PR·?

NIHIL OBSTAT

P. Michaël Dom. Zecchinelli S. I. censor theologus.

Ioseph Ant. Guattani censor philologus.

IMPRIMATUR

Ioseph Dellaporta Patriarcha Cpol. Vicesgerens.

Fr. Ioseph M.ª Velzi S. P. A. Magister.

EX CODICIBUS
VATICANIS.